R. BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA ALESSANDRINA
h-i
26
ROMA

UNIVERSITARIA

DECISIONES

D. AEGIDII BELLEmeræ, Romani, I. V. D. celeberrimi, Palatij Apostolici causarum auditoris ordinarij, Præsulisq; Auinionensis dignissimi.

Cum Additionibus suis locis adiectis, Indiceq; alphabetico ad studiosorum commoditatem non exiguam.

LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Iuntæ,
M. D. LVI.

Ex dono Rnd. Caroli Emmanuelis Villanij

RVBRICAE IVXTA ORDINEM DECRETALIVM, ALIquibus in fine additis sub quibus conuenienter collocari possunt conclusiones præsentis uoluminis, modo infrascripto sequuntur.

LIBER I.

De constitutionibus. j.
De rescriptis, seu cõmissionibus. ij.
De consuetudine. iij.
De electione. iiij.
De renuntiatione. v.
De supplenda negligen. præla. vj.
De ætate & qualitate. vij.
De filiis presbyterorum. viij.
De officio uicarii. ix.
De officio delegati, & auditorum tam rotæ, quàm cameræ. x.
De officio legati, & cardinalis. xj.
De officio ordinarii. xij.
De officio iudicis. xiij.
De pactis. xiiij.
De procuratoribus & sindicis. xv.
De his, quæ ui, metúsue causa fiunt. xvj.
De restitu. in integr. ad appellandum. xvij.
De arbitris. xviij.

LIBER II.

De iudiciis & processu iudiciali. j.
De foro competenti. ij.
De libelli oblatione. iij.
De litis contest. & iuramento calumniæ. iiij.
De dilationibus. v.
De feriis. vj.
De ordine cognitionum. vij.
De causa poss. & proprie. viij.
De restitutione spoliatorum. ix.
De dolo, & contuma. & citatis. & expen. lit. x.
Vt lite pendente. xj.
De sequestratione possessionum, & fructuum, ac arrestatione. xij.
De confessis & positionibus, & articulis. xiij.
De probationibus. xiiij.
De testibus. xv.
De fide instru. literarum, & tabellionum. xvj.
De præsumptionibus, & fictionibus. xvij.
De iureiurando. xviij.
De exce. & materiis obiectiuis. xix.
De præscriptionibus. xx.
De sententia, & re iudicata, interlocutoria & decretis. xxj.
De appella. suppli. & recusa. xxij.

LIBER III.

De præbendis. j.
De institutionibus. ij.
De concessione præbendæ. iij.
De his, quæ fiunt à prælato. iiij.
De his quæ fiunt à ma. parte capituli. v.
De rebus eccle. non alie. & unionibus. vj.
De emptione & uenditione. vij.

De

De locato.
De rerum permut. & de cap. licet. in vj.
De feudis.
De solutionibus.
De donationibus.
De testamentis.
De regularibus.
De iure patronatus.
De reliquiis, & uene. sanc.

LIBER IIII.

De conditionibus appo.

LIBER V.

De accusationibus, inquisitionibus, & denuntiationibus.
De hæreticis.
viij. De usuris. iij.
De priuilegiis. iiij.
ix. De iniuriis. v.
x. De sentẽtia excõmunicationis. vj.
xj. De uerborum significatione. vij.
xij. RVBRICAE EXtraordinariæ.
xiij. De expensis. j.
xiiij. De alimentis. ij.
xv. De inuentario. iij.
xvj. De attentatis. iiij.
j. De intimatione. v.
De cautione præstanda. vj.
De fructibus. vij.
j. De impetratione. viij.

FINIS.

DECISIONVM ROTAE
A D. AEGIDIO A BELLAMERA
V. I. *Doctore celeberrimo conscriptarum*
Index alphabeticus.

A

A. HABENS ecclesiam parochialē aliā impetrauit, B. priorē ecclesiā dicti A. impetrat per assecutionem fiendam cum clausulis generalibus, siue præmisso, siue alio quouis modo: deinde dicta assecutione non facta per ipsum A. idem A. impetrauit aliam ecclesiam: tunc C. impetrat dictam priorē ecclesiam A. per dictam assecutionē secundam, quæ effectū habuit: prior ecclesia ipsius A. debetur B. & non C. concluſ. dclxxxvij. pagina 360

Abbas agens pro monasterio, & membris, nō oportet eum probare illa de membris esse, quousque sint admissi eius articuli. conclu. cccclij. pag. 219

Abbati agenti possessorio recuperandæ pro abbatia, qua est priuatus, alimenta debentur, sed non sumptus litis, concluſio. lxxxviij. pag. 77

Absolutionem ad cautelam petenti propter absolutionem legitimam præcedentem excommunicationem non obstat renuntiatio dictæ appellationis postea facta. concluſio. dclxxxvj. pagina 360

Acceptans excusatur à negligentia cursus mensis, si beneficium fuit per alium diu pacifice possessum. conclu. dcc. pa. 407

Acceptatio facta infra mēsem, etiā ante notam uocationis, ualet secundum omnes. conclu. dlxxiij. pag. 280

Acceptatio facta per pauperē impetrantem ante purificationem ualet, modo facta fuerit purificatio infra mensem: alias non. quia acceptatio nō est nisi mentis declaratio. concluſi. cccl vij. pag. 191

Acceptatio plurium beneficiorum excedentium taxam positam in gratia, ualet nihilominus quo ad primum, secundum, &c. usq; ad taxam. conclu. cccj. pa. 173

Acceptatio præsumitur infra mensem, si probetur præcessisse uacationem. concl. cccxlix. pa. 188

Acceptatio præsumitur facta infra tempus debitum. concl. dlxxiiij. pag. 280

Acta, & gesta quæ dicantur, & qualiter differant. concluſio. lxvij. pagina. 55

Acta habita in causa beneficiali per appellationē deuoluta contra principalem, faciunt fidem, etiam contra illos, quorum interest. concl. ccccxxxviij. pa. 254
Actio competens condemnato ex conclusione clxix. pagina 137. non est prætoria, sed perpetua. conclu. clxx. pag. 138
Actiones ciuiles, & criminales ex eodem facto in uno libello deduci possunt. concl. cccc. pa. 201
Actor si moritur in curia lite beneficiali pendente, proceditur per audientiam contradictarum contra omnes, & singulos, quorum interest: non tamen super articulis appellationis à grauamine, secūdum do. Pe. de Sarce. conclu. lxxv. pag. 62
Actore mortuo si alius subrogetur, reo absenti est huiusmodi subrogatio intimanda. Secus si reus recedat. concl. clvj. pa. 133
Accusator si in causa criminali lite pendente se absentet, reus per audientiam contradictarū procedendo diffinitiue absolui potest: licet pœna talionis dicto accusatori absenti imponi non possit, secundum consilia. Aegidius secundam partem conclusionis restringit tantum ad delicta, pro quibus imponitur pœna maior relegatione. conclus. lxxix. pa. 67
Ad effectum excommunicationis ad cautelā sufficit probare per unum testem appellationē præcedentem excommunicationē, etiā si non plene deponat. Aegidius contra. concl. xcj. pag. 80
Ad excusandam desertionē causatam ex cursu x. dierum ad prosequendū appellationē sibi assignatorū sufficit infra illos, uel per alios, uel per se iter arripere uersus locum, ubi est papa. conclusione dccxix. pa. 441
Admissus pro interesse in inquisitione, licet de suo interesse non docuerit, nec litē ulterius prosecutus fuerit, si quid innouet circa possessionem, reuocabitur uia attentati. cōcl. dxlv. pa. 261
Ad petendum reuocationē attentatorum non debet admitti ille, de cuius non iure constat. conc. ccclvj. pa. 190
Ad probandum dominiū, uel quasi castri, nō sufficit probare, q̄ pater meus illud possedit, & habitus fuit notorie pro domino. cō clusio. dccxl. pa. 499
Ad probandum procuratoriū appellantis sufficit per appellatū producere trāsumptū illius, extractum de uoluntate dicti procuratoris appellantis, quia aliter haberi non potest. cōcl. ccccxlvj. pag. 217
Agens ex præsumptione, uel consuetudine, quæ prætenditur contra ius commune, licet teneatur deducere actus in articulis, super quibus habent testes deponere, tamen secus est in interdicto, uti possidetis. concl. ccccxlj. pag.

pa.222. & quæ sit ratio diuersitatis, uide ibidem.

Agens interdicto unde ui in causa etiam prophana non tenetur colorare suã possessionẽ per productionẽ tituli. Secus in agente ex canone, reintegranda, Aegidius contra. conclu. xvij. pa.17

Agens possessorio recuperãdę allegans pro colore titulũ, collationẽ sibi à uicario episcopi ad hoc specialem authoritatẽ habentem factam, sufficit producere collationẽ, & probare potestatem per ipsummet uicariũ. conclusio. l. pa.41

Agens possessorio recuperãdæ in beneficialibus tenetur colorare possessionem ex titulo. Secus, si agatur uia attentatorũ, quia in illa est summarius processus, nec requiritur color tituli: licet Aegidius in hoc ulti. contra. conclusio. xlix. pa.40

Allegãda sunt in iudicio illa, quæ facti sunt, licet constet in actis, ut est desertio, &c. practica intimationis certi articuli probãdi, uel uerificandi per principalem absentẽ. concl. cccxc. pag.231

Allegans infectum titulum non auditur in materia attentati. conclu. cccxciij. pag.199

Allegans titulum infectũ, & agens possessorio ad pensionẽ, de qua in c. fi. de præb. in causa restitutionis non auditur. conclusio. dcxxxix. pa.319

Amissio literarum apostolicarum titulum probantium ad effectũ habendum adiudicationem, nõ probatur per iuramentum secundum formam cap. fi. de his, quæ ui, metúsue cau. fi. Secus quo ad absolutoriam. conclusio. dclxxx. pa.282

Annus quartusdecimus requisitus in impetrante præbendam ecclesiæ cathedralis secundum regulam Gregorii desuper factã, debet esse completus, nec sufficit eum esse inchoatum. conclu. dccxxvij. pa.473

Appellans à tribus grauaminibus repositus super duobus, citandus est ulterius, secundum consilia: licet Aegidius contra. conclusio. clj. pa.130

Appellans non tenetur uenire ultra binas uices pro apostolis. cõ clusio. cccxliij. pag.185. Et nota quòd in datione apostolorum sufficit qualiacũque dicere, per quæ appareat, quòd uult approbare, uel reprobare appellationem. conclu. ccxlij. pa.162

Appellans qui in termino præfixo non petit apostolos, non est ulterius citandus secundum consilia: licet Aegidius contra. conclusio. clij. pa.130

Appellans si infra decem dies datos à iudice à quo, ad prosequẽdum appellationem non facit diligentiam, an diligentia appellati facientis committi causam infra dictos dies profit appellanti. conclu. ccclvij. pa.190

Appellanti à grauamine repetenti schedulã appellationis prius à simili grauamine interpositæ apud notarium causæ existentẽ non sufficit secundũ consilia: licet aliqui cõtrà.cõcl.cxxj. pa.111

Appellatio ad amissionem plurium articulorum iustificatur, si solum unus est admissibilis.conclusio.ccccxliiij. pag.216

Appellatio alternatiua ad archiepiscopum, uel papam tenet,& recipitur in palatio apostolico, etiam si appellans infra tempus appellationis appellationẽ prosequendam non elegerit. conclu.ccccIxxix. pag.227

Appellatio præsumitur à sententia, de qua appellatione constat solum per cõfessionem appellati,infra decem dies interpositæ : secus in acceptatione. & hic ponitur ratio differentiæ. conclusio.dclxxxiiij. pa. 358

Appellationi à diffinitiua non dicitur renuntiare comparens coram auditore cameræ, producendo iura sua, per quæ ostendere nititur sententiam illam, quam dictus auditor cameræ tulerat, non esse exequendam. Secus si peteret pronuntiari dictam sententiam non esse exequendam uel aliquid aliud, quod sine iurisdictione expediri non posset. conclusio.dccvij. pa. 415

Appellationi decretæ non renuntiat quis, licet insistat appellationi suæ etiam friuole interpositę.conclusio.lij. pa.42

Appellationi factæ in scriptis pro se, & adhærentibus suis sufficit adhærere uerbo sine scripturis. conclu.xix. pa.19.

Appellatus à grauamine extra iudicium ab episcopo ad archiepiscopum,petere nõ potest, quòd primo cognoscatur de articulo grauaminis, quia ille idem est cum negotio principali.sed bene petere potest, quòd primitus cognoscatur de uiribus appellationis secundum consilia : sed idem in appellatione à diffinitiua,secundum Aegidium. conclu.cxvij. pag.109

Appellatus appellationẽ sibi non intimatam prosequi potest.conclu.cclxxiij. pag.167

Appellatus in causa prophana potest præfigere terminum appellanti ad sedem apostolicam,taliter,quòd absque noua citatione etiam per audientiam contradictarũ procedi poterit.conclu.dccxxix. pag.474

Appellatus potest in curia approbare appellationem non deuoluentem in partibus interpositã, quam appellans non approbauit:licet aliqui contra, & desertio appellationis à grauamine non impedit processum in principali.conclusio.ccxxxvj. pagina. 160

Appellatus si post desertionẽ impetrat commissionem in negotio

tio principali seruando omnes terminos cum appellante, tamē appellans non condemnabitur in expensis in negotio principali: sed tantum super desertione pronuntietur. conclu. dxcix. pagi. 290

Archidiaconus non potest appellare pro ecclesia sua, nisi ob negligentiā episcopi, & capituli, nisi sua interfit: & tūc solus prosequetur, nisi quis adhæserit infra x. dies. conclusio. ccxxxviij. pag. 161

Archiepiscopus legatus asserens se legatum commitendo causas appellationum, & quærelarum in genere officio suo commissas, commissæ censentur etiam causæ iure legationis sibi competentes. conclusio. lxxj. pagina. 59

Articuli contra probationem iuris partis, sunt obiectiui, & nō admittuntur post terminum. conclu. cxcij. pa. 148

Articuli de iure etiā in causa prophana post conclusionem re integra saltē de gratia recipi possunt. conclu. dccxlv. pa. 528

Articuli de iure partis possunt etiā in causa prophana admitti etiā post conclusionem. conclusio. ccccxlvij. pag. 217

Articuli de priuilegio patronatus, & præsentationis regularium sunt boni. conclusio. clxxiij. pagina. 138

Articuli dicentes, una die se spoliatum à diuersis, non sunt contrarii. conclu. cccxc. pa. 198

Articuli fundati super gratia, cuius sumptum de registro literarum statim haberi potest, non debēt admitti in causa beneficiali, nisi sumptum huiusmodi habeatur. conclu. ccccccix. pag. 239

Articuli in causa iniuriarum ciuili an sint admittendi post terminum. con. cccxcix. pa. 200

Articuli non ueri similes non admittuntur contra impetrantem altare, uel beneficium. conclu. ccclxxxvij pag. 198

Articuli obiectiui, negatiui nimis generales, licet sint de bona materia, non sunt admittendi. conclu. cxxij. pa. 113

Articuli rectoris contra Archidiaconum uendicantem iurisdictionem in ipsum, in quibus dicit, se nō sibi, sed episcopo tali subiectū, admittendi sunt, quia talis negatiua probabilis est. concl. ccccxxxij. pag. 181

Articuli super coloratione, & discoloratione tituli admittūtur post suspensionem petitorii. conclu. ccxiij. pag. 153

Articuli tanquam male specificati non sunt admittēdi, si quis contra gratiam narrantis, se esse de genere comitum, doceat, quòd sit de genere inferiori, & quòd ita sit publica reputatio, uel cōtra acceptationem, quòd præsens per procuratorem suum legitime constitutum aliud beneficium

neficium acceptauerit, non deducendo dispositiue modum, & formam constitutionis, tempus, & locum. conclu. ccccxlv. pagina. 217
Articulis datis post cõmissionem, & citata parte ad dicendũ contra, uidetur citata ad dicendum causam, quare non debeat propter huiusmodi articulos conclusio reuocari, quia de illo solo tunc dicendum est: nõ autem ad dicendum defectus tangentes materiam, uel formam. conclu. ccccxciij. pag. 232
Articulo grauaminis omisso, quãdo appellatur à grauamine de partibus, uel auditore cameræ, proceditur ad instantiam partis in principali, quia non remittitur causa ad illos. conclu. cxxix. pag. 119
Articulo appellationis, & negotio principali commisso, omitti potest articulus appellationis, & procedi in negotio principali. conclu. ccclxvij. pag. 187
Articulorum admissio parte præsente, & cõsentiente facta, licet quo ad partem transeat in rem iudicatam: non tamen quo ad iudicem, licet iudex interlocutoriam, quæ in rem transiuit iudicatã, reuocare possit. Si tamẽ sine iusta causa hoc fecerit, iuste appellatur. conc. lj. pag. 41
Articulos nõ bene specificatos de materia obiectiua potest iudex cõtra absentem admittere. conclu. ccccxxxiiij. pag. 211
Articulus consuetudinis cõtra ius alterius non admittitur, nisi specificet actus. con. ccccvij. pa. 203
Articulus deducens longam præscriptionem de uerbo præscriptionis non faciens mentionẽ, sufficit ad præscriptionem. conclu. xxxiiij. pag. 29
Articulus formatus super cõsuetudine debet concernere actus, & eorũ frequentias, & quod actus illorum fuerunt facti scientibus & consentientibus omnibus tacite, uel expresse, uel saltem maiori parte illorum, qui possunt cõsuetudinem inducere. conc. lxv. pag. 53. Et hoc an, & quando & quomodo, uide ibidem.
Articulus, in quo dicitur plus, uel aliter fuisse scriptum, quàm fuerit actum, non ualet, nisi magis specifice declaretur. conclusio. cxlvj. pag. 128
Articulus, in quo minor dicit se læsum, licet non dicat enormiter, procedit. conclu. xxxiij. pa. 28
Attentata post inhibitionem non sunt reuocanda, ubi constat de nullitate appellationis. conclu. ccxxxix. pag. 161
Attentatum nõ dicitur id, quod fit circa proprietatem, si litigatur de titu. conclu. dxxix. pag. 247
Attestationum licet etiã post conclusionem dari possit copia, nõ tamen terminus statui debet ad dicendum contra, nisi iudex ad hęc ex æquitate moueatur. con-

clu.dlij. pag.265
Authoritas superioris iuris ordinē in procedendo non seruantis non excludit remedium possessorii.conclu.cv. pag.91
Auditor appel.à grauamine potest intimare inhibitionem per auditorem à quo decretā,an possit inhibere doctores dubitāt.Aegidius distinguit. uide hic conclu. clxvij. pa.134
Auditor cameræ etiam subiicientem se iurisdictioni suæ extra Romanam curiam citare nō potest, licet per aliquos allegetur consuetudo in contrarium pro auditore cameræ. conclus.cccv. pag. 173
Auditor cameræ non potest admittere cessionem bonorū excommunicati per executorem apostolicum per sententiam. conc. cxcvj. pa.149
Auditoris cameræ territorium est Romana curia, nec extra eam citare potest, nisi habeat ex speciali mandato. conclusio. cccc-xviij. pag.239
Auditor cameræ turbatores suæ iurisdictionis nō potest citare extra curiam.conclu.ccx. pag.152.
Auditor cōtradictarū,qui fuit auditor palatii,pronuntiabit in causis sibi commissis,ubi uult. cōcl. clxxxix. pag.148
Auditor datus super præstimoniis ciuitatis, & diœcesis,in cuius locū postea alius subrogatur,non facta mētione de præstimoniis ciuitatis,sed diœcesis tantū,poterit nihilominus subrogatus de præstimoniis ciuitatis cognoscere.conc.cxlj. pag.123
Auditor de consensu partium remissione sub sigillo decernere potest: & hoc de stylo curiæ. cō clu.dclvij. pag.333
Auditor deputatus in causa beneficiali an possit purificare gratiam,de qua agitur coram eo:cū illud sit de pertinentiis ad causam.conclu.dclxvij.pa.340. Sed si executor hoc faceret,reuocaretur per modum attētati. ibid.
Auditor existens Ananiæ, potest sibi decernere citationē ad comparendum curia existente Romæ.conclu.dcl. pag.325
Auditor grauans,pronuntians bene processum, non potest ab eo appellantem reponere.conclu. xxiij. pag.21
Auditor post inferiorem, & relationem alteri commissam, non tenetur aliquos terminos obseruare secundū consilia,quod dicit Aegidius uerū,si referēs illos seruauit. conclu.lxxxij. pag.69
Auditor potest cōpellere partes in feriis ad concordandū de portione remissionis ante expeditæ.conclu.dclviij. pag.334
Auditor procuratorē detrahēte in articu.iuris partis suę,de quo cō stat auisare pōt.cō.cxxxvj.pa.122
Auditor secūdæ instantiæ iuxta rei petitionē in prima instantia datam, iuxta quam debuit primus pron

pronuntiasse, licet in secūda instantia non repetitam, pronuntiare poterit. cōclusio. ccccclxxxj. pag. 228
Auditor secundæ instantiæ sigillat sequestrum, nec potest illud reuocare. conclu. dcxlviij. pag. 323
Auditor secundus in secunda instantia procedere potest uigore cōmissionis primo auditori directè in prima instantia. cōclu. ccccccxxvj. pag. 247
Auditor subrogatus censetur habere omnem potestatem prioris, præsertim in modo procedēdi. conclu. cxl. pag. 123
Auditor tertiæ instantiæ potest cō firmare sententiam latā per iudicem secundæ instantiæ, licet per ipsum fuerit omissus terminus ad producendū omnia. conclu. ccccclxxxj. pag. 228
Auditores prælati in causa appellationis à diffinitiua extra curiā lata seruant terminos, ut in secunda instantia. conclu. lxxviij. pag. 66
Auditores quos actus, & processus in domo extra locum audiētiæ expedire possunt. conclu. dclix. pag. 334

B.

BENEFICIATO agenti contra illū, cui ex consuetudine debentur fructus post mortē, obstat materia dictæ consuetudinis. conclu. ccccclxvj. pagina 223
Beneficio impetrato exprimēti cuiam imminere, non incumbit onus ad probandum. conclusio. dclxxvj. pag. 347
Beneficiorum aliorū expressio nō requiritur in posteriori gratia suppletiua defectus prioris gratiæ, in qua priori fuit facta mentio de beneficio impetrantis. cō clu. dcxxxv. pag. 317
Beneficiis duobus pro uno permutatis, si alterum eorū euincitur, competit regressus: nec oportet quòd petens regressum statim dicat, alterum non euictum, sed sufficit, quòd sit paratus recuperato beneficio suo. conclu. ccclxlviij. pag. 187
Beneficium acceptans cum gratia prioris datæ non fecit sibi prouideri, nisi post mensem. B. cum posteriori data idē beneficiū infra mensem acceptat, & facit sibi prouideri. C. post acceptationem, & prouisionē B. ac post acceptationem, & prouisionem A. impetrat idem beneficium à papa cum clausula: dummodo in ipso beneficio non sit alteri, &c. dubitatur quis horum triū præferatur. cōclu. ccccclxviij. pa. 224
Beneficium præsumitur esse infra taxam. quod est uerū secundum Aegidium, si impetretur incertum: secus si certū. conclu. cxxxij. pag. 120
Beneficium quādiu est plena facultas ipsum cōferendi, regulariter non currit tēpus collatori. conclu. dclx. pag. 334

Vide etiã ibidem qualiter probetur beneficium esse deuolutum ad superiorem.
Beneficium regulariter electiuũ, licet certo casu collatiuum, non dicitur collatiuum, sed electiuũ. conclu.ccv. pag.151
Beneficium resignatũ in curia, non cadit sub clausulis generalibus positis in impetratione, per cõtractum matrimonii, uel ingressum religionis. conclu. cclj. pagina. 163
Beneficium si fuit per alium diu pacifice possessum, excusatur acceptãs à negligẽtia cursus mẽsis. conclu.dcc. pag.407
Beneficiũ si quis impetrauerit per mortem alicuius, an oporteat ipsum probare titulum, & possessionem antecessoris mortui. conclu.dcxlv. pag.321

C.

CANONICATVM & prębendam, ac thesaurariã ecclesiæ cathedralis, quę est dignitas, si existens xiij. uel xiiij. annorum impetrat, & de defectu ætatis respectu thesaurariæ tantũ dispẽsatur, an possit retinere canonicatum, & præbendã prędictã uigore dictæ dispensationis. conclu.dccxxviij. pag.473
Canonici omnes simul in loco capitulari congregati si nomine suarum dignitatum, uel præbẽdarum cõstituant procuratorẽ, etiam bona capituli obligando, non censetur talis procurator capituli secundũ consilia. Secus secundum Aegidium, si in gene re constituerint nõ exprimẽdo se hoc facere nomine dignitatum, uel præbendarum. conclu. cviij. pag.92
Canonici simul congregati cõstituunt procuratorem. An autem ille dicatur cõstitutus nomine, & in causis capituli, uel singularium, uide hic bonã distinctionem Aegidii circa finem cõclusionis. conclu.x. pag.10
Canonici, ubi de consuetudine creant, uel eligunt canonicos, secundum ordinem suæ receptionis, habent acceptare præbẽdas uacaturas, conferẽdas eis per capitulum uacãtibus prębendis, & per primum, & secundo receptos acceptatis, ualet nihilominus secundo recepto facta collatio. conclu. cccccclxxxviij. pa. 285
Canonicus uolens male alienata nomine ecclesiæ repetere, debet concludere in remedio malæ alienationis. cõclusio. ccciij. pag. 173
Capellam sancti Petri de Vrbe si unus impetrat à papa per mortem tũc morantis in ipsa Vrbe, curia ibi existẽte, & alius impetrat ab ordinario collatore, impetrans ab ordinario obtinebit, nisi mortuus fuerit cortisianus. Quis autem præferendus sit, si unus acceptat dictam capellam uigore expectatiuæ, & alius impetrat per mortem, hic uide. cõclusio.

cluſio.dclv. pag.332
Capellanatus papæ quomodo probetur.concluſio.dcxj. pag.295
Capellanatus probatur contra aliquem per hoc,quòd in alia impetratione ſua confeſſus eſt.cõclu.ccccccxcvj. pag.289
Capellania honoris non probatur per teſtes,pro eo,quòd ſemper probatur per ſcripturam.cõclu. ccccxxxij. pag.210
Capitulum,de multa.de præben.c. eum qui.eo.ti.& clemen.gratia. de reſcrip.non habẽt locum in eo,qui recepit ſecundũ incompatibile, credens ſibi in eo ius competere, licet nõ competat. In his etiam caſibus præſumitur ignorãtia,niſi probetur ſciẽtia.conclu.cccccclxiij. pag.273
Capitulum,de multa.requirit pacificam poſſeſsionẽ ſecundi incompatibilis de iure, & de facto: nec procedit eius pœna ſi in limine poſſeſsionis lis moueatur.conclu.ccccccxcvij.pag. 289
Capitulum finale, de electio.li.vj. loquens in confirmatione electionis,non uendicat ſibi locũ in inſtitutione præſentati, niſi ubi conſuetudo aliter diſponit. conclu.dcxx. pag.300
Capitulum habens iuriſdictionem poteſt canonicum pro cõtumacia ſuſpendere,uel excommunicare: & interim ei auferre fructus præbẽdæ:nec auditur agẽs pro illius poſſeſſorio.cõcluſio. ccxliiij. pag.162
Capitulum non ſuccedit per negligentiam epiſcopi in prouidendo iure deuoluto,ſed ſuus ſuperior immediatus,& idem in confirmatione,& inſtitutione.cõcluſio.ccccxxvj. pag.207
Capitulum.ſi beneficia.de præben. in vj.in eo,quòd dat regreſſum, ſi poſſeſſa ſine difficultate dimittantur, intelligitur de difficultate facti,non iuris:imò ſi dubium eſt de iure,perſiſtere poteſt uſq; ad tres ſententias.conclu.ccccccxcviij. pag.289
Capitulum,ſtatutum.de reſcrip.lib. vj.habet locũ in executore impetrato ſuper cõfirmatione electionis,quando impetratur contra certos, ſecus contra illos, quorum intereſt in genere: licet aliter diſtinguat Aegidius. conclu.cxxvj. pag.116
Capitulum,ſuſcepta. de reſtitut.in integrum.nõ habet locũ in ſententia arbitri.concluſio. ccxcvij. pag. 172
Capitulum,ſuſceptum.de reſcript. in vj.non habet locum in acceptatione,& prouiſione.conclu. ccxxj. pag.156
Cardinales de ſtylo curiæ cõmittunt auditoribus ſuis obſeruationes terminorum circa ſentẽtiam abſq; commiſsione papæ tantum in cauſis ſibi commiſsis. conclu.xliij. pag.37
Cardinali creditur in cauſis ſibi cõmiſsis,& ſtabitur aſſertioni legati ſuper confeſsione partis aduer

aduersæ ſuper probatione titu-
li:licet confeſsio alias nõ pro-
bet titulũ.concluſio.clxxxiij.pa-
gina. 146
Cardinali ſoli,ut teſti,non habenti
conteſtem,non creditur.conclu.
dcxxviij. pag.311
Caſus duo,in quibus dominus fa-
cto coloni perdit poſſeſsionẽ:
& duo alii,quibus colonus eum
poſſeſsione priuare poteſt.con
clu.ciiij. pag.89
Cauſa à ſede apoſtolica,de conſen
ſu etiam partium,committi nõ
poteſt,niſi perſonæ qualificatæ.
iuxta §.primum,in ca.ſtatutũ.de
reſcript.in vj.Secus in eo,quod
ibi de loco diſponitur.conclu.
lxxxj. pag.69
Cauſa appellationis interpoſitæ à
delegato non poterit eidẽ de-
legato committi. conclu.xxiiij.
pag. 21
Cauſa debitorum,& onerum im-
portabilium,eſt cauſa ſufficiens
unionis.conclu.ccclxxvj. pa.196
Cauſa deuoluta per appellationẽ
ad curiam,poteſt quandocunq;
in illa procedi per audientiã cõ
tradictarum. conclu.cccccix.pa-
gina. 269
Cauſa commiſſa ad inſtantiã Petri
inter eum,ac M.& Ioã.per im-
petratam commiſsionem per P.
contra M.& Ioã.cauſa finita ad
inſtantiam dicti P.nõ poteſt M.
contra Io.agere.concluſio.cccc-
xlviij. pag.218
Cauſa grauaminis cum omnibus
ſuis emergen.&c.quando com-
mittitur per reſcriptũ,uenit etiã
negotium principale. cõcluſio.
dcxix. pag.300
Cauſam faciens committi audito-
ri contra uerba,& obtinens cita
tionem ad partes,ſi ante execu-
tionem citationis ſpoliet aduer
ſarium, reuocabitur per modũ
attentati.conclu.ccclxxx. pa.197
Cautio præſtita de præſentando ci
tationem coram uno iudice,du
rat etiam coram iudice appella
tionis à primo iudice interpo-
ſitæ.conclu.ccccliij. pag.189
Ceſsio bonorum,niſi dato libello,
& lit.conteſtata,nõ debet fieri.
cõclu.cxcvij. pag.149
Citatio originalis quamuis affixa
non fuerit in locis publicis,ſed
ſolum, eius tranſumpta,ſi pars,
quæ citabatur miſit procurato-
rem ad illam cauſam:ſi procura
tor nõ comparuerit,niſi in con-
cluſione, ualebit proceſſus fa-
ctus uigore prædictæ citationis
ante comparitionem.concluſio.
ccccccxxxix. pag.245
Citatio partis non requiritur in
denuntiatione excõmunicatio-
nis.conclu.ccccxj.pag. 203
Citatio partis requiritur in fiendis
publicationibus uigore cõpulſo
riæ.conclu.ccxxx. pag.158
Citatio præſumitur minus legiti-
me peruenisſe ad notitiã illius,
qui comparet per ſe,uel procu-
ratorem legitime deputatũ poſt
citationẽ.cõclu.ccclxiiij. pa.194

Citationē ſufficit exequi per edictum in duobus locis,licet mandetur in tribus:cōcluſio.cxciiij. pag. 148
Citationis executio an ſufficiat facta in cathedrali, & in eccleſia collegiata oppidi,in quo eſt illa eccleſia.conclu.cccix.pa.174.
Citationis executio non ualet,ſi dicatur executa,prout in literis cōtinetur,quia triplex ponitur modus citandi in eis.concluſio.cc. pag. 150
Citatum probare non ſufficit per edictū in locis uicinis,ſed quòd ueriſimiliter ad eius notitiam peruenit citatio.conclu.clxxviij. pag. 147
Citatus à iure nō defenſus,per c.j. de elect.in vj.appellat infra decem dies à tēpore ſcientiæ.conclu.ccclxxj. pag.195
Citatus non comparens,ſed perſonaliter comprehenſus ad ſentētiam audiendam,mouetur,ne recedat,quouſq; detur ſentētia:licet recedat,non dicitur manifeſte contumax,quin poſsit ab huiuſmodi ſententia appellare:licet aliqui contra.conclu.ccccxlvj. pag.262
Citatus perſonaliter coram papa non excuſatur mandato contrario imperatoris.concluſio.clxxj. pag. 138
Citatus perſonaliter,licet nō compareat,non eſt excommunicandus.conclu.clxxxvij. pag.147
Citatus perſonaliter,ut centeſima die compareat coram auditore cum actis, &c.uirtute citationis executæ poteſt procedi per audientiam ad omnes actus.conclu.cccx. pag.175
Sed utrum,ſi aliquis ipſorū fuerit omiſſus,uitietur propter hoc proceſſus,uide ibidem.
Citatus ſuper fide,ſi non comparuit,& poſtea ſtetit in excommunicatione per annum, & lapſo anno non reſtat,niſi ſentētia ferenda,& moritur, nihilominus ſunt uocandi filii,uel hæredes, quorū intereſt. cōclu.dclxxxviij. pag. 361
Clauſulę:quouis alio modo,in gratia,in qua tantū una perſona exprimitur, ad illā reſtringuntur. Idem ſi duæ exprimuntur,quia ad illas duas ſit reſtrictio.conclu.dcx. pag.294
Clemētina,ad compeſcendum. tit. de ſequeſtra.poſſeſsio.& fruct. non habet locum in ſentētia in cauſa beneficiali,ſuper attentatis lata.conclu.liij. pag.43
Clementina,appellanti. habet locum,etiā ſi iudex,ad quē ſubrogatur in loco iudicis à quo.conclu.cl. pag.129
Clemētina,appellanti.licet nō habeat locum in ſentētia reſtitutionis ad appellandū,& omnia alia habente uim diffinitiuæ:habet tamē locum c.cordi.quo ad hoc.ut fiat in ſcriptis appellatio, conclu.cccxxv. pag.182
Clementina,appellanti.non habet locum

locum in appellatione ab inter locutoria habente uim diffinitiuæ, ſicut ab interlocutoria, quæ fertur ſuper attētatis.concluſio. ccccxvij. pag.205
Clementina, appellanti.non habet locum ſuper attentatis.conclu. cxlviij. pag.129
Clementina, auditor.de reſcrip.habet locum etiam in præſentato inſtituendo.cōclu.dcxxj.pa.300
Clericus ſubticendo ſe fore talem, litigans in foro ſeculari, ſi ſuccumbit, cōtra executionem ſententiæ primo de clericatu opponens, tenetur actori ad expēſas. conclu.ccxxvj. pag.158
Collatio apoſtolica de beneficio iuris patronatus non tollit patrono, nec dat ordinario poſſeſſionem.conclu.ccxij. pag.153
Idem eſſet, ſi de iure patroni, ad quem præſentatio ſpectaret, eſſet facta mētio.cōclu.ccccclxxiiij. pag. 226
Collatio beneficii conſueti cōferri ſecularibus, diſpenſatione facta regulari, eſt nulla, nec impedit deuolutionem. cōclu.clxxij. pag. 138
Collatio beneficii iuris patronatus laicalis, uel etiam diſpenſatio de retinēdo ipſum, ubi erat in proximo uacaturum, tacito dicto patronatu, eſt nulla.concluſio.dcclij. pag.561
Idē hic, quod in proxima cōcluſione, ſi tacet, ꝙ prioratus ſit de præbēda laicali, etiā ſi diſpenſatio ſit cōceſſa motu proprio.nā licet motus proprius tollat ſubreptionē, nō tamē tollit inueriſi militudinē, uel defectum intētionis cōcedētis. An autē ſufficeret, ꝙ huiuſmodi patronatus tēpore gratiæ fuiſſet expreſſus papæ, licet non in literis diſpenſationis deſcriptus ſit, probari poſsit per teſtes, ſunt opiniones.cōcluſio. dccliij. pa.575
Collatio beneficii iuris patronatus laicalis patrono cōtēpto, eſt nulla ipſo iure.cōclu.clxiij.pag.136
Collatio ordinaria, licet inualida, ſufficit ad probādū uerbū: uidelicet, ꝙ canonice poſſedit in impetrationib⁹.cōclu.cxvj. pa.107
Collatio præbēdarū eccleſiæ cathedralis ſpectat ad epiſcopū cū cōſenſu ſui capituli requirēdo, ſed nō neceſſario ſequēdo: qa licet ſint unū corpus, nō tamē habent bona, & iuriſdictionē cōmunē, & authoritas cōferēdi eſt epiſcopi: & inſtitutio corporalis archidiaconi. & licet appellatione bonorū ueniāt omnia bona, nō tamen iuriſdictio.cōclu.lxix.pa.55
Collatio prębēdarū in eccleſiis collegiatis inferioribus à cathedralibus ſpectat ad eorum prælatos, & capitula cōmuniter.conclu.dccxviij. pag.429
Collatio præbendarū per exiſtentes bona fide in poſſeſsione, ex titulo ordinario, etiā beneficii reſeruati, ualet ſecundum conſilia. Fallit in epiſcopatibus & abba

abbatiis secundũm Aegidium propter regulas cãcellariæ. hæc uera in his, quæ gerũtur ex officio publico: secus in iure speciali. quia publicus error, & publica utilitas tollerãtur. Excommunicatio enim occulta impedit electionem, & similia. cõclusio. lxvj. pag. 53.

Collatio præfertur, si cõcurrũt collatio executoris apostolici, & reseruatio papę. conclusio. ccxv. pag. 154

Collatio prioratus facta sine dispẽsatione non expresse professa, est nulla. & cui incumbat onus probãdi possessionem, & qualiter probetur. conclusio. lxxvj. pag. 63

Collationis pertinentia probatur per communem reputationem, & famam: etiam per procuratorem reuocatum. conclus. dlxx. pag. 279

Collusio an præsumatur, si actor possessor recte procedat usque ad conclusionem, nihil producendo, & actor petit se absolui, & reo silentium imponi. cõclu. dcxiiij. pag. 296

Comes in comitatu suo non potest creare notariũ de iure communi: potest tamen hoc de consuetudine. & tunc illius potestas non erit uniuersalis, sed solum id poterit, quod dat ei consuetudo, conclu. xxj. pa. 20

Commissio contra absentem, contra quem per audientiam contradictarum proceditur, impetrata, ut sola facti ueritate inspecta procedatur, ualet, licet de dicta absentia nõ fiat mentio. conclu. dxxv. pa. 246

Commissio de admittendo materiam abiectiuam in una instantia impetrata, non se extẽdit ad aliam. concl. ccccxxij. pa. 206

Commissio de procedendo summarie in causa prophana uni iudici facta, extenditur ad quemlibet in eius locum, etiã in alia instantia, pro eo subrogatum. conclu. xlj. pa. 36

Commissio facta ad recipiendum iura producendi per partes, dat potestatẽ recipiendi testes. conclu. cclxiij. pa. 166

Commissio facta cardinali, uel auditori rotæ, in qua committitur causa appellationis grauaminis cum negotio principali, comprehendit negotium principale tantum in euentum iustitiæ dictæ appellationis. & sic intelliguntur omnes commissiones, quæ ei fierent de negotio principali. conclu. ccccxix. pa. 205. Et si per ambas partes processum fuerit coram supradicto auditore, etiam in negotio principali, possunt redire ad primum sine noua commissione, si pronuntiatur bene processum per eum. conclu. ccccxx. pa. 206

Compositio facta per regem Aragonum, & episcopũ Gerundẽ. pro pace seruanda, an ualeat, si

in ea ipſe epiſcopus perpetuo obligauit ſe ad pœnã excommunicationis,& ad certam pœnam pecuniariam,quòd quoties cõtigerit frangi pacẽ per aliquos, conuocabit communitates ciuitatis & diœceſis Gerũdeñ.ad fractores pacis perſequendos. concluſio.cccxviij. pa.177

Commiſsio facta auditori primæ inſtantiæ de admittendo articulos iam datos non obſtante eorum mala ſpecificatione,non excluditur.Secus in caſu,in quo papa non habuiſſet reſpectum ad lapſum termini, ſed potius ad defectum materiæ. cõcluſio. dcxlix. pa.324

Commiſsio gratioſa pro probatione taxæ beneficii per uiam remiſsionis extra curiã, pro eo, quòd in curia probari nõ poſſit tacẽs probationes,quæ in curia ſuper libros theſaurariæ haberi poſſunt,eſt ſurreptitia. concluſio.ix. pag.9

Commiſsio impetrata poſt obſeruationem terminorum, & concluſionẽ in cauſa prophana ſuper facultate dandi libellum ſine petitione, pro eo,quòd narrat alteram partem petitionem non dediſſe, quæ tamẽ petitionem dedit,licet inutilem,nõ eſt ſurreptitia.concluſio.cxcj. pagina. 148

Commiſsio impetrata ſuper appellatione nondum interpoſita,eſt nulla.concluſio.c. pa.86

Commiſsio in Romana curia impetrata per filiumfamilias ualet. concluſione.dccxxx. pa.479

Commiſsio petens, quòd materia obiectiua lapſu termini,& mala ſpecificatione ipſius nõ obſtante admittatur ſignata,tollit etiã defectus lapſus termini.conclu. cccxxvij. pa.179

Commiſsio ſi eſt,quòd exacta forma procedatur in materia obiectiua, licet non in totum, ſed in aliquo,quod appareat ueriſimile,debet fieri ſpecificatio, ut tertius poſsit deponendo probare. conclu.lxxx. pa.68

Commiſsio ſuper iuriſdictiõe cauſæ Auinionenſis reſeruãda,narrans acta cauſæ, & regiſtra papalia ad dictam cauſam facientia eſſe ibidem, non eſt ſurreptitia,ſi ibi eſt notarius habẽs protocollum ſuum : licet nondum acta cauſæ in forma regiſtri ſcribere cœperit, ſimiliter etiam, ſi ibi non ſit niſi unum ſumptum in dicto regiſtro ad huiuſmodi cauſam faciens.concluſio.dlxix. pag. 278

Commiſsio ſuper reſtitutione aduerſus ſententiam impetrata, ſi plura narret, quorũ aliqua ſint uera, & aliqua falſa,ſufficit uniꝰ ſufficientis ueritas.conc. cclxxx. pag. 170

Commiſsio uſque ad ſalutem alterius præſumitur durare, uſquequo probetur ſanitas,& in facto recenti non præſumitur ſubita mutatio,

mutatio,& præsumitur actus factus infra tempus officialis temporalis, qui ipsum cessit,maxime quando eius potestas dependet ab incerto euentu. concluſ. cxxv. pag.121

Concedens per rescriptum, quòd in causa, in qua iam est sententia lata in possessorio, proceda tur in petitorio, nõ obstante suspensione eiusdem petitorii facta, præstita cautione de fructibus,& expensis: tamen procedi potest sine tali cautione, si non est facta còdemnatio in illis. conclu.dlix. pa.268

Concessio episcopi, in qua narratur consensus capituli interuenisse,licet de consensu non appareat, est titulus sufficiens pro præscriptione, conclusio. dccv. pag. 412

Concessio reseruatiua cõtra expectantem , ut post suspensionem petitorii procedatur in utroq;, ualet. instrumenta autem producta probant,si per ea apparet de non iure expectantis.conclusio. ccxiiij. pag.154

Cõclusio facilius reuocatur ad instantiam eius, in cuius absentia facta est:duntamen ille nõ fuerit manifeste contumax.conclu. lvj. pa.45

Conclusio facta cum potestate reuocandi , potest sine causa per iudicẽ reuocari. Aegidius contra,secundum quem à tali reuocatione iuste appellatur:licet fateatur in palatio talem appellationem non recipi. conclu. lvij. pag. 45

Conclusio facta cum potestate reuocandi , reuocari non debet sine iusta causa : maxime ad instantiã illius, qui ea fieri petiit. conclusio.lv.pag.44. Et quæ sit iusta causa reuocandi , uide ibi.

Condemnato in expensis mortuo post appellationem per suum procuratorem interiectam,non debent taxari expensæ,quousq; sit finita causa appellationis.cõclusio.ccclxxxij. pa.197

Condemnatio ubi non est facta in fructibus, non obstante cõmissione de procedendo in petitorio,præstita cautione de fructibus,& expensis, ex condemnatione iudicii possessorii sine huiusmodi cautione in petitorio procedi poterit. cõclusio. dlvij. pag. 267

Condemnatus si statim post sententiam, etiam ad mandatũ alterius iudicis, det bona sua alteri in solutũ,præsumitur fraus,quæ ipsum repellit à beneficio cessionis.conclu.cclxj. pa.166

Conductor non põt locatori quæstionẽ dominii referre,nec potest locator accumulare quæstionẽ pensionis quæstioni dominii prius intentatæ. concluſ. cxxxviij. pa.122

Confessio coram non suo iudice probata,coram suo iudice, non excusata,uel reuocata legitime,

bene probat:licet coram nõ suo iudice sit nulla ipso iure.conclusio.ccccxlix. pa.218
Cõfessio cum deliberatione emissa,siue sit iudicialis, siue extraiudicialis, regulariter probat in præiudicium confitentis. Fallit in vj. casibus hic expressis.conclusio.dcxcj. pa.379
Confessio domini,& procuratoris quando uidentur cõtrariæ propter diuersitatem temporum, si fieri potest, concordandæ sunt. conclu.dcciij. pa.411
Confessio extraiudicialis nõ probat in criminibus; sufficit tamẽ ad ponendum confitentem ad torturam.conclu.dccxxj.pa.443
Confessio facta in prima instantia potest reuocari in secunda,docto,uel non docto de errore.cõclu.ccxcvj. pa.172
Cõfessio facta in uno iudicio præiudicat in alio. Aegid.si probetur facta aliter, quàm per acta prioris iudicii:quoniam illa nõ faciunt fidem in secundo iudicio.conclu.iij. pa.3
Confessio licet præiudicet quo ad probationem: non tamen quo ad obligationem;nisi uerba dispositiua,& inductiua obligationem in se contineant. cõclu. dcxcij. pa.390
Confessio obstat petenti absolutionem, eo quòd prius cõfessus est capitulum habere iurisdictionem:licet nunc neget.conclu.dclxxj. pa.341
Confessio per errorem, uel iram facta,docto de errore, potest reuocari ante sententiam; confitens tamen tenetur probare errorẽ. An autem huiusmodi reuocatio fiat ipso iure uel ope exceptionis,hic uide.conclu.dcxciij. pag. 390
Confessio prælati agentis etiam sine consensu capituli, ecclesiæ præiudicat ipso iure. conclusio, dcxcvj. pag.399
Confessio procuratoris etiam reuocati ante certificationem iudici,uel parti factam,nocet domino.conclusio.clxiij. pa.136
Confessio procuratoris,tutoris,& alterius administratoris quando præiudicet domino.conclu. dcxcv. pa.393
Confessio qualis debeat esse, ut discoloret possessorium.cõclus. ccccl. pa.218
Confessio,quòd portator portauit communem remissionem, est inadmissibilis.concl.ccccl xxxvj, pag. 230
Consensus, uel ratificatio partium potest ualidare processum iudicis, uel iurisdictionem prorogare, dũmodo dictus iudex habeat iurisdictionem. conclusio. xxv, pag.23
Consuetudo optãdi præbendas in ecclesiis, ubi est distinctio titulorum,& corporum præbendarum, requirit obseruãtiam quadragenariam: alias sufficit decennaria.conclu.j. pa.1

Consuetudo, quòd capitulum eligat aliquos canonicos, qui secũdum ordinem surreptionis acceptare possint præbendas uacantes per capitulum eis conferendas, ualet. conclus. dlxxxvij. pag. 284

Consuetudo, quòd fructus beneficiorum debeátur ad usum mortui, non extenditur ad beneficia curata habentia administrationem, nec in illis ualet talis consuetudo. conclu. ccccclxv. pa. 223

Consuetudo, quòd super testamentis etiam ad non pias causas creditur duobus notariis sine inscriptione, uel subscriptione testium ualet. concl. dcxlvj. pa. 322.

Consuetudo ualet, quòd quis pluries optet præbendas. cõclusio. ccxxix. pag. 158

Constare non dicitur de non iure, quandiu doceri potest de iure: licet ex nunc productis si alia non producerentur, appareret de non iure. conclusio. cxij. pagina 89

Constare, & reperire qualiter differant. conclu. lxviij. pa. 55

Contumacia, pro qua quis est excõmunicatus, ubi redditur probabiliter dubia, est absoluendus excommunicatus, non satisfacto de expensis. conclu. clxxiiij. pag. 139

Contumax ut hæreticus est condẽnandus. propter contumaciam post mortem etiam quis cõdemnari potest. conclusio. dclxxvij. pa. 347. Et ad ualiditatem dicti processus fiendi contra hæreticum post mortem, uocandi sunt filii, & hæredes, quorum interest. & hoc in genere, si non apparent: in specie uero, si apparent, etiã si condemnandus ante mortem ad sententiam citatus fuerit, dummodo pendente termino decesserit. concl. dclxxviij. pag. 349. & conclu. dclxxix. pag. 355. Item in tribus præcedentibus conclusionibus proximis est locus, etiam si edictum peremptorium uere emanasset, & in illius personam, qui postea mortuus est, personaliter executum fuisset, dummodo termino edicti pendente mortuus fuerit, & sic non potuerit personaliter cõparere. cõc. dclxxx. p. 355

Copiæ attestationum iam publicatarum debent tradi tertio admisso ad cãm. cõcl. cclviij. pa. 165

Creatus in canonicum à papa sub expectatione præbendæ, potest præbendam uacantem etiã post mensem acceptare, non ui gratiæ sed iuris communis. conclu. dccxxxviij. pa. 494

Cultorum, & incultorum appellatione proprie uenit nouale. conclu. lxij. pa. 49

Cura, uel cõuentualitas probat beneficium regulare esse perpetuum. concl. cciiij. pa. 151

D

DE iure canonico idem nõ potest esse notarius, & iudex, &

teſtis.conclu.cclxv. pa.166
Delationi iuramenti non eſt locus in cauſis criminalibus minoribus,& beneficialibus,ubi de titulo agitur. Secus ſi non agitur de titulo beneficii ad fructus, & ſimile. & hæc uera reſpectu eorum,quæ ius conſtituit.Secus in aliis præſertim ſurreptionẽ gratiæ tollentibus,conclu.cccclxxx. pag. 227
Delegatis pluribus inſolidum datis non poteſt unus coram alio citare.conclu.cccclxxvj. pa.227
Delegato ſuper uarietate cauſarũ unionis aſſerenti creditur, niſi aliter cõſtet.cõcl.dcxviij.pa.297
Delegatus in cauſa appellationis qualiter pronuntiabit,ſi de ipſa non conſtet.concl.xxij. pa.20
Denũtiatio in materia in uim peremptoriæ non probat excommunicationem:ſecus in declaratione, uel denuntiatione parte uocata facta.conclu.dlxj.pa.271
Depoſitio de communi reputatione,& fama ſufficit ad probationem.conclu.ccclxxv. pa.196
Deſertio ſuperueniens non tollit deuolutionem cauſæ, in curia. concl.dxx. pa.244
Dictum teſtis non reddentis cauſam ſcientiæ ualet,niſi deponat de iure,uel ſecundum Aegidiũ, niſi fuerit de cauſa interrogatus, & illã non reddiderit. conclu.lxiiij. pa.52
Dictum teſtis de iure, & de facto deponentis ualet reſpectu eorum,quæ ſunt facti.conclu.xlvij. pag. 39
Differẽtia inter dilationẽ ad probandum, & probatum habendum.conclu.dccxv. pa.423
Dicens ſe iniuſte excommunicatũ pro offenſa dubia,dat iuratoriã cautionem, ſi petat ſe abſolui. Secus,ſi non addat iniuſte, quia tunc dat idoneam cautionem. conclu.ccclxxiij. pa.196
Dies ſex proceſſuum ad parẽdum currunt à tempore notitię,quare ualet appellatio facta intra illos ſex dies,& ex cauſa probabili abſoluitur ad cautelam. conclu.clx. pag.135
Dilatio alia ſine reſtitutione non datur ad dicendum de promotione poſt terminum peremptorium.conclu.ccxxiij. pa.157
Dilatio quando, & quanta in curia Romana reperto conuento dari debeat.conclu.cccclj. pagina. 218
Diligẽtia appellati prodeſt appellanti,& excuſat deſertionẽ.conclu.cclix. pa.165
Diſpenſato,& habilitato ad parochialem eccleſiam,& arctato ad promouendum à tempore datæ diſpenſationis currit tẽpus,non à tẽpore pacificæ poſſeſſionis. Aegidius contra, quo ad pœnam cap.licet canon.concl.cliij. pag. 130
Dolus ubi fundatur, debet in articulis ſpecificari,ſecundũ conſil. Aegidius tamen aliter uult. conclu.

clu.cxj. pa.104
Dominus comparens coram iudice remissionis concessæ procuratori, non prorogat, seu validat processum habitum, uel habendum cum dicto procuratore: dummodo processus fuerit nullus defectu iurisdictionis. cõ clu.cccvij. pa.174
Dominus iuuare se potest appellatione quo ad effectum deuolutionis per procuratorem nartãtem, ipsum turbatum in possessione: ubi tamen dominus spoliatus est, nõ obstante, quòd dominus dictum errorem reuocauerit. conclu.cccxcvj. pa.199
Dominus post cõstitutionem procuratoris bis cõparuit sine protestatione, deinde est protestatus, quòd non intendebat procuratores suos reuocare: unus dictorum procuratorum iudicium continuare poterit, quia dicti procuratores nõ cẽsentur reuocati. concl. cccclxiij. pa.219
Donatio facta concubinario non ualet, si concubina per fraudem fuit ad hoc inducta, & si iurauerit, relaxabitur à iuramento. conclu.ccxxiiij. pa.157
Donatio præsumitur facta in fraudem, uel simulata ex eo, ꝙ donator rem donatã possedit usq; ad mortem. conclu.dcexvj. pagina. 424
Donatio uniuersalis non transfert aliqualem personalem actionẽ in donatarium. concl.xxxj. pa.27

E

ECCLESIA, uel minor post publicationem attestationum, & conclusionum restituitur ad nouos testes producẽdos: requiritur tamen aliqualis causæ cognitio propter timorem subornationis, nisi sit alia præsumptio pro petente, de qua constet. conclu.xxxviij. pa.33
Ecclesia habetur loco domicilii, & ideo, cum super parochiali ecclesia agitur, sufficit facere executionẽ in ecclesia, de qua agitur, & etiam in ecclesia cathedrali. conclusio. ccccxiiij. pagina. 204
Ecclesiã parochialem scienter obtinens per collationem ordinarii, quæ fuerat reseruata per papam, si postea impetrat à papa facta mẽtione de reseruatione, non tamẽ de uitiosa possessione, non ualet impetratio. conclu.ccccxcviij. pa.234
Emãcipatio clerici facta per patrẽ laicum coram iudice laico ualet. conclu.dccxxxij. pa.483
Emptio facta per diffamatum de usuris minus iusto pretio cum pacto de reuẽdendo, præsumitur facta in fraudem usurarum secundum cõsilia. quod indubitanter procedit, secundũ Aegidium, si minus iustum pretium non ascendit ad dimidium. Sed quid si est maius dimidio? Vide pulchram distinctionem Aegidii. conclu.vij. pag.7

Episcopo non acquiritur, nec patrono prejudicatur, quo ad possessionem per collationem episcopi executoris apostolici. conclu. cvij. pag. 92

Episcopus an possit dare uicario, uel officiali suo potestatem conferendi decem beneficia uacatura, Aegidius tenet, quod sic in uicario: secus in officiali. alii autem ubique contra. conclu. ccccxliij. pag. 213

Episcopus deputatus in forma pauperum subdelegare poterit, licet sibi expresse hoc in literis nõ cõcedatur. con. cxxxiij. pa. 120

Episcopus eiicit patronum laicum de possessione iuris præsentandi, conferendo beneficiũ patronatus laicalis, quæ collatio habet effectum in sequentẽ uacationem, & executor apostolicus ad collationem episcopi confert uni: patronus præsentat aliũ quem episcopus instituit. ualet collatio executoris secundũ cõsilia. Aegidius distinguit, an episcopus fuerit bonæ, uel malæ fidei possessor, quod intelligit ex scientia, uel ignorãtia iuris alieni. conclu. cxxviij. pa. 118

Episcopus non dispensat cum illegitimo in præbenda ecclesiæ cathedralis, secundum Io. Mo. Licet Archi. & Io. And. contra. conclu. ccclxij. pa. 193

Error articulorum reuocari potest uerbo, & petẽdo admitti articulos, desuper offertur probatio erroris. & qualiter probetur error, hic uide. conclu. ccccxcvij. pag. 234

Error nominis cõstituentis in procuratorio, si apparet de cognomine, & non apparet fictus, non uitiat processum. conc. clxxxiiij. pag. 145

Error nominis proprii possessoris in commissione, si per cognomen, & alias circunstantias constat de corpore, non uitiat. conclu. dcxliij. pag. 321

Error probatur probando rem aliter se habere, nisi in casu, in quo erraret in facto proprio, de lucro captando tractaret, uel erraret in iure. Et hic uide aliquos casus, in quibus quis confessionem erroneam reuocare nõ potest. similiter in casibus suis qualiter probetur error. conclusio. dcxciij. pag. 392

Exceptio cõtra commissionem ecclesiæ in qua narratur priuilegium, quòd nullus in ea debeat recipi nisi legitimus, continentem impetranti terminum ad se probandum legitimũ præfigendum, habẽs quod ecclesia nõ habet hoc priuilegiũ, est præiudicialis, & poni potest contra dictam commissionem. cõclusio. ccccxcj. pa. 231

Exceptio de homicidio presbyteri, & de immiscentia senis cum infamia, est admittenda contra prouisum ad impediendum inductionem in possessionẽ. conclu.

clu.cccl. pag.189
Exceptio omissionis cognominis procuratoris in procuratorio, non obstat executioni sententiæ.conclu.dclj. pa.328
Exceptio, quòd religiosus non habens administrationē, non agat pro iniuriis personalibus, impedit litis contestationem. concl. ccij. pa.151
Exceptio rei iudicatæ, uel manifestæ offensæ ex sola non petitione rei iudicatæ contracta, nō bene opponitur petenti absolutionem ad cautelam: nisi allegetur nullitas ex defectu iurisdictionis, uel ex errore expresso. conclu.dccxxxvij. pag.492
Exceptio renuntiationis appellationis non obstat petenti absolutionē ad cautelam. Secus ubi agitur de reuocatione attentatorum, uel nullitate gestorū post talem appellationem. cōclusio. dclxx. pag.341
Exceptio super æstimatione iniuriæ contra iudicem, aut interesse, admittitur post cōclusionem in causa inter alios super re, de qua agitur. con.cccxxxvij.pa.183
Exceptiones de materia obiectiua, in termino ad hoc assignato, etiam post lapsum prioris termini, dari possunt, ubi una materia obiectiua est specificata, aliæ non specificatæ cum illa simul admittuntur. conclu. cccexxxvj. pag.211
Exceptiones generales de surreptione non ualent. conclusio. ccclxvij. pa.194
Excipi non potest de priori debito contra creditorem agentem ad impediendum condēnationem. conclu.cxlvij. pag.129
Excipi potest contra commissionem in curia factam de lite, super eadem re in partibus etiam coram iudice seculari pendente. conclusio.xlvj. pag.39
Excipi potest de falsitate appellationis, non obstante, quod appellans fuit restitutus per tres sententias ad prosequendā huiusmodi appellationem. ex quo de hac falsitate non fuit prius cognitum. conc.ccxvij.. pa.154
Excipi potest de non perhorrescentia cōtra rescriptum in perhorrescentia fundatum. conclu.xlv. pag. 38
Excipiens de manifesta offensa, cōtra petentem absolutionem, licet non dicat expresse, excipiendo, censetur tamen exceptiue data. conclu.dccxxxvj. pag.488
Excipiens de manifesta offensa nō tenetur declarare offensam. conclu.ccclij. pag.189
Excommunicatio de cōsuetudine ferri potest sine scriptis. conclusione. ccxliij. pag.162
Excommunicatio non tollitur per repositionem appellantis ab ea. conclu.cccxiij. pag.176
Excommunicatus nō dicitur pro manifesta offensa, qui dicēs primo se uelle parere inquisitionibus,

nibus, postea ex certis causis dicit se nolle parere, & propterea excommunicatus appellet, quia uoluntas potuit iuste mutari. cõ clu. cxxiiij. pag. 115
Excommunicatus pro re iudicata ante absolutionem soluere debet expensas nõ solum executoriæ, sed processus etiam, & monitione factorũ pro paritione. conc. ccccclxxxvj. pag. 284
Excusatur non promotus, etiam si ex interuallo, superueniat impedimentum litis post habitam pacificam possessionem: dũmodo tempore inchoationis dictæ litis tantum restet de tempore, quod promoueri possit. Sed an cessante huiusmodi litis impedimento impeditus debeat habere annum, & ei coniungendũ sit tẽpus sequens litem cũ tempore pacificæ possessionis præcedente litem? tenet Aegidius, ℔ habebit integrum annum, conclu. lxxxiij. pag. 70
Executor gratiæ pauperis, licet sciat pauperẽ, prout est, idoneũ, nõ sufficit, nisi eum talem pronuntiet. conc. dclxvij. pa. 340
Executores licet aliquid asserant, nõ præsumitur pro ueritate causarum, nisi aliter probetur. conclu. ccclxxvij. pa. 196
Executori si mandatur, ℔ si uocato possessore repererit beneficiũ uacare, prouideat Titio. si aliter fiat, prouisio nulla est. conclu. dcxlj. pag. 320
Executoria impetrata super executione trium sententiarum, & expensis, appellatione adhuc pendente ab earundẽ expensarũ taxatione cum processibus inde secutis, respectu huiusmodi expensarũ est ipso iure nulla. conclu. lxxxiiij. pag. 72
Executorũ trium in forma pauperũ si tertius dicit se nolle procedere collegis suis hoc ignorantibus, eorũ collegarũ sine eo ualet processus. con. ccclix. pa. 192
Expectans si acceptat parochialem ecclesiam uacantẽ, & executor prouidit de præbenda parochiali, ualet, quia appellatione præbendæ omne beneficium significatur. conclusione. dc. pa. 290
Expensæ pro aduocato & procuratore taxantur etiam cũ condemnatione, & taxatione expensarum factarum in lite. conclusio. ccccxxxvij. pag. 212
Expressio falsa litis pendentiæ, uel appellationis interpositæ non uitiat subrogationem iuris secũdum cõsi. Idem, si status litis falsè, & aliter, quam est, narretur secundum Aegi. con. cxv. pa. 106
Expressio falsi non dolosa principem ad concedendum non inducens, non uitiat gratiam. conclu. iiij. pag. 4
Exprimenti beneficio impetrato curam imminere non incumbit onus ad probandum. conclusio. dclxxvj. pag. 146
Extrauagans, execrabilis. in §. qui uero.

uero. non uendicat sibi locum, ubi obtinens unum incõpatibile aliud impetrans obtentũ offert dimissurum in euentum assecutionis, quod in dictum euentum realiter dimisit, licet coram ordinario non fecerit realẽ dimissionem. conc. dcclv. pa. 581

F

FALSA expressio litis, uel appellationis nõ uitiat subrogationem iuris secundum consilia. Idem, si status litis falsè, & aliter, quam est, narretur, secũdum Aegidium. conclusio. cxv. pagina. 106

Falsitas omnis expressa uerisimiliter mouens ad concedendum licet inducat subreptionẽ, non tamen omnis talis ueritas tacita: sed solum illa, de qua est tantum in iure, ut exprimatur. conclu. dcxcviij. pag. 402

Falsitas qualitatis expressæ uerisimiliter papã non mouentis non inducit surreptionẽ, & si in non obstantiis beneficiorũ obtentorum narretur præbenda generalis, quæ est corporalis. conclu. ccccl xxxviij. pag. 230

Feriis pendentibus suspendi potest petitorium: & etiam sine suspensione potest in solo possessorio iudicium prius intentatũ continuari. conc. dclxv. pa. 339

Fida custodia, sub qua carceratus transmittendus est, quæ dicatur. conclu. cccxxx. pag. 181

Fidem faciunt in rebus antiquis, scriptura, columnæ, liber antiquus historialis, & alia adminicula hic posita, concurrentibus fama, & cõmuni opinione. conclu. lxx. pag. 58

Filius secundogenitus, uel nepos ex filio primogeniti prœmortui, an patri succedat in feudo in iure primogenituræ. Conclusio uidetur tenere, quòd nepos. conclu. dccxxiiij. pag. 451

Forma communis pauperum circa alterius prouinciæ, & mansionis electionem non probat. conclu. ccxxij. pag. 157

Frater minor factus episcopus potest donare moderate. conclu. ccxlvij. pag. 163

G

GENERALITAS processus executorum in quo committitur omnibus & singulis presbyteris certæ diœcesis ualet. cõclu. cclxix. pa. 167

Glo. cle. literis. de prob. habet locũ quo ad effectum defensionis, & intentionis actoris: licet reprobetur quo ad effectum adiudicationis. conclusio. ccxc. pagina. 171

Gratia expectatiua de beneficio, etiam si sit dignitas in cathedrali, non tamen maior post pontificalem existat, includit capita ecclesiarum collegiatarum. conclu. ccxxxiiij. pag. 159

Gratia facta nuntio apostolico de cõferẽdo xx. beneficia etiã reseruata, cõprehẽdit reseruata etiam duplici

duplici reseruatione.cõcl.cccc-xxv. pa.207
Gratia facta nuntio de cõferendo beneficia qualitercunq; uacantia,non comprehendit reseruata per extrauagantem execrabilis.conclu.cccccxlix. pag.264
Gratia facta de prioratu conuentuali etiam nõ electiuo, tacito de conuẽtualitate,est nulla.conclu.ccvj. pag.151
Gratia facta per papam an possit probari per testes.cõcl.dcccxlvj. pag. 536
Gratia in forma pauperum,in qua sunt dati tres executores sub forma c.statutum.de rescript.in vj. & in processu duo tantũ se nominant,nõ dicitur esse purificata: licet unusquisq; testis dicat tres executores fuisse,& in processu sunt tria sigilla ignota.cõclu.cccxxxvj. pag.182
Gratia,in qua tacetur iniusta possessio beneficii,quod impetratur,uel in qua narratur gratia, cuius reformatio petitur,sed tacetur,quòd illi gratiæ tũc saltẽ tacite renuntiatũ erit,est subreptitia.conclu.cccclxvij.pag. 224
Gratia legati de prouidẽdo re integra,eius morte finitur.conclu. ccccxliij. pag.257
Gratia non censetur subreptitia,si tacetur beneficiũ in ea,& possessio acceptetur per procuratorem ui gratiæ reuocatę, quam ignorauit impetrans.concluſio. ccccxxvij. pag.247
Gratia speciali,& cõmuni cõcurrente, quæ sit præferenda.conclu.lxxvij. pag.66
Gratiam habẽs fauorabilem præfertur alteri sub eadem data, etiã si postea præsentauerit.cõclu.cxliiij. pag.127
Gratiæ si obsint omnia in ipsa narrata,licet tolli nõ petãtur,subla ta tamen censentur.conclu.cccxxxiij. pag.182
Gratiæ speciales,& cõmunes non dicuntur impares, sed secundũ exigentiam c.duobus.de reseri. in vj.conclu.ccccclxiij. pag.223
Guerræ sunt causæ sufficientes ad unionem, si propterea fructus episcopatus attenuati sint.conclu.ccccccxvij. pag.243

H.

HABILITATES impetrãtis non negatæ præsumuntur.conclu.cxxxiiij. pa.121
Hæres legatarii cõditionalis probare debet conditionem purificatam in uita legatarii.& semper durabit conditio quousque impleatur.concluſio.ccccclxxxiij. pag. 229
Hæres,non executor testamẽti repetet debita mortui.conclu.ccl. pag. 163
Hæretici bona licet in crimine hęresis sint ipso iure confiscata:nõ sic tamen in crimine læsæ maiestatis.cõclu.dcxc. pag.579

I.

ID quod dicitur bonæ fidei possessorẽ nõ teneri ad consumptos,

ptos,sed extantes fructus,intelligitur nisi eos usu cepisset triennio possidendo,conclu.ccccxij. pag. 204

Ignorans constitutionem etiã improbabiliter promulgatam sub pœna excõmunicationis,nõ est excommunicatus quo ad deum, nisi illud,quod fecerit,alias in se sit malum:maxime si nõ credit peccare.conclusio. ccccclxj. pag. 255

Illegitimus dispensatus ad dignitates,habebit in ecclesia cathedrali curatas, & electiuas,cõclusio. ccxciij. pag.172

Illegitimus si dispẽsatus ad unũ beneficium aliud permutet cũ legitimo eius defectum ignorante,permutatio est nulla; quilibet tamen habebit regressum ad suũ *dimissum* beneficium.cõclusio. *dcclvj.* pag.586

Impedimẽtum modicum restituit terminum decẽ dierum datũ ad faciendam diligẽtiam pro prosecutione appellationis à difinitiua.conclu.ccccxciij. pa.288

Impetrãs beneficium tanquàm uacans per constitutionem,execrabilis.exprimens,quòd illã parochialem ecclesiam tenuerit per annum nõ promotus,non obtinet probando solum non promotionem, conclusio. dccxxv. pag. 486

Impetrans cum clausula, aut alio quouis modo deducens unum modum in iudicio,aliũ in alia instantia deducere poterit.conclu.ccccxxx. pag.210

Impetrans ecclesiam parochialem exprimens possessoré non promotum eã cũ alia simili per plures annos simul tenuisse,sufficit probare huiusmodi simul tentã retentionẽ,licet non probet nõ promotionem. cõclusio.ccccxv. pag. 204

Impetrans ecclesiam,quæ reperitur unita per mortẽ alicuius,cõ sequitur perpetuã uicariã eiusdem ecclesiæ per eiusdem mortem uacantem. conclusio. dccij. pag. 409

Impetrans in forma pauperũ ante purificationem gratiæ suę acceptare potest.conclu.cxxx.pa.120

Impetrans non est necesse quòd se inscribat ante citationẽ obtentam,ubi mãdatur auditori,quòd super crimine criminaliter intẽtato citetur quis personaliter. conclu.cccxxv. pag.179

Impetrans si expressit se esse magistrum in artibus,uel quid simile,oportet,quòd illud probet,si negetur.conclu.cxiiij. pa.105

Impetranti præbẽdam uacaturam non sufficit per assecutionẽ Titii de alio beneficio,nisi probetur prouisio ipsius.cõcl.ccxlviij. pag. 163

Impetranti si in aliqua prouincia, in qua dicit se perpetuam mansionem elegisse,præfigatur terminus,& infra illum id nõ probauerit,imponitur ei silentium,

quia

quia sola assertio nõ probat.cõclusio.ccxlv. pag.162
Impetrata causa super beneficio cõtra Ioannem possessorẽ cũ potestate citãdi,& executa citatione ad partes in ecclesia,de qua agitur in personam P.procuratoris dicti Ioan.recipiẽtis copiã citationis,& dicentis se cõstitutum procuratorem à dicto Ioã. ad causas motas, & mouendas duntaxat,tamẽ ualebit executio etiam in deuolutis super beneficio,de quo agitur.Sed an sufficiat intimationẽ fieri in personam procuratoris,uide hic.cõclusio.cccclxxvj. pa.281
Et si in casu proximo præcedenti fuisset facta executio citationis in personas possidentiũ beneficium pro dicto Ioan.& dictę personę uulnerassent,seu incarcerasset citãtes,an teneatur pro tali delicto ipse Ioã.principalis, hic uide. conclusio.cccccxxvij. ibidem.
Impetratio de beneficio,qđ alius pluribus annis nõ promotus tenuit,si in ea dicitur, ꝙ tertius, qui prius mouerat litẽ,fuit prouisus de alio beneficio,an ualeat.conclu.ccxviij. pag.155
Impetratio de permutãdo beneficium uacaturũ per assecutionẽ propriam,de quo alteri est mandatum prouideri,tacens dictum mandatum,an sit ex hoc subreptitia.conclu.dccxxxix. pag.495
Impetratio facta lite pendente super beneficio ualida est,si nullus litigantiũ in beneficio ius habebat.conclũ.ccxix. pag.155
Impetratio lite pendẽte facta sine expresione litis pendẽtiæ,quãdo ualeat.conclu.dcccxlix.pa.551
Impetrator tacens litis pendentiã gratia eadem die introducta nõ est subreptitia.conclusio.dcxcix. pag. 407
In causa nullitatis resultantis extra acta causæ requiritur lit.cõtesta. & nisi directe respondeatur petitioni,lis nõ contestatur.cõclu. cccclxiiij. pag.223
In commissione causæ,cuius signatura restricta est, dũmodo partes nõ sint Auinionenses,sufficit desuper auditoris causæ extraiudicialis informatio ad effectũ citationis decernere.conclusio. dcxxxvij. pag.319
In datione apostolorũ sufficit quaeliacunq; dicere, per quæ appareat,quòd uult approbare, uel reprobare appellationem.cõclusio.ccxlij. pa.162
Inductio in possessionẽ facta per habentem potestatẽ prouidẽdi, operatur prouisionem. conclu. ccxxv. pa.157
In gratia:si neutri,narrãs se idẽ beneficium prius acceptasse, uel aliud facilius mouẽs,id uerificari debet.cõclu.xl. pa.36
In uim gratiæ,si neutri,uni iudici directe alter subrogatus etiam generaliter prouidet.conclusio. xxxix. pag.34

Iniuriæ qualiter æstimẽtur,& quãdo,& qualiter in his iuretur.cõclu.dccxxij. pag.444
Inquisito dandæ sunt copiæ capitulorum antequàm respondeat, licet seruetur oppositum.cõclu. ccxxxij. pag.159
Instantia non penitus perit quo ad tertium pro suo interesse ad causam admissum morte alterius litigãtium.conclu.xcv.pa.83
Institutio filii facta sub conditione mixta est nulla,& uitiat testamẽtum secundũ cõsilia.conclusio. xxvj. pag.23
Instrumenta appellationis,& intimationis factæ per procuratorẽ una cum copia procuratorii ad instantiã appellati,uel eius procuratoris exemplata,probãt deuolutionẽ causæ.cõclu.ccccxxij. pag. 213
Instrumenta si producãtur duo eorundem notarii,& testiũ,& formæ,saluo,quód unum est purũ, aliud cõditionale,statur conditionali.conclu.ccclxxij. pag.196
Instrumento impetrationis,& dãtionis apostolorum habẽti bonam datã in quo ad pontificatũ erroneam,tamẽ quo ad numerũ annorum statur.cõclusio.cxviij. pag. 109
Instrumento insinuationis,in quo insertum est instrumentum appellationis, datur fides de appellatione respectu deuolutionis causæ, si idem notarius de utroq; fuerit rogatus.cõclusio. xv. pag.15
Instrumẽto præsentationis,in quo non sunt scripta nomina testiũ, sed est sigillatum sigillo generalis uicarii episcopi,an credatur: & an repellãtur articuli,in quibus dicit esse consuetum in tali instrumento,uel literis poni nomina testium,& uicariorum.cõclusio.cccxj. pa.175
Instrumentum nõ probat,nisi probetur notarius,si negetur.conclusio.cxciij. pag.148
Instrumẽtum acceptationis narrãs uacationem,nõ probat cõsumptionem respectu beneficii post uacantis, nisi probetur,& prius acceptatum infra mensẽ datũ ad acceptandum uacauit.cõclu. ccccxxviij. pa.247
Instrumẽtum cõtinens plus,quàm protocollum,est falsum.conclu. clxv. pa.136
Instrumentum notariorum imperialiũ cõfectum etiam infra terras ecclesiæ ualet.conclu.ccxlvj. pag. 163
Intentari potest super ecclesia, & eius fructibus per rescriptũ etiã in causa prophana de per se,& principaliter,& super fructibus. conclu.ccccclviij. pag.268
Intimatio appellationis interpositæ per procuratorem,de cuius mãdato non cõstat,non probat deuolutionem. conclu. lviij.pagina 46
Intimatio facta per nõ procuratorem tenet.conclu.lix. pag.47

Intimatio appellationis facta per non procuratorem tenet, quia ius non exprimit, per quē intimatio fieri debeat. cōclu. ccccclxxxj. pa. 283

Intimatio non habet uim inhibitionis. conclu. cccxxij. pa. 179

Inuentarium non ualet, quādo nō uocantur creditores legatarii, nec ostendunt omnia bona notario, & testibus, nec uocantur cognati, & hæredes, nec est sigillatum, nec inchoatum intra xxx. dies. conclu. cclxxix. pa. 169

Iudex admittens omnes articulos, & protestans nō admittendos, non censeri admissos, si postea omnes includit in remissione ad partes, quam sub sigillo concedit, an uideatur à dicta protestatione recessisse. cōclusio. cccxlj. pa. 185

Iudex appellationis à grauamine non potest omittere grauamen sine cōsensu ambarum partiū, si ambarum interfit, uel alias illius, cuius interest, si non potest faciliter terminari cum negotio principali: alias secus. conclusio. xxxvij. pa. 32

Iudex appellationis à grauamine reuocans alterius sentētiam ex nouiter productis nihilominus sibi remittit causam principalē. conclu. xxxv. pa. 29

Iudex appellationis licet de iuris rigore possit pronuntiare male processum, ubi appellatur à iudice admittente duas materias, quarum una est tantū admissibilis: potest tamē etiam distingue re pronuntiādo diuisim de æquitate. conclu. ccccciiij. pag. 235

Iudex appellationis sine noua cōmissione cognoscit, & pronuntiat super nullitate secundū cōsilia. Aegidius aliter dicit. cōclu. xcvij. pag. 84

Iudex, cui commissum est aliquem citare personaliter, si reperiat eum diffamatū de crimine, informans se extraiudicialiter, nō tenetur recipere testes de bona fama per procuratorē generalem dicti citandi absentia constitutum producēdos. conclusio. dccviij. pag. 416

Iudex datus super appellatione à diffinitiua, de qua appellatione nō cōstat, nihil pronuntiare poterit, quod intelligit Aegidius in principali. cōclu. xxviij. pa. 24

Iudex, cui mandatur, ut recipiat à carcerato appellāte cautionem ante relaxationem, si primo relaxat & postea cautionem capit, grauat. conclu. ccclv. pag. 190

Iudex debet facere declarari articulum generalem, si est de bona materia. cōclu. ccxx. pa. 110

Iudex potest citare personaliter aliquem, licet habeat procuratorē ad respondēdum singulis. conclu. ccxxviij. pa. 158

Iudex potest pronuntiare spoliationem iniustam ex solo remedio canonis, redintegrāda, conclu. ccliiij. pa. 164

Iudex, qui excõmunicauit aliquẽ eo nõ uocato, uel alias iniuſte, poteſt illum abſoluere etiã alia parte non uocata. concl. dclxiij. pag. 338
Iudex, qui pronuntiat appellationem deſertam, poteſt appellantem reponere. concluſio. ccvij. pa. 151. & cõcl. ccccxxiiij. pa. 206
Iudex, qui reiecta exceptione manifeſte abſoluit, & ſi propterea ab eo appelletur, uolens reuocare grauamen, habet admittere appellantem ad probandum manifeſtam offenſam: qua probata præmiſſa monitione abſolutum reintrudere debet. cõclu. ccccliiij. pag. 189
Iudice ſe abſentante à loco iudicii, ſufficit appellare coram publica perſona: nec tenetur appellans eam proſequi pro intimatione, uel apoſtolis. conclu. cccc lxxxj. pag. 197
Iudex ſecũdæ inſtãtiæ poteſt pronuntiare, & confirmare ſententiam latam per primum iudicẽ in prima inſtantia. conclu. ccxcv. pag. 172
Iudex tertiæ inſtantiæ licet reperiat appellationem à ſecũda inſtantia deſertam, poteſt nihilominus ſecundã ſentẽtiam cõfirmare, ſi de deſertione non ſit quæſtio. conc. ccccxxxviij. pa. 212
Iudex ſubrogatus utetur commiſſione priorũ, & eorũ facultate, & faciet ea, quæ priores iudices facere debuiſſent. conclu. cccxl. pagina. 184
Iudex utriuſq; appellationis procedet ſuper principali, ſaluo iure expenſarum, ubi appellatur à grauamine ante ſententiã diffinitiuam, & ab ipſa diffinitiua. conclu. ccxlj. pa. 161
Iudicis officio pars exhibet copiã ſuam actorũ habitorum in partibus petenti, ut uideatur, ſi ſint originalia. concl. ccclxxiiij. pag. 195
Iudicium non ualet in cauſis non deuolutis cum procuratore conſtituto ad cauſas deuolutas, & deuoluendas. cõcl. dlvj. pa. 266.
Iura ad probãdũ etiã per illũ, quo inſtante fuit concluſum, etiã in beneficialibus produci poſſunt poſt concluſionẽ. conc. cclxxxix. pag. 171
Iuramento appellantis dicẽtis appellationẽ præcedere excõmunicationem, creditur ad effectũ abſoluendi ad cautelam. concluſio. ccclxxxvj. pa. 197
Iuramentũ regi præſtitũ, & impedimẽtũ incõmoditatis, aut neceſsitatis minus bene datũ, non excuſant citatũ de mandato papæ à comparitione perſonali. conclu. ccxxxvij. pa. 160
Iuriſdictio delegata epiſcopi etiã à iure non tranſit in capitulum ſede uacante, ideo tunc capitulum non purificat gratiam pauperis. conclu. clxvj. pa. 137

L

LEGATI poteſtas probatur

per teſtes inter alios. concluſio. ccccij. pag.202
Legatus an principalem dignitatē in collegiata unire poſsit. Fede. quòd non. Aegi. pulchre, & late circa poteſtatē legati in uniendo diſtinguit. concluſio. dxiij. pag. 240
Legatus nō tenetur requirere conſenſum, uel conſiliū capituli eccleſiæ cathedralis in unionibus. concl. dxiiij. pag. 243
Legatus de latere confert beneficia deuoluta ad papam. conclu. cvj. pag. 91
Legatus de latere poteſt unire, & alienare, in forma tamen iuris, uocato etiam prælato immediato. conclu. ccccciij. pag. 217
Lex libellorum etiam in actione iniuriarū ciuiliter intentata locum habet, & libellans ſuper crimine ſacrilegij tenetur ſe ſubſcribere. conclu. ccccclx. pag. 221
Libellus ad æſtimationem rei uenditæ procedit etiam de re nondū tradita de æquitate canonica. Aegidius contra. conclu. cclxxxv. pag. 171
Libellus alternatiuus nullitatis, uel iniquitatis admittitur de cōſuetudine. conclu. ccxcviij. pag. 173
Libellus procedit, in quo ceſsionarius agens ad rem non traditam dicens ad ſe iure dominij, uel quaſi pertinere, eam ſibi adiudicari petendo. concluſi. dcccxxxiij. pag. 483
Libellus, quo petitur declarari ſententiam eſſe obſeruandam, quæ lata fuit in poſſeſſorio, & petitorio, ſimul uidetur datus in poſſeſſorio, & petitorio. concl. cccxxxj. pa. 181
Libellus ſi eſt cōceptus cōtra duos cum clauſula, coniunctim, uel diuiſim, procedit ex eo iudicium contra unum ex illis duntaxat citatum. conclu. ccj. pa. 151
Libra, uel marca argenti intelligitur ſecundum conſuetudinē loci, ubi eſt beneficium impetratū ſecundū conſilia: ſed ſecundum Aegidium ſecundum uſum loci impetrationis. conclu. ij. pa. 3
Lis conteſtanda eſt, ubi actor dicit ſibi beneficium unitum, quod reus ſe in titulum habere proponit, cum cauſa non ſit beneficialis, ſed prophana. concluſio. dcxvij. pa. 297
Lis conteſtata dicitur, ſi partes ſuper articulis concludentibus iurant de calumnia dicētes, ſe hoc facere animo conteſtandi ſecundum conſilia. Aegidius contra, qui dicit dictam concluſionem in exitu auditorum de conſiliis indeliberate proceſsiſſe. cōcluſ. xlij. pag. 36
Lite pēdente inter primum, & ſecundum impetrātem, gratia ſecundi non redditur ſurreptitia ſuper beneficio cadente in gratia utriuſque per ſecundum, nō facta mentione de pēdentia huiuſmodi. conclu. ccxl. pa. 161
Litem non tenetur conteſtari niſi uelit

uelit auditor secũdæ instantiæ, an hoc sit uerum, hic uide.conclu.dcxcvij.pa.401.Vide etiam ibidem, quid si appellatum est ab interlocutoria.
Litis contestatio non requiritur in declaratione excommunicationis, etiam ubi pars contra partem procedit. conclusio.ccclxj. pag. 193
Litis contestatio requiritur in causa nullitatis resultãtis extra acta causæ.conclu.cccxvj. pa.176
Litis cõtestatio uni de duobus nõ sufficit contra ambos, etiam si illorum unus postea alteri succedat.conclu.cclxxxij. pa.170
Litis contestatio uni ex pluribus ex testamento succedentibus facta in parte sibi tangente, intelligatur facta super toto.conclu. cclxxviij. pag.169
Litis impedimentum si ex interualo superueniat post habitam pacificam possessionem excusatur non promotus: dummodo tempore inchoationis dictę litis tãtum restet de tẽpore, quod promoueri po sit.conclusio.lxxxiij. pag. 70
Litera citationis auditoris sigillata, & subscripta an probet ad partes commissionem ibi incorporatam.conclusio.cccxxiij. pagina. 179
Literæ abbatum siue sint prouisiuæ, siue commissionis de conferendo, faciunt fidem præterquã contra apostolicos expectantes. conclu.cccxxvj. pa.179
Literę impetrantis, narrãtis se magistrum in artibus, faciũt fidem. conclusio.cxiij. pa.105
Literæ iustitiæ, dummodo nõ sint falsæ, aut papæ, uel eius officialium cõscientiã fugientes (quia tales dicuntur obreptitiæ) dant iurisdictionem licet exceptione elidibilem. surreptio tamen in gratiosis facit nullitatem. conclu.lxxxiiij. pa.72
Literis sigillatis sigillo episcopi creditur, sed non contra apostolicos impetrantes. concl.cccxxj. pag. 175
Locatio non probat possessionẽ. conclu.ccc. pa.175
Locatio prælati de re immobili ecclesiæ ad xxv. annos, est personalis, & non obligat successorẽ, nec successor pensionem capiendo approbat contractum, nisi certificatus fuerit de nullitate cõtractus.conc.dccxlviij.pa.549
Locus, & tẽpus delicti poni debẽt in libello contra mandantẽ delictum fieri.concl.dxlij. pa.255

M

MANDATVM directum episcopo exequitur electus, & cõfirmatus.cõcl.cclxij.pa.166
Mandatum speciale non requiritur ad litis contestationem. conclu.xx. pa.19
Mandatum speciale requiritur in procuratore ad probandum appellationem à grauamine. conclu.ccxlix. pa.163

Maior xvj. minor xxv. annis procurator constitutus in iudicio, procedere potest, & ualet iudicium, si non excipiatur.conclusio.cxliij. pag.124
Materia attentatorum ad quid dicatur magis priuilegiata, quàm interdictum unde ui,uel beneficium c.redintegrãda.conclusio. ccxciiij. pa.172
Materia bona articulandi de infirmitate uel furore contra permutationẽ,concl.ccccc. pa.234
Materia bona contra agentem super spolio, quòd spolians processit,ut iudex, & propter crimina,& ad hoc probandũ non datur remissio. cõclusio. ccccxcvj. pag. 233
Materia obiectiua declarari potest, præsertim in diuersitate modorum, computando annos domini, etiam post terminum. conclu.dlxxj. pa.279
Materia de non pronuntiatione actoris est obiectiua data per impetrantẽ per huiusmodi non promotionem secundum consilia. Aegidius contra.concl.cliiij. pag. 132
Materia obiectiua poteritdari post terminũ, si ob hoc ab auditore statutus fuerit terminus, & ab illis aperte non appelletur. conclu.cclxx. pa.167
Materia obiectiua ,pbata per unũ testẽ, licet male specificata, admitti potest ad probandum in curia,cum tũc esset præsumptio calumniæ.concl.ccccliij. pa.219
Materia obiectiua,quam opponẽs prouideri non poterat,opponi potest post terminum imò post cõclusionem, si iurat eam prius ignorasse.concl.dlxij. pa.272
Materiæ plures obiectiuæ, quarũ aliqua est bene specificata, tanquam se coadiuuantes admittuntur.concl.dj. pa.234
Minor,qui non excepit ante conclusionem in curia,si petat restitui ad decisionẽ causæ quæ usq; ad conclusionem pependerat, non auditur, quia non refert ei plus habere sententiam in curia, quam in partibus. cõclusio. ccclxv. pa.194
Minor xiiij. annis impetrans gratiam expectatiuã de canonicatu sub expectatione prębendæ ecclesiæ cathedralis, postea uacante prębenda factus maior illam acceptare non poterit. concluſ. dcxcviij. pa.361
Modus cautus libellandi, & articulandi in possessorio recuperandæ, per quem excluditur exceptio proprietatis,ut si ponantur uerba omne possessoriũ includentia, & deinde submittatur suspensio.conclu.xxxvj. pa.30
Modus probandi professionẽ expressam cum litera abbatis etiã lite pendente facta,& cõcessa. conclu.clxj. pa.135
Monacho facta collatio de ecclesia parochiali seculari sine dispẽsatione est nulla. concl.dccxiiij. pag.

pag. 422
Monacho pro pensione sibi causa studii assignata agenti non debentur alimēta.conc.clix.pa.135.
Monacho spoliato per abbatem prioratu conuentuali nō competit remedium possessorii, nisi fuerit spoliatus pendente inquisitione, uel accusatione contra dictum abbatem per ipsum procurata.conclu.cclvj. pa.164
Monachus habens administrationē, in dubio præsumitur agere nomine suæ administrationis. conclu.ccccxxiiij. pa.206
Monachus habet interdictum contra superiorem in beneficio: nō autem habet interdictum directum c ōtra eum, cui uouit obedientiā.conclu.cccxcvij. pa.199
Monasterio agenti possessorio recuperādæ pro decimis cōtra rectorē, in cuius parochia sunt, sufficit ꝓ titu. seu colore deducere, seu probare, ꝙ fuerit in possessione tanto tēpore, de cuius cōtrario non est hominum memoria, per testes dicētes se uidisse, & semper ab aliis illud audiuisse, licet non dicat, ꝙ cōtrarium nō audierit. cōcl.ccccl v. pa.219
Monasterium admittitur contra impetrantem beneficiū, ad probandum unionē illius, & rectoria, & uicaria eiusdem ecclesiæ apud unum esse non possunt. conclu.clxij. pa.135
Monasteriū si habet ecclesiā parochialē sibi subiectam quo ad spiritualia, & tēporalia, excepto, ꝙ capellanus, q habet seruire ibi, debet præsentari epō, & per eū dari curā, &c. mortuo dicto capellano impetrari pōt dicta ecclesia tanquā uacās per mortem ipsius.conclu.dccvj. pa.413
Mors procuratoris licet intimanda sit domino, absentia tamen non, quia sine intimatione tunc proceditur per audientiam.conclu.ccccxcv. pa.233
Motus proprius non tollit ea, quæ reddunt gratiam nullam.concl. cccxcij. pag.203
Motus proprius non tollit surreptionem, quæ competit reipsa, & procedit ex intētione. cōclu. ccccl xxv. pa.227

N

NARRATA in gratia impetrātis, etiā ad effectū adiudicationis, probantur per confessionem aduersarii, & etiā procuratoris.concl.cclxviij. pa.167
Narrata in literis, seu in gratia, uel processu probātur per cōfessionē aduersarii, uel eius procuratoris, etiā quo ad effectū adiudicationis.cōclu.cccxx. pa.178
Narratio baccalariatus in gratia probāda est quo ad effectū adiudicationis.conclu.cccinj. pa.173
Nobilis propter delictū cōmissum contra ecclesiam Romanam, & papam fuit à papa priuatus omnibus bonis, & rebus publicatis fuit papæ reconciliatus, & per papā ad omnia bona resti-

tutus, an feuda, & emphyteoſis, quæ fuerãt iam aperta dominis, uideantur reſtituenda. & ſi non, an papa debeat hoc facere. con clu. dccxliij. pa. 513

Nomina nõ ſunt exprimẽda quan do agitur contra uniuerſitatem, niſi in delictis officialium, quæ non tranſeunt ad ſucceſſores, quare citatio per edictũ nõ ar ctat non expreſſos ad comparitionẽ perſonalem. concl. clxxxv. pag. 147

Non promotus nõ poterit ultima die anni permutare. concluſio. clxviij. pa. 142

Notarius debet ſcribere nomen, diem, & locum receptionis, & iuramenti teſtis: alias non probat, etiam ſi notarius poſtea tẽpore examinis aſſerit certũ diẽ, & locum huiuſmodi receptionis. concl. lxj. pa. 48

Notarius præſumitur rogatus regulariter, licet non dicatur. con clu. cclxvij. pa. 156

Notorietas petitorii impedit reſtitutionem. conc. ccccvj. pa. 203

Nullitas non eſt, ſi in cauſa eccleſię incepta cum epiſcopo, proceditur cum eo poſt tranſlationem. conclu. cccxlv. pa. 186

O

OBEDIENTIA uaſſallorũ recipientium alium dominũ in poſſeſſionẽ caſtri, uel uillæ, an det illi ueram poſſeſſionem in præiudicium ueri domini. concl. dclxix. pa. 341

Obiectus non dat non poſſeſſor, niſi conſtet de iure ſuo, pro quo nõ ſufficit prior gratia expectatiua ſine acceptatione, & prouiſione. conclu. ccclxxxiij. pa. 197

Obtinens capellaniam, & impetrans eccleſiã, non obſtante capellania, quam dicit de ſuis bonis fundatam, non tenetur probare, quòd ſic fuerit fundata: uel ſaltem ſtatur iuramẽto eius. conclu. ccccxvj. pa. 205

Omiſsio condemnationis expenſarum in poſſeſſorio iudicio, re parari non poterit in petitorio. conclu. lxxij. pa. 60

Oneratio conſcientiæ iudicis non impedit appellationem, licet iudex ei non teneatur deferre. cõclu. xviij. pa. 18

Onus probandi ſuper lapſu quadriennii, ſecundum l. ſuperuacuam. C. de temp. in integ. reſtit. cui incumbat. concluſio. dcliiij. pag. 332

Opinio legitima excuſat à cõdem natione expenſarum. concl. cxc. pag. 148

Opponi poteſt contra impetrantem certum groſſum dari ſolitum canonico, quòd non ſit beneficii, ſed res prophana. concl. ccccclxxxix. pa. 231

Opponi poteſt contra prælatum agentem in cauſa ardua de defectu conſenſus capituli. conclu ſio. dcxxxiij. pa. 317

Ordinatione ſtante quòd beneficiatus uſque ad ualorem xv. librarum

brarum impetrare posit in forma pauperum, habens beneficium x. librarum, exprimendo quòd illud ualeat nouem, impetrat in dicta forma, impetratio propter dictam falsam expressionem non est subreptitia. concl.dcj. pag.290

Ordine iuris non seruato pronuntiari potest ubi nullitas resultat ex actis eiusdem iudicis, alias secus.conc.cccxix. pa.178

Ordo iuris requiritur in causa nullitatis, adeo quòd omisso termino ad producendū omnia, quæ sunt de stylo palatii, redditur nullus. con.cccxvij. pag.177

P

PACTVM illicitum cū recepto post receptionem initum non uitiat receptionem præcedentem.conc.xij. pag.12

Papa licet mandet, ne fiat reuocatio prioratus monachorum, uel monialium: tamen si fiat ipsa reuocatio, & spoliatio, ac prouisio per alium, ualent: potest tamen priuatus iudicis officiū implorare.conc.cclv. pag.164

Papa si mandet P. auditori, coram quo pendet causa, ut pendente lite faciat responderi de fructibus præbendæ usque ad trienniū, qui fructus occasione litis sunt subtracti uni ex partibus, & postea illo P. auditore recedente de curia committat illam causam alteri auditori cum incidentibus, &c. non uidetur data potestas isti secundo auditori, ut faciat prouideri de illis fructibus alteri parti, prout poterat primus auditor.conclus. cccxxviij. pa.180. Et quę sit ratio, uide ibi.

Papa si mihi de beneficio uacante per obitum Titii tempore Vrbani mādat prouideri cum clausula: dummodo Vrbanus non disposuerit de illo, ualet prouisio, etiam si Vrbanus significauerit tātum supplicationem de dicto beneficio pro alio. conclus. dcxliiij. pag.321

Papæ reseruatio, & collatio executoris apostolici si concurrant præponderat collatio: nisi probetur impedimentum reseruationis præcessisse.conclusio.ccxxxv. pag.159

Papæ uerba narratiua de resignatione beneficii in suis, uel alterius manibus facta per procuratorem, non probant uacationem, nec procuratorium. cōclu. cclij. pa.164

Papæ uerba narratiuè dicētis quē subcollatorē, & propterea eius beneficia tanquā reseruata conferendo, non probant illū fuisse subcollatorem ad effectum adiudicationis: sufficiunt tamen pro ueritate cōmissionis super modo procedēdi obtentæ hoc narrantis.conc.cccxlij. pa.185

Pars una cū impetrat procedi summarie super causa appellationis, & negotii principalis, & alia pars impetrat mandatum

de restituēdo,si de iure est,quid fit agendum conclusio. cclxvj. pag. 166
Parte non opponente contra instrumentum notarii imperialis standū est ei,& iudex non debet requirere probationem notaria tus literæ,& signi.conclu.ccccc-xl. pag.254
Partes duæ requiruntur ad expediendum negotia uniuersitatis per rectorem:sed secus,si per singulos de uniuersitate.conclusio. cclxxv. pag.168
Partibus accedentibus ad locum, ubi stat papa, curia alibi remanente potest per audientiā procedi non dimissis procuratoribus.conclu.dcxv. pag.297
Partibus ambabus fatentibus sententiam latā,& appellatum esse, nec pars appellata dicat nō esse appellatum infra x. dies, iudex non debet de hoc discutere : secus , si non fateatur appellatus appellatum fuisse.cōclusio. dv. pag.235. Et si in casu proximæ cōclusionis latæ fuerūt tres sententiæ, in possessorio petitorio indiscusso remanente, an debeat in dicto petitorio supersedi, quousq; dictæ sentētiæ fuerint executæ. Consilia, quòd sic. Aegidius. contra.conclusio. dvij. pag.236
Pater plures habens filios instituit singulos in rebus certis, iubens ipsos in eis esse contentos, multa postea faciens legata, dicitur testatus decedere. conclu. dccl. pag. 554
Pauper habēs episcopum, & duos alios executores in subsidium, differēs per quatuor annos,quibus ēps fuit in sua ciuitate, uel diœcesi, litæras suas eidem episcopo præsentare, postea uacās beneficium episcopo tunc se absentate,facta purificatione corā duobus aliis executoribus,potest acceptare.conclusio. dclxiij. pag. 335
Paupertatis allegatio an excuset citatum ad Romanā curiam in causa deuoluta, ad hoc ut in integ.restituatur.conc.xliiij.pa.37
Permutatio facta contēpto patrono non est nulla ipso iure.conclu.clxxix. pag.142
Permutatio facta contēpto patrono quare non ualeat.conclusio. clxxxj. pag.142
Permutatio ex quibus præsumatur facta in fraudem.conc.cccxliiij. pag. 186
Per iuramentum secundū formam c.fi.de his,quæ ui,metusue causa fiunt. nō probatur amissio literarum apostolicarum titulum probantium ad effectum habendum adiudicationis. conclusio. dlxxx. pag.282
Per mandatū de prouidendo,& beneficii possessionē secutam nō probatur titulus:sed istis duabus conclusionibus uidetur cōtradicere Aegi.con.dlxiiij. pag.273
Persona coniuncta nō admittitur in

in beneficialibus ad petendum citationē,etiā cū cautione.conclu.dclxxxij. pag.357
Petens copiā actoris nō renuntiat appellationi.conc.ccxcj. pa.172
Petens executionē laudi non audi tur postea super ipsius nullitate. conc. cccxv. pag.176
Petens laudū rescindi reductione ad arbitrium boni uiri etiā per uiam restitutionis non est sibi contrarius.conc.ccxcix. pa.173
Petens restitui aduersus tres sententias docere debet de noua causa.conclu.ccccix. pag.203.
Petens restitui aduersus attestationes publicatas,debet docere de noua causa.conc.ccccx. ibid.
Petens restitutionem ad appellandum nedū debet probare impedimenta, imò etiā saltem habet probare aliquid præsumptiue, de iniustitia sententię,quia alias non dicitur læsus. conclu. ccccxviij. pag.205
Petens restitutionem beneficii in materia attentatorū nō auditur, nisi coloret titulum. conclu.cclxxxvj. pag.171
Petens reuocationē attentatorum nō debet admitti,si de eius non iure cōstat.concl.ccclvj. pa.190
Petitio uerbalis in causa appellationis à diffinitiua etiam in causa prophana facta per partem describenda per notarium in actis sufficit,& ualet. conclusio. cxlij. pag. 124
Petitorio, & possessorio pendente super ecclesia tota, si reus incipit agere possessorio super una domo dictę ecclesię,an debeat primo uideri super petitorio prius intentato, uel eo suspenso super solo possessorio per reum intentato. conclusio. dlxvij. pag.275
Petitorium & possessoriū licet sint quasi non se cōtingentia,tamen petitorium censetur principalius.conclu.dcvj. pag.291
Positio per uerbū credulitatis, etiā iuramento affirmata, reuocatur per modum erroris. conclusio. ccccxxxj. pag.210
Positioni concernenti crimē,quis, quomodo,& qualiter respondere teneatur. conclusi. cclxxxiiij. pag. 167
Possessio antiqua,& communis reputatio prædecessorum etiā sine probatione tituli illius sufficit successori. Secus,si in possessione huiusmodi possessio fuerit recens.conc.dxciiij.pag.288.
Possessorium beneficii acquiritur per traditionem chordarū,campanarum,& uestium sacerdotaliū, & qui est in possessione beneficii,præsumitur percipere fructus.conc.dcciiij. pag.411
Possessio canonicatus, & præbendæ per receptionem fructuum, & modicæ pecuniæ traditionē mihi non quæritur,alio possidente,& ignorante.conclusio. ccclxxix. pa.197
Possessio sine titulo non sufficit ad

probandum in his, quæ priuilegio solius principis conceduntur. conclu. cccexxxiij. pa. 210
Possessio si tempore meræ litis ua cua per alterum litigantiũ occupetur, censetur attentatum secundum consi. Aegi. contra. conclu. cij. pag. 88
Possessor nõ docens de titulo, nec colorans obtinet in casu prædicto restitutionem, petente non colorante. conclusio. cclxxxviij. pag. 171
Possessorio pendẽte si obtineatur commissio de procedendo in utroque, poterit nihilominus possessorium liquidũ prius expediri, nisi habuerit commissio utrunque unica sententia terminandũ. cone. dvj. pa. 236
Potestas si petatur per commissionem procedendi summarie, sim pliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, terminis palatii non seruatis, sola facti ueritate inspecta, & conceditur, q procedatur summarie: &c. omnia prædicta per uerbũ: &c. ui dentur concessa, nisi sint aliqua cassata in cõmissione, quæ cassata non ueniunt. conclu. cccxxxviij. pagi. 183. & conclusio. cccxciij. pa. 199
Practica seruanda, quando uenit absenti aliquis terminus præfigendus in intimatione sibi desuper fienda. conclusio. cccexcij. pag. 232
Prælato non creditur dicenti se carere capitulo. conclusio. cccccc-xxxiiij. pag. 317
Prælatus petẽs ab alio prælato fructus rei locatæ sibi pro tribus annis tanquam de eis spoliatus, & petens nihilominus de v. annis ratione pensionis non solutæ illum cecidisse à iure suo, tanquàm sibi contrarius, est in totum repellendus. conclusio. dxviij. pag. 243
Presbyter potest esse quo ad conferendum subexecutor apostolicus, an sit præsumendũ alium fuisse substitutum tertio collegæ mortuo infra duos annos. cõ clusio. cclxxj. pag. 167
Præsentatio facta ad parochialem ecclesiam secularẽ de regulari est nulla, nec per eam impeditur deuolutio. con. decli. pa. 558
Pretium xv. florenorum taxandum est pro procuratore in prima instantia in quauis causa, etiã si leuis sit causa, quoniam de grauissima plus petere potest. conclu. ccccexxiiij. pag. 246
Principalis, & procurator ubi ambo in iudicio comparuerũt, nõ sufficit ad effectum procedendi per audientiam contradictarum de solius principalis absentia docere. conclusio. clv. pa. 133
Prior non potest esse subdelegatus apostolicus ad iudicia, nisi sit conuentualis. conclus. cccc-lxxviij. pag. 227
Prior regularis agit pro iniuriis sibi

sibi illatis. conclusio. cccc j. pagina 201
Priuatus regularis est reuocabilis ad nutū, nisi sit curatus, uel conuentualis. con. cciij. pa. 151
Priuilegia duo competentia remedio litis pendentiæ, quæ non cōpetunt directe possessorio, scilicet summarius processus, & non necessitas coloris tituli: licet Aegid. contra. conclusio. cj. pag. 87
Priuilegium, uel consuetudo, cuius uigore uicecancellarius dat notarium, non operatur quod in illius deficientis locum alium subrogare possit. conclusio. dcxxvj. pag. 307
Probandi onus super lapsum quadriennii secundum l. superuacuam. cui incumbat. conclusio. dcliiij. pag. 332
Probare sufficit summarie in restitutorio requirēte probationem tituli. conclu. xcix. pa. 86
Probatio possessionis capellanatus cum omni reputatione, non sufficit ad effectū probandæ reseruationis. conc. dcxij. pa. 295
Probatio præsumptiua sufficit in restitutione ad appellandum. conclu. cccxxxiiij. pag. 182
Probatio tituli ante suspensionem petitorii, & cōclusionē impedit restitutionē. con. cccciiij. pa. 202
Probationum duo diuersa genera ad unā plenam probationē consequendā coniungi nō possunt: præsertim si ad diuersos fines tendant. conc. dxix. pag. 243
Probatis extremis præsumitur medium. con. ccccxxj. pa. 206
Processus auditoris ualet, contra cuius commissionem in termino non est exceptum: licet postea doceatur alium iudicē impetratum, nec secundus auditor priori casu remittere debet. cōclu. cccclxxxv. pag. 230
Processus executoris hoc asserentis probat non promotionē ad effectum præfigendi terminum per auditorem, cui hoc committitur. conclu. dlxviij. pa. 277
Processus habitus cum procuratore minore xxv. annis an ualeat, uide hic opiniones multorum. conclu. clxxxij. pag. 144
Processus habitus pendente termino ad recipiendum apostolos ualet, nec propter nudam pendentiam huiusmodi uitiatur. cōclu. dcxxij. pag. 301
Processus in principali uirtute cōmissionis super appellatione, & negotio principali factus ualet, licet de appell. non constet: dūmodo partibus præsentibus, & non contradicentibus factus fuerit. conclu. xlviij. pag. 40
Processus in utroq; tenet, si ei causa appellationis, & negotii principalis commissa existat, sed si non fuerit renuntiatum, & lata postea sententia confirmatoria prioris sentētiæ, causa petitorii remanet apud primū auditorē. conclu. dcvij. pag. 293

Processus iudicis ad quem, est ipso iure nullus, nec talis processus post huiusmodi inhibitionem, etiam per renuntiationē dictæ appellationis, & inde secutorū, ualidatur. cōclu. dcxxiij. pa. 304

Processus iudicis nō est nullus pro eo, quòd remissio reproducta est per alteram partem alia non citata ad uidendum aperiri rotulum remissionis. conclu. cxxiij. pag. 114

Processus iudicis pronuntiātis causam ad curiam deuolutam, quæ deuoluta nō est, non ualet. conclu. dccxlvij. pag. 544

Processus nō est inchoandus à capite, sed reliqui termini ad priores iā seruatos cōtinuandi sunt, si aliquibus terminis obseruatis extra Romanam curiā, appelletur ad eam. conclu. lxxiiij. pag. 61

Processus probādus est per scriptu ram, ideo nō est danda remissio secundū nostrum stylum ad eū probādum. conclusio. ccccccxxxv. pag. 233

Processus si est ualidus, potest sententia ferri ex illo per alium iudicem: licet alia sententia nulla fuerit. conclu. ccccxl. pag. 212

Processus si fiat uigore cōmissionis parte nō uocata, an sit ipso iure nullus. cōclu. dcxlij. pa. 320

Procurator cōstitutus à prælato generaliter, censetur in dubio cōstitutus nomine ecclesiæ. cōclu. ccccclxviij. pa. 264

Procurator ad agēdū aget omnia necessaria, & nō uoluntaria, nec potest facere gratiam: utputa, cōsentire, quòd nō uocetur ad uidendum testes iurare. cōclusio. cxix. pag. 110

Procurator ad agendum, & defendendum cōstitutus, qui sententiam, quæ trāsiuit in rem iudicatam, obtinuit, in causa restitutionis cōtra illam per principē cōcessa dominum suum defendere tenetur. cōclusio. cclxxxiij. pagina 170

Procurator cōstitutus ad prosequēdum causam in Romana curia, potest prosequi causam in loco, à quo curia trāslata est, si papa mādauit illam causam ibi remanere. conclu. dclij. pag. 329

Procurator cōstitutus cōtra unum super certa re, nō potest prosequi causam super eadem re cōtra alium, quia mutata persona mutata est causa. conclu. cccxiiij. pag. 176

Procurator constitutus specialiter ad agendū, sed non ad appellandum, potest appellare à diffiniti ua. conclu. ccviij. pa. 152

Procurator deputatus ad causas deuolutas, potest etiam agere in causa nō deuoluta, nec in curia tractāda. conclusio. cccvj. pagina 174

Procurator habens potestatem ad hoc, alium substituēdo, & protestando, quòd comparēdo per se illum nō intendebat reuocare, alium substituēdo priorē reuoca

uocare censetur.cõclu.ccccclxv. pag. 274
Procurator in uno procuratorio ad appellãdum,& causam appellationis ad prosequendum,sine protestatione appellando,an recipiat onus etiam ad causæ appellationis prosecutionem.cõclu.cccxlvj. pa.186
Procurator nomine domini possidens, licet possessionem alteri tradendo dominum illa priuet: non tamẽ aliter desinent possidere, nisi alius eam occupet: dummodo hoc sciat,& suspicetur se posse repelli.conclu.ciiij. pag. 89
Procurator dominus litis licet in prima instantia inuitus reuocari non possit, in secũda tamen instantia antequam illius efficiatur dominus,reuocari potest.cõclu. ccccxxxj. pag.248
Procurator, qui substituit, appellãs à grauamine protestando, quòd non propterea intendit substitutos reuocare statim statuto sibi termino ad recipiẽdum apostolos, licet ad illos petẽdum alios substituat,priores: propter protestationem immediate præcedentem reuocare non censetur. conclu.cccccxc. pag.286
Procuratore persequente causam non appellante infra tempus, post ipsum non auditur dominus, nisi per uiam restitutionis. conclu.ccxcij. pag.172
Procuratore recusante litem contestari,non dominus,sed procurator excommunicandus est secũdum consil.conclu.cix. pag.93
Procuratores primi reuocari uidẽtur, cum dominus nouos constituit, etsi nouiter constituti non acceptauerint.conclu.ccccccxxx. pag. 248
Procuratores constituti ad acceptãdum beneficium cũ gratia,& ad capiendum possessionẽ,spoliũ non nocet domino,nisi dominus sciens ratificauerit,seu non contradixerit:nec sufficit cõtradictio, seu reuocatio uerbalis, sed requiritur realis.conclu.dlj. pag. 265
Procuratoris necessaria gesta præiudicant domino nõ uoluntaria.conclu.dlxxxij. pa.283
Procuratorium appellãtis,ut probetur,sufficit per appellatũ producere transumptũ illius extractum de uolũtate dicti procuratoris appellantis,quia aliter haberi nõ potest.cõclusio.ccccxlvj. pag. 217
Procuratorium ad cedẽdum quale esse debeat,ut sit sufficiẽs.uide per Aegidium.cõclu.cxcviij. pag. 150
Procuratorium ad excusandũ personaliter citatum ualet,licet in eo causæ excusationum nõ fuerint nominatim expressę.cõclu. ccxj. pag.153
Procuratorium ad extraiudicialia dicitur actus extraiudicialis,& filiusfamilias constituit procuratorem

torem ante emãcipationem,cuius procurator prædictus post illam sine nouo mãdato agere potest.cõclusio.dccxxxj.pag.481
Procuratorium generale ad causas,comprehẽdit etiã causas beneficiales.Id autem,quod dicitur generale procuratorium ad causas,omnes causas comprehẽdere,intelligit Aegidius de nõ requirentibus speciale mandatum,& de causis quarum exercitium eodem iure competit.conclu.v. pa.5
Procuratorium generale petendi restitutionem in integrum,sufficit ad eam,petẽdo etiam principaliter.conclu.xxxij. pa.27
Procuratorium in causis motis, & mouendis deuolutis, in quibus cõstituens astringitur in Romana curia litigare,solum extenditur ad causas deuolutas tẽpore constitutionis. cõclusio.ccccl xx. pag. 225
Procuratorium productum per tertium in ipso nõ nominatũ,non excusat:constituentem à contumacia, nec impedit processus per audiẽtiam cõtradictarũ:etiã si plures nominati in procuratorio fuerint præsentes in curia, nec citati ad acceptãdum,uel refutandum onus:dummodo nullus eorum ante acceptauerit.cõclu.dclxxxj. pa.356
Promotio facta per ordinariũ est causa sufficiẽs recusandi ipsum, si per promotum per eũ in delegatum fuerit impetratus.conclusio.dciiij. pa.291
Proinouendus in episcopũ si obtinet prioratum principalẽ dignitatem curatã,& electiuam,& impetret dispensationem,ut cum episcopatu dictũ prioratũ obtinere possit,tacẽs qualitates prædictas, impetratio est surreptitia.conclu.ccccl xxij. pa.226
Prouisio executoris cum clausula, si repereris,facta,parte non uocata, est nulla.Aegidius contra. conclu.lxxxv. pag.74
Prouisio præsumitur facta post literarum præsentationem executori.conclu.cx. pa.94
Prouisionem nouam habens,quia non promouit infra annum,& quòd promoueatur infra annũ, currit tempus à data bullæ.conclusio.clxxx. pa.142
Prouisus per ordinarium si dubitãs,ne ille,per quem uenit,fuerit subcollector, impetrat gratiam perinde nalere, ac si non fuisset subcollector,deinde trahatur in causam per apostolicũ impetrãtem,an talis materia sit de iure suo & non obiectiua,uide plures opiniones.conclusio. dxxxij. pag.248
Prouisus per subdelegatum si impetrat nouam commissionẽ,uel si neutri dicẽs delegati prouisionem ex superueniẽti morte delegantis euanuisse,tacẽs etiam, quòd dictum beneficium nõ cadebat sub potestate prouidẽtis, quia

quia erat ultra taxam potestatis suæ, talis impetratio est subreptitia. conclu. dxliiij. pag. 257

Q.

QVALITATES tales si exprimuntur in impetrationibus beneficiorũ, quæ sufficiant ad mouendum papã, licet nõ exprimantur aliæ, non uitiãt. conclu. ccxxxiij. pa. 159

Quadriennium maiori hæredi minoris secũdũ l. superuacuã. C. de tempor. in inte. restit. incipit currere statim post obitum pupilli. conclu. dcliij. pag. 330

Quãdo ex productis in prima instantia per actorem reus fabricat in secũda instãtia materiam consuetudinis, prima facie prę-sumitur calũnia. conclu. ccccviij. pag. 203

Qui sint, quorum interest secundũ formam c. j. & ij. eo. tit. lib. vj. conclusio. cccxij. pag. 175

R.

RECOGNITIONES iurium in secunda instãtia censentur nouæ probationes. conclu. cxlix. pag. 129

Regula, quæ habet, quòd per expressionem conditionis subintellectæ, nõ inducatur conditio, nec uitietur actus, intelligitur in actibus, in quibus iura nõ prohibent apponi cõditionem secundum consilia. Contrarium tenet Aegidius si exprimatur conditio eodem modo quo inest. conclu. xvj. pa. 16

Relatio auditoris cameræ, & aliquem excommunicauit, uel declarauit, non probat. conclusio. lxxxvj. pag. 75

Remedium restitutionis ecclesiæ aduersus cõtractũ propter enormen læsionem cõpetens, per cõfirmationem papalem eiusdem contractus, etiam ex certa scientia non tollitur. conclusio. diij. pag. 235

Remissio non datur pro acceptatione, uel prouisione probanda solum, si articulans se retulit ad instrumenta publica super hæc confecta. conclu. ccclxxxiiij. pagina 197

Remissio secunda nõ datur, etiã si prior nulla sit, si testes super iisdem articulis per remissionem petẽtem producti contrariũ deposuerunt: uel quãdo prima est nulla culpa ipsius petentis. conclusio. dcxxv. pa. 306

Remissione data extra locum habitationis partium, una pars citari potest ad instãtiam alterius in ecclesia notabilioris loci, ubi iudex remissionis deputatur. cõclu. ccclxviij. pag. 195

Remissione decreta, & bullata auditor nõ pótest sine noua commissione procedere, quia papa alii committendo aufert auditori primo iurisdictionem. conclu. ccclxxxviij. pa. 198

Remissione decreta semel parti producenti testes in partibus, si facto alterius partis impedita est

est citatio contra ipsam partē, & testes producti contra producētem deponāt, non est danda alia remissio pro eisdē testibus, quia præsumuntur quòd idē deponerent. conclu. dxxij. pa. 246
Remissoriam habens si differt uti illa, imputatur ei, etiam si nō habuit terminū ad id expressum. conclu. ccccxxvij. pa. 208
Renuntians canonicatui cū protestatione, quòd nō intēdit renuntiare canonicatui, uel dignitati eiusdem ecclesię, quam obtinet, iuuatur dicta protestatione non obstante cōsuetudine dictæ ecclesiæ, siue canonicatus. conclu. ccxx. pag. 156
Renuntians exceptioni non sic celebrati contractus cum iuramēto, non auditur desuper ante iuramenti relaxationem. cōclusio. cclvij. pa. 165
Renuntians liti, & causæ nō est cōdemnandus in ulterioribus expensis. quod intelligit Aegidius à die intimationis huiusmodi renuntiationis collitigāti factæ. cōclu. xiiij. pag. 14
Renuntiatio, & collatio beneficii patronatus laicalis ex causa permutationis contempto patrono factæ, nō sunt nullæ ipso iure: licet collatio posit reuocari. cōclu. lxxxvij. pag. 75
Renuntiat prorogationi, & appellationi citatus cōparens coram iudice super ulteriori processu. conclusio. cxxxvij. pag. 122
Rescriptum licet cōtineat & summarie procedatur in causis, tamen summarie procedi nō potest, si illud in signatione fuerit omissum. conclu. cclxxvj. pa. 168
Rescriptū impetratū super appellatione ab interlocutoria habēte uim diffinitiuæ, etiam pēdente termino ad recipiēdum apostolos, ualet. conclusio. dcxxxviij. pag. 319
Rescriptum tacēs cōcordiam non potest propterea per alterā partem, quæ iam dictam concordiā impugnauit, de subreptione notari. conclu. dliiij. pa. 266
Reseruatio canonicatus, & præbēdæ certi canonici in ecclesia nō numerata, de hoc mentione nō facta, est subreptitia. conclu. xiij. pag. 13
Reseruatio specialis produci potest in possessorio petitorio suspenso in causa beneficiali contra ordinarium. cōclusio. dxxxvj. pag. 253
Rebus ui ablatis sufficit super illis aliquas in libello specificare. cōclu. clxxxvj. pag. 147
Rei uēdicatio, & Publiciana simul intētātur per procuratorē alternatiuē. conclu. cclxxxj. pag. 170
Res iudicata, ante quam, uel à qua est appellatum, nō est manifesta offensa, nec impedit absolutionem. conclu. dclxxxv. pa. 360
Restitutio aduersus contractum, & remediū canonis redintegrāda, non possunt simul intentari. cōclu

clu.ccccxciiij. pag.233
Restitutio in integrum per principem damnato concessa, operatur quo ad iura,& bona,quæ soluta per ipsam donationē aperta fuerunt,quódque talē restitutionem potest facere papa, uel imperator,maiorem uero facere nō debent de iure, nisi causa utilitatis reipublicæ hoc exposcat.conclu.dccxliij. pag.518
Restitutio si replicando deducatur censetur incidēter deducta, nec tūc in ea ordo iuris requiritur. conc.dij. pag.235
Restitutorio pendente super una ecclesia coram uno auditore, si eidem cōmittatur aliud restitutorium super alia præbenda, & postea dicto auditore à curia discedente cōmittantur dictę causæ alteri auditori,poterit secundus auditor cognoscere de secunda causa,tanquam connexa, sicut de prima.con.dcxl. pa.320
Restitutus ad prosequendū appellationem potest petere reuocari attentata post dictam appellationem.concl.ccxvj. pag.154
Reus licet post mortem actoris ab soluatur ab impetitione:nō tamen ab instantia quo ad interesse putantis,& subrogandum. conclu.xcvj. pag.84
Reus nihil probans absoluitur ab impetitione nullam petitionem dantis.con.dxlvj. pa.264
Reus reperiens contra se litationem ad partes decretam,cōtra actorem, qui neminē dimittit, sententiam sine citatione illius ad partes habere non poterit, etiam ab instantia iudicii.conclu.ccccxlvj.pag.220. Et conclu. ccccxlxij. pa.222

S

SCHEDVLA notarii carens subscriptione, & testibus, non probat substitutionē extraiudicialem.conc.ccix. pa.152
Scholarem qui se asseruit in gratia sufficit probare se fuisse scholarem actu, licet non tempore gratiæ.conc.dclxvj. pag.340
Scriptores pœnitētiariæ sunt notarii, & sunt officiales papæ, & gaudent etiam priuilegio Ioannis xxij.conc.dclvj. pag.333
Sententia,à quā est appellatum,nō statim præsumitur pro ea, imo oportet, quòd ille,pro quo lata est iustificet per productionem processus,uel nouorum iurium. conc.lxxxix. pag.78
Sententia diffinitiua lata in persona falsi procuratoris,non potest certificari:secus de processu secundū consilia.con.xxix. pa.25
Sententia diffinitiua lata sine scriptis an ualeat. conclu. cccxxxix. pag. 184
Sententia, & petitio generales nō proceduntin actionibus particularibus, etiam si sint sub uerbis generalibus conceptæ. conclu. xc. pag.79
Sententia ferri non potest contra interesse putantem, nisi sit cita-

tus.conclu.xj. pag.11
Sententia ferri potest pro reo ex cõtraria petitione actoris.conclv. pag.266
Sententia in possessorio petitorio suspenso, & titulo non probato,est nulla ipso iure. conclu. xcviij. pag.85
Sentẽtia lata absque legitimo defensore non præiudicat illis,ad quos legitima defensio dicitur pertinere.conc.dclxxxix. pa.363
Sententia lata de expresso consensu papæ non uidetur sublata, si dictus papa facit gratiam uni ecclesiæ in præiudicium alterius, & dicat nõ obstantibus quibuscunque sententiis.conclu.ccccc-xxxiiij. pag.253
Sententia lata per audientiam contradictarum ualet post cessionẽ litis,& causę per specialem procuratorem ad hoc constitutum. conclu.cclx. pag.165
Sentẽtia lata super expensis factis ante lite contestatam est nulla: nec ualet libellus super expensis factis coram iudice non cõpetente.concl.ccxxvij. pa.158
Sententia post legitimam appellationem lata non potest confirmari uigore commissionis, per quã articulus grauaminis reiici mandatur. conclusio.liij. pagina 43
Sententia lata super confirmatione electionis parte non uocata, est nulla,quia diffinitur.conclu. cxxvij. pag.118
Sententia lata sine uocatione partis,non est ipso iure nulla.quod intelligit Aegidius, nisi sit talis, quæ propter ponderositatẽ requirit esse cognitionem, est tamen semper iniusta.conclu.xcij. pag. 81
Sententia licet iniusta tenet,si non contumax ut contumax excommunicetur, & ab ea absolui debet.conc.clxxv. pag.139
Sententia non potest ratificari per unum ex sociis in causa communi.conclu.xxx. pag.26
Sententia sine probationibus lata, est aliqua, licet iniqua:nisi esset lata pro agente certo iure, de quo non constat: nec alio iure agere potest.conclusio.lxxiij.pagina 61
Sententia super cessione bonorum est diffinitiua: licet aliqui contra.concl.cxcix. pag.150
Sententia ualet in causa criminali cum procuratore rei contra quẽ non est exceptum, conclu. dccxvij. pa.427
Sententiarum executio nõ fit contra tertium, nisi lite pendente, uel post sententias intrusum cõclu.dccix. pag.417
Sententię executio in causa beneficiali an fieri possit contra tertium possessorem scientem causam agi,concl.dccxj. pa.418
Sententiæ executio licet posset fieri tempore feriarum, tamen si tertius possessor, contra quem lata non est,cõtra quem tamen tan

tanquàm contra scientem causam agi, uel intrusum executio petitur, si opponat, de hoc dicto tempore cognosci poterit. conclu. dccxiij. pa. 421

Sententiis tribus latis prò postea litem passo, obtenta est postea commissio ad executorē, quòd non obstante dicta litis pendentia sententiam huiusmodi exequatur, auditor secundæ litis superſedere debet, quousque executio facta sit. conclus. ccccclxix. pag. 225

Sequestrum non uidetur per solū contractum de uēdendo, ac per uenditionem, & etiam per solutionem receptam de re ante sequestrum uendita. conclu. ccccxxviij. pa. 209

Sequestrum uiolatur per prædicationem uerbi Dei. conclu. ccccxxix. pa. 210

Si cōdemnatus statim post sententiam, etiam ad mandatum alterius iudicis det bona sua alteri in solutū, præsumitur fraus, quæ ipsum repellit à beneficio cessionis. conclusio. cclxj. pag. 166

Si contra permutationem factam per procuratorem datur, quòd constituens erat infirmus infirmitate, qua decesſit, est bona materia. conclusione. ccccxxxv. pagina. 212

Si in causa beneficiali omnibus terminis seruatis per alteram partium noua impetretur, & producatur, & iustificetur gratia illa, absque nouo processu terminorum substantialium canonizari poterit. conclusio. ccccccclxij. pagina 335

Si is, de cuius iurisdictione nō constet, cōdemnet capitaliter, idem est, ac si priuatus sine causa occidisset, uel diffamasset. cōclusio. clxix. pa. 137

Specificatio requiritur in actione iniuriarum etiam ciuili. conclu. ccccxcviij. pa. 200

Spoliato pro colore in beneficio possessorio in beneficialibus sufficit prouisio subexecutoris unà cū sentētia adiudicatoria prius super eodem beneficio, pro eo in palatio apostolico, licet in alio iudicio lata. conclu. ccccclxxviij. pag. 282

Spurio à parentibus feudum dona ri non potest. conclusione dccxlij. pag. 502

Subrogato per sentētiam non adiudicantur fructus, nisi subrogatus esset in litem. conclusio. cccclxvj. pag. 194

Subrogatus in iure, & ad omne ius, quod decedenti, & litiganti competebat, an uideatur subrogatus in possessione, uel in interdicto, quod sibi competebat. conclusione. ccclj. pagina. 189

Subrogatus tenetur iustificare ius illius, in cuius locum est subrogatus: non tamen ita exactè, ut eius actor, si uiueret. conclusio. cxij. pag. 105

Subſtitutio facta ab aliquo non ui mandati, ſed ut à domino litis, morte ſubſtituentis expirat.conclusio.vj. pag.6
Subſtitutio procuratoris facta per alium de certa perſona uniuerſaliter ad omnia, in quibus erat ſubſtitutus generaliter, uel ſpecialiter deputatus,ualet.conclusio.cclxxij. pag.167
Succeſſor utitur poſſeſsione prædeceſſoris in iure patronatus,licet ipſe nũquam præſentauerit, ſi ſibi lis moueatur.conclu.dccj. pag. 407
Sumptum de regiſtro ſupplicationum non probat uacationem. conclu.cclij. pa.163
Superior commendator ſpoliũ inferioris non bene excuſat,dicẽdo illud ipſo ignorãte per eius uicarium iuridice factũ.conclu.dx. pag.239
Supplicatio prædeceſſoris nõ ſufficit impetranti ad docendum de titulo dicti prædeceſſoris. conclu.dcix. pag.294

T

TAciturnitas familiaris cardinalis ubi cardinalismet impetrauit pro illo,nõ inducit ſurreptionem. concluſio. dcxxxij. pag. 313
Taxa probanda eſt,ſi negetur, ubi impetratur beneficium cum expreſsione certæ taxæ.concluſio. cccij. pag.173
Taxa ubi eſt expreſſa in impetratione beneficii,ſufficit probatio illius taxæ per famam,& cõmunem reputationem. concluſio. dclxxv. pa.347
Tempore guerræ regum Franciæ, & Angliæ uſque ad xxxvj.florenos poteſt arbitrari ſalariũ pro labore, & expenſis pro portanda remiſsione ad Angliam. conclu.ccccclxxxvij. pag.230
Termini qui dicantur ſubſtantiales,& quorũ omiſsio uitiat proceſſum.concluſio.xxvij. pagina. 24
Termino pendente uirtute nouæ cõmiſsionis præfixo poteſt procedi uirtute commiſsionis primæ.conc.cccxxiiij. pa.179
Terminorum arctatio, & concluſionis omiſsio extra palatiũ fieri poteſt,etiã ubi ſummarie non proceditur. concluſio. cclxxvij. pag. 169
Terminus ad uidendum reaſſumi cauſam non eſt neceſſarius ad ualetudinem proceſſus. conclu. cxxxix. pag.123
Teſtes actoris ſi perſonaliter citati dicant eum ſanum, & teſtes rei poſtea inficiantur, nihilominus excommunicabitur.conclu.cxcv. pa.148
Teſtes ad hoc,ut eorum dicta nõ repellantur, ſufficit quòd non contrarientur articulis,dummodo alias probent intentionem articulantis.conclu.ccccl vij.pagina. 221
Teſtes affuturi nõ recipiuntur ſuper materia iã repulſa,uel impert

pertinenti ex defectu materiæ: secus si ex defectu formæ.conclu.dccxxvj. pag.472
Testes habẽtes probare subreptionem gratiæ propter iniustam possessionem impetrãtis,oportet quòd percutiant ad tempus gratiæ.conclu.ccccxcix. pa.234
Testes licet non possint esse procurator,& sollicitator principalis,tamen clericus procuratoris potest esse testis.& in causa restitutionis talis clericus si sufficienter deponit cum iuramẽto procuratoris, sufficit.cõclu.dcv. pag. 291
Testes non probãt literas apostolicas,uel earum processus deponentes,& eas uiderint, nisi dicant tenorem,& effectum.conclu.dxcv. pag.289
Testes per uicecãcellarium extraiudicialiter etiam parte uocata recepti,non faciũt fidem postea contra eandẽ partem in iudicio contentioso.cõclu.dcxxx.pa.312
Nec super depositionibus dictorum testium statur relationi, uel sigillo dicti uicecancellarii. conclu.dcxxxj. pa.ea.
Testibus probãtibus quẽ tenuisse præposituram ante,& tẽpore sequenti tenuisse simul archidiaconatum cũ dicta præpositura, probant assecutionẽ præposituræ præcessisse assecutionẽ archidiaconatus,& sic locũ esse modo uocandi per decretalem,de mulcta.de prẽben,cõclu.cccclix. pagi. 221
Testis in eo quod deponit, ultra articulum nõ probat.conclusio. ccclxx. pag.195
Testis probat possessionem alicuius, si probat notorium fore, ipsum percipere fructus, dummodo ulterius non interrogetur.conclu.ccccl viij. pa.221
Testis sufficit quòd coram iudice remissionis iuret infra duos mẽses, & postea examinetur,duntaxat pro acceptatione,& prouisione relationis ad istam.conclu.ccclxxviij. pa.196
Testis si affirmat rem,non dãs causam, si postea appareat causa, præsumitur quòd ex illa.conclu. cclxiiij. pag.166
Testis unus cum fama non probat beneficium excedere taxã in materia obiectiua, licet sola fama arctet impetrãtem probare beneficium esse infra taxã,si adiudicationẽ petat.conclu.cccclxxj. pag. 225
Testium uariatio in tẽpore,ubi nõ est de substantia,nõ uitiat.conclu.cccxcj. pag.198
Titulo producto,& assecutione possessionis probata, præsumitur, quòd ex illo titulo.conclu. ccclxxxv. pa.197
Titulum infectum allegans peius facit,quàm si nihil allegaret pro titulo.conclu.cclxxxvij. pag.171
Titulum ordinarium habens impetrans,perinde ualere,nõ obstante,quòd ille,per cuius obitũ &c.

fuisset subcollator materia subcollatoris an sit obiectiua. Sunt argumenta pro,& cõtra.cõclu. cccclxxxij. pa.228
Titulum ordinariũ habenti datur remissio super materia,q ecclesia est annexa hospitali,nõ obstante,quòd apostolicus ecclesiam principaliter impetrãs cõtrarium probauerit,& produxerit collationẽ apostolicã de ecclesia principaliter prius factã. conclu.dlxvj. pa.274
Trãsiens Ananiam ad papã potest Romæ curia ibi existente,ut testis affuturus,recipi:dummodo iuret,quòd propterea non recedit.conclu.dcxvj. pag.297

V.

VALOR beneficii obtenti probatur per unũ testem cũ iuramento,quod tũc deferendũ est.conclu.dclxxxiij.pag. 357
Vasallus si accusetur,& cõdemnetur propter crimen,cui feudum applicetur,an domino feudi,an fisco.conclu.dcxxv. pag.464
Vbi duo ueniũt ad unum beneficium,unus producit titulũ infectum immediati prædecessoris. conclu.dxxxiij. pag.252
Veniens post omnia tẽpora.c.j.de elect.lib.vj.potest prosequi appellationem etiã per audiẽtiam cõtradictarum,nõ obstante etiã, quòd iter non arripuerit infra mensem. conclusio.dccxxiij.pagina 445
Verba illa:si nõ sit alteri ius quæsitum,an tollãt ius ad rem.conclusio.clxvij. pa.137
Verba intelliguntur secundũ subiectam materiam.conclu.dlxxix. pag. 282
Verba libelli pro libellãte sunt late interpretanda,& proceditlibellus narrans rem ad me pertinuisse,licet non sit in eo expressum uerbum pertinere.conclusio.dccxxxiiij. pag.486
Verba narratiua notarii in instrumento sententiæ probant declarationem nominis procuratoris omissa relatione cursoris ciuitatis ad sententiam.conclusio. cxlv. pag.136
Verba narratiua papæ de resignatione beneficii in suis,uel alterius manibus facta per procuratorem nõ probant uacationem, nec procuratoriũ.conclu.ccliij. pag. 164
Verba narratiua papæ dicẽtis quẽ subcollatorẽ,& propterea eius beneficia tanquàm reservata cõferendo,non probant illũ fuisse subcollatorem ad effectũ adiudicationis.conclusio.cccxlij.pagina 185
Verba narratiua propter aliud,p lata non faciũt fidẽ.Secus si propter se principaliter,uel per modum causæ etiam in articulis, uel rescriptis proferantur.cõclu. cxxv. pag.115
Verba narratiua uicariorum,abbatum,uel papalium literarum nõ probant assignationem pensionis

nis factæ monacho pro studio, & etiam si dictæ papales narratiuæ suppleant aliquos defectus ex certa scientia.cõclusio.clviij. pag. 134
Verba ratificationis posita in fine constitutionis procuratoris facientia mentionẽ de substituto, non dant potestatẽ substituendi secundũ consilia.cõclu.viij.pa.8
Verbum deuolutas,in procuratoriis intelligitur de deuolutis tẽpore cõstitutionis. cõclu.dlxxv. pag. 281
Veritate criminum per duos testes probata, procedi potest ad inquisitionem nõ præmissa cognitione super infamia.cõcl.ccxxxj. pag. 159
Vicarius archiepiscopi,uel episcopi legati nati respectu potestatis legationis sibi traditæ debet esse qualificatus iuxta c.statutũ. de rescrip.in vj.conclu.lx.pa.47
Vicarius episcopi habens has potestates sibi specialiter cõcessas scilicet accipere resignationes beneficiorum ex causa permutationis,& instituere præsentatos, non poterit permutationes expedire secundũ consilia.cõclu. xciiij. pag.82
Vicarius generalis episcopi generalem administrationem spiritualium habẽs,licet uirtute officii sui præsentatos episcopo instituere possit secundũ consilia: non tamẽ hoc poterit officialis deputare generaliter ad cognitionẽ causarũ.conclu.xciij.pa.81
Vicecancellarius quãdo est absens commissionibus præsentatis per alium cardinalem creditur.con clu.dcxxxvj. pag.318
Vicario alicuius in genere,uel in specie non requiritur in inquisitione sanctorum,quæ fit in canonizatione alicuius sancti.cõclu.dclxxij. pa.342
Voluntas in sequẽtibus colligitur ex proxima præcedẽti uoluntate,& ex sequenti lõge præcedẽtia colliguntur,& præsumũtur. conclu.dxcj. pag.287
§.secus.cle.j.de concess.præben.an intelligatur in forma pauperũ ante purificationem, sunt opiniones.conclu.ccclx. pag.192
§.tractari.in l.hæredis aditio.ff.quãdo di.leg.cedat.non habet locum,quãdo substituto dato sub cõditione,legatum relinquitur sub eadem cõditione,si nõ expresse legatur à substituto.conclusio.cccclxxxiiij. pa.229

FINIS.

DECISIONES ROTAE, COLLECTAE

ex consilijs Dominorum sacri palatij causarum auditorum, per Do. Aegidium Bellemeræ, I. V. Doctorem.

*

¶ De consuetudine optandi. Rubrica.

Conclusio prima.

CONSVETVDO optionis, de qua loquitur c. cum in tua. de consuet. libr. vj. prescribitur [a] in x. annis: ut uidetur notasse gl. in d. c. cũ in tua. Dicebãt enim quidam, ibi non mutari titulum sed portionem, iuxta no. Inn. de proba. ex literis. de præben. maioribus de re. permuta. quæsitũ. Fa. quia uidetur iuri communi consona, per c. statuimus. de mai. & obe. Fa. quia dominium dictarum portionum quo ad proprietatem est capituli. de testa. relatũ. §. nomine. Consilia etiam de hoc fuerũt reiterata & renouata in c. cõclusiõe. Sed & quinimo fuerunt adhuc nouissimè aliter renouata, ut dicã super dicta conclusione. Sed super materia huius quęstionis credo sic distinguendũ: quia aut per talem consuetudinem agitur de mutatione portionum canonicalium [b] ecclesiæ: in qua non est distinctio corporum præbendarũ: sed bene portionum ad tẽpus: ut est uidere in ecclesia Ambianen. & in ecclesia sancti Martini Turonen. & aliis multis ecclesiis: de quibus de triennio in triennio, uel de alio tempore ad aliud tempus omnes portiones canonicales rediguntur in cõmunes & iterũ diuiduntur aliter quàm prius. Aut agitur per talem consuetudinem de mutatione præbendarum & titulorũ præbẽdaliũ: sicut est in ecclesia Baioren. & in ecclesia Carnoten. in quibus quælibet præbenda habet suos redditus perpetuos à redditibus capituli separatos. Et istã distinctionẽ uidetur ponere saltem secũdum unum intellectum dictum c. relatum. §. nomine. alleg. Primo casu dico procedere glo. uidelicet quòd præscriptione talis consuetudinis sufficiũt x. anni. Et ita procedunt consilia ista, in quibus fui cum aliis dominis concors. Secundo casu dico contrarium, uidelicet, quòd

tunc requirũtur xl. anni: & ita di xi in aliis consiliis, licet in eodem facto propter hoc, quòd ibi mutabatur in facto addendo de distinctione præbẽdarum: ut patet in dicta conclusione. Sed ad istud secundum mẽbrum accesserũt finaliter domini quasi omnes, licet maior pars in dictis secundis consiliis mihi cõtradixisset: adeo quòd pro ista parte tulit diffinitiuam sententiã dominus Robertus reuerẽdissimo patre domino Cardinale sancti Eustachii: cuius etiam tunc fui & sum familiaris auditor indignus, in causa super præbenda ecclesiæ fratris Lauien. quæ sententia domini Roberti postea fuit per reuerendissimum patrẽ dominũ cardinalẽ Albanen. cũ magno & maturo cõsilio cõfirmata: & in rem trãsiuit iudicatã. Ratio primi mẽbri est: quia in illo casu consuetudo non est contra ius, sed præter: imò nedum præter, sed imò uidetur, ꝙ sit secũdum ius: ut c. statuimus. alleg. Non enim hic agitur de mutatione tituli præbẽdalis: nec etiã de mutatiõe perpetuorũ redditũ ipsius præbẽdæ, qđ esset cõtra ius, sed agitur solum de maiori parte bonorũ cõium ipsius capituli & ecclesię antiquiori canonico assignãda: & ita in nullo ecclesiæ aduersatur. Nec omnino differo à dicto ĩtellectu gl. ꝙ illa glo. se refert ad dispositiõẽ iuris cõmunis: quæ habet, quòd omnia de iure communi ueniũt in communi omni tali perpetua distinctione submota in prẽbendis: ut c. statuimus. alleg. & cap. quoniã. de uita & honesta. cleri. Modo ista est regula, quòd consuetudo quæ non est contra ius uel prẽter, præscribitur x. annis: ut not. Io. And. de consuet. quanto. in commento: licet ius ciuile non ponat determinate & expresse certum tẽpus cõsuetudinis præbendæ: nec canonicum, nisi quadragenariũ: quod intelligitur, quando est contra ius, uel quæ ecclesiæ aduersatur: ut deducit do. Ioan. And. loco allega. Ratio secũdi mẽbri est, quia nullo casu consuetudo huiusmodi est cõtra ius in hoc, ꝙ in ea beneficiatus propria autoritate dimittit beneficiũ, quod obtinet, & quod aliud beneficiũ pro eo propria autoritate recipit sine aliqua canonica institutione: qa supponit ꝙ hoc casu fit mutatio titulorũ præbẽdaliũ cõtra c. admonet. & c. ꝙ in dubiis. de renũtia. & c. ij. de instit. & c. j. de regu. iur. lib. vj. Item in hoc, quia permittit fieri propria autoritate permutationẽ præbendarũ, contra consi. Turonen. de præb. mãioribus de rerũ permut. quæsitũ. Item est contra iura in hoc, quia dat antiquiori canonico ius ad pinguiorem præbendã, cum uacabat contra consiliũ. c. nulla. de conc

conceſſ. præben. dic reſiduũ, ut notaui ſuper dicta concluſione.

a ¶Præſcribitur. *Sex differẽtias inter conſuetudinẽ & præſcriptionem, uide in dictionario Alb. de Roſa. ſub uerbo, conſuetudo. & quanto tẽpore præſcribatur conſuetudo: dic diuerſimode ſecũdũ ius cano. & ciui. extra de elect. ca. Cumana. de cenſi. olim.*

b ¶Portionũ canonicaliũ. *Nota q. cõſuetudo ſeruãda eſt in dãdis portionibus eccleſiarũ. x. q. iij. ne numerus.*

¶De uerb. ſignific. Rub.

Concluſio II.

CLAVSVLA librarũ uel marcharũ in literis apoſtolicis poſita, intelligitur de uſualibus loci, ubi eſt beneficiũ impetratũ. Allegatur de præb. cum de beneficio. in clementi. conſilia. Facit quia uſus iſte tẽdit nõ ad *litis* ordinationẽ, ſed ad *litis* deciſionẽ; ergo argu. ff. de euict. l. ſi fundas. & ff. de uſu. l. j. ſiue ex delicto. ut extraord. crimi. l. ſacculatii. §. ſunt quedã. & ff. de noxa. l. ij. C. de edi. pri. l. an in totũ. ff. de adminiſtratio. tuto. l. ſiue hæredem. §. Lucius. argum. C. de prædi. ua. l. ij. & iij. lib. xj. Et has allegationes ponit Cyn. C. quæ ſit longa conſuet. Item per hoc, quia uidetur ſemper inſpiciẽda conſuetudo loci, ubi res ſita eſt, de qua agitur. argu. ff. de tut. & cur. ab his. l. pupillo. & ff. de adminiſtra. tuto. l. Titiũ. §. tutor. Et hanc rationem ponit Cynus de ſumma trini. l. j. in ij. q. Sed breuiter totum contrariũ puto: nam ex præmiſſis habetur hæc concluſio, q̃ quo ad litis deciſionẽ attenditur cõſuetudo loci[a], ubi traxit originem ius ex quo iudicandum eſt, ſiue contractus, ſiue delictũ, ſiue res, ut prædictũ eſt. Et ita clare innuit Cyn. in d. l. j. C. quæ ſit lon. conſuet. Sed impetratio eſt res illa à qua trahit originẽ iús, de cuius deciſione modo agitur: attẽdi omnino debet uſus loquẽdi loci, ubi impetratio facta eſt. Sermones em̃ prælati in loco ſunt intelligẽdi, ſecũdũ cõmunẽ uſum loquẽtiũ in loco illo: ut ff. de fi. inſtru. l. cum de lanionis. §. aſinã. & ff. de ſupell. le. l. Labeo. extrà de uerb. ſig. c. j. & c. in his. alàs enim papa de facili deciperetur: quia ipſe præſumitur locorũ cõſuetudinẽ ignorare. de cõſti. c. j. lib. vj. Debet em̃ taliter quis loqui quód uox uel litera cõceptum eius promat in notitiã legentiũ & audientiũ, & clare: alioquin in eius damnum fiet interpretatio, ut regula contra eum li. vj. & l. ueteribus. ff. de pac. Diuinare enim non põt papa, q̃ ſermo loquẽtis ad ignota ipſi papæ habeat ſe referre. Et redeundo ad primã rationẽ, eſt ponderandũ q̃ hic nõ agitur de beneficio ut de re, ſed ut de titulo in beneficio uel ad beneficiũ per impetrationem impetranti quæſito, quod ab ipſa impetratione depẽdet: & ita nõ eſt ponderand

derandus locus beneficii sed potius impetrationis. Contraria soluūtur faciliter ex præmissis. Fa. optime pro ista op. ibi quod no. Cy. in d.l.j.C.de summa trini. ubi not. in additione, quòd attenditur locus conditi testamēti, licet alia consuetudo sit in locis ubi res sunt: ibi uide. Aegidius.

a ¶Consuetudo loci. *Adde q consuetudini alicuius loci uel ecclesiæ nō derogatur per nouam cōstitutionem papæ, nisi exprimatur. extrà de constitutio. c.j. lib.vj.*

¶De confessis. Rub.

Conclusio III.

CONFESSIO *in uno iudicio facta nocet in alio,* a per no. Inno. de ele. per inquisitionē. consilia. Caue ne decipiaris, & distingue sic: quia aut quæritur utrū acta unius iudicii confessionem huiusmodi tangentis probēt in alio iudicio: tūc indubitanter dic, q non: ut probatur de ord. cogni. c.ij. de fide instru. inter dilectos. Aut quæritur utrū si allegetur & probetur in secūdo iudicio contra P. quòd cum sic fuerit confessus in primo: tūc oportebit, q stet in secundo iudicio dictæ confessioni, nisi huiusmodi confessionē ad aliū intellectū probabiliter interprete

a tur, uel doceat de errore: a & dic q sic: ut C. de nō nu. pe. l. generaliter. in fi. de prob. per tuas. & de accu. cū dilecti. Nec obst. q res inter alios acta &c. nec q acta unius iudicii nō probāt in alios quia uerum: ut tanquā acta iudicialia: sed tāquā cōfessio extrajudicialis solenniter facta secus. Et ita procedūt dicta Inno. uide de hoc Archi. de iureiur. in c.fi.

¶De errore. *Nota quòd errantis nulla est uoluntas. ff. de aqua plu. ar. l. sed hoc ita. Et errare, est aliud pro alio putare. xxviij. dist. quamuis.*

¶De rescriptis. Rub.

Conclusio IIII.

FALSI expressio nō dolosa, principē ad concedendū non utiat gratiā per not. Innoc. de concess. præb. cum nostris. in gl. literis. in prin. Licet enim regula habeat, q & si rescriptū a sit legi cōsentaneū: falsus tamē impetrator carere debet impetratis, C. si contra ius uel uti. pub. l. pe. & C. de diuer. resc. l. ultra. & C. si nup. ex rescri. pe. l.j. adeo q in rescriptis semper intelligitur clausula, si est ita: seu si preces ueritate nitantur. de rescrip. c.fi. & dicta l.fi. C. de diuer. rescript. Cuius occasione cōsueui dicere clausulam, si est ita. posita in rescripto, non inducere nouā formā: nec per consequēs partis uacationē in executore: iuxta not. Inno. de præsum. dudum. Quod intelligo in gratiosis. Nec obst. mihi quod de literis iustitiæ legitur. C. si contra ius. l.ij. & c. super literis. de rescrip. Tamen patitur dicta regula fallentiā conclusionis nostræ, ubi per simplicitatem

citatem exprimitur illud falsum: quod nullo modo mouit principem: nec mouere debuit uerisimiliter ad concedendū. Nam dupla plex potest esse ratio, quare talis falsa expresio redderet gratiā surreptitiā: una quia induxisset ad cōcedendū: alia quia per fraudē: ut dicta l. fin. C. de diuer. rescr. Modo utraq; ratio hic cessat ut supponitur. Venia enim dignus est, qui nec nocuit nec deliquit: ut de cōsti. c. ij. cum si. licet Inno. uideatur notasse. extrà de crimin. fal. c. fi. ℣ in gratiosis falsa expresio præsumitur facta per dolum: tamē intelligo illud, ubi huiusmodi expresio esset talis, quæ uerisimiliter deberet inducere principē: saltē ad facilius cōcedendum. Si enim esset superflua, non esset præsumendum aliquod de dolo; quia dolus sonat in machinationem exquisitam. ff. de dolo. l. j. quæ inutilibus & superfluis non est uerisimilis. Hinc est quòd Innoc. in dicto cap. fi. non dicit simpliciter talem expresionem in gratiis esse præsumendam fraudulosam: sed dicit hoc in gratia magna: tales em̄ causæ seu demonstrationes nihil facientes ad factum pro superabundantibus habētur. C. de test. l. testa. nec donationes uiciāt. ff. de dona. l. ij. in fi. ff. de cōd. indeb. l. demōstratio falsa. & l. cum tale. ℣. legato. cum se. Et de hoc uidetur tex. de rescript. super literis. §. j. ubi inter alios. quia ratio ibi posita etiam uiget in prophanis. Aegidius.

¶ Rescriptum. *Quid sit rescriptū. & in quo differat à beneficio, uide Bar. in l. beneficiū. ff. de const. prin. Et an contrarius & maximè diuinum teneat uide eundē Bar. in l. j. de cōsti. prin. ubi Alexā. & Ias. Et an teneat cōtra ius ciuile, in l. perscriptione. C. si cōtra ius uel utili. publ. Et dic quòd ualet, dummodo sit clausula derogatoria iuris.*

¶ De procuratoriis. Rub.

Conclusio V.

GENERALE procuratorium ad causas includit beneficia, per no. Inno. de rescrip. sedes. & glo. de procu. non potest. in clementi. consilia. Ratio est, quia secundū Inn. uerba debent intelligi generaliter, sicut sonant, nisi ex causa eorum à generalitate recedāt: & ita seruandū est in contractibus, & in aliis secundum eum. Sed caue & sane intellige generalitatē huius dicti quòd habet generale procuratorium ad causas, omnes causas cōprehendere, intelligi debere præterquam de causis quæ de iure reperiuntur requirere speciale mandatum: ut ff. de mino. l. illud §. si talis. In generalitate enim non ueniunt talia, in quibus specialitate opus est. ff. de procura. l. non solū. §. ult. & l. Pompeius. in princi. & extrà de procur. qui ad agendū. lib. vj. Ibi

Io. Andr. enumerat casus requirentes speciale mandatū. in gl. quæ est super uerbo, paciſci. qui tex. proxim. alleg. in illa ratione fundantur. Et quo ad causas tales requirentes speciale mandatum, si plures reperiantur, quarum aliquæ maiores, aliquę medię, aliquæ minores: dicerē locū habere clemē. nō potest. de procura. sed quo ad alia, secus: ut ibi no. quia cū sola generalitas per se sufficeret, nihil faceret præcedens specialitas, sed tamē generalitas p se nō sufficit, sed ā specialitate præcedente recipit suū posse: ut d. c. qui ad agēdū. oportet ꝙ recipiat secūdū naturā suę causę. Et hoc ultimū placet cuidā domino magno, licet cōtrarium faciat. ff. de ui. triti. & ole. lega. l. fi. §. cui dulcia. Itē caue, ꝙ generalitas Inn. intelligitur ꝙ ꝓcura toriū ad causas, oēs causas cōpre hēdat: ītelligitur de causis quarū exercitiū cōpetit ipsi constituēti, eodē iure quo ipse constituit. Secus uerō, si alio iure cōstituat, uidelicet ut Petrus: & alio a iure sibi cōpetat, ut episcopo uidelicet, uel rectori: quia tūc si cōstituerit procuratores ut Petrus, nō uenirēt causę quarū exercitiū nō cōpeteret sibi ut Petro, sed ut episcopo uel rectori. ff. de his quib. ut indig. l. tutorē. & de restitu. spolia. frequēs. in fine. cum ibi no. per Io. And. in sua ultima gl. li. vj. & facit bene ff. quod cuiusque uniuer. no. l. ij. qđ intelligo, nisi esset talis qui agere non posset nomine suo, ut monach⁹, abbas, prior: quia tūc talis in dubio censetur uelle cōstituere nomine ecclesię. quia eo modo potest, & aliter nō: maximè si faciat de sua administratione mentionē, qđ uidetur uelle facere in dubio omni meliori modo quo potest: ut ff. de test. mil. l. si miles. fa. no. Inn. de præscri. cū ex officio: & ut res potiꝰ ualeat. de uer. signifi. abbate. Sed nihilominus procedit nostra cōclusio. Ratio est, quia talis tituli beneficialis ꝓsecutio nō cōpetit alicui nōe ecclię, sed nōe suo proprio: ut no. Inn. de cau. poss. c. cū super. de rest. spo. c. ī literis. Vel distingue de causis beneficialibꝰ: qa aut dicūtur proprie beneficiales: ut qa agitur in eis de titulis beneficialibus: & tūc procedit gl. aut dicūtur beneficiales: quia in eis de rebus beneficiorum, & nomine ipsorū beneficiorū agitur, & tūc secus, ut ꝛ. proxime est deductū.

¶ Generale procuratoriū. *Procuratorio facto per capitulū: an singulares possint contradicere, uide per Inno. extra de postul. præla. c. bone.*

¶ De procuratoribus. Rub.

Conclusio VI.

MORTVO procuratore qui substituerat, non ex uimandati, sed quia factus dominus litis, agi nō potest cū huiusmodi substituto sine nouo mandato,

dato, per not. Pau. in clemē. fi. de procur. in gl. iij. in fin. Consilia. Secus autē si tāquam à domino habens substituendi potestatem substituisset, ut ibi etiam no. per Pau. Ratio diuersitatis est ista: quia quādo ex ui mandati substituit, nō ab ipso, sed à domino uidetur esse substitutus: ut ff. qđ cuiusque uniuer. nō. l. item eorū. §. si decuriones. uide Cynū. C. de procurā. l. ℔ quis. quæstione penul. & ult. Aegi. Sed in primo casu cū non posśit ex ui mandati immediate seu nomine domini a substituere, eius persona solum attenditur: & ipse solus per cōsequēs dicitur esse mandans: & sic est locus regulę. §. recte. insti. mandati. & C. eo. l. mandatū. quę habet, ℔ morte mandatoris re integra mandatū expirat. Sed cane & conclusionē intellige, casu quo mors talis interueniret re integra. arg. dictorū iurīū à contrario. Itē quia licet ante litis cōtest. res dicatur integra: quia quis tantū non dicitur agere, sed agere uelle: ut no. in d. l. mandatum. tamen post litis contest. nō potest dici, ℔ litis contesta. debeat esse inchoatio negotii, cum bis fienda non sit in eadē lite. Dico ergo ℔ primus actus substantiuus & intrinsecus faciat rem incipi & desinere rem esse integram: per not. Cyn. in d. l. mandatum. in j. quæstione. Aegi. Sed quid si habuit substituens māda tum substituendi à domino etiā in qualibet parte litis? tunc dico saluo semper meliori iudicio, ℔ ex utraque parte substitutus fuisse uidetur, ut actus substitutionis sit ualidior. arg. de cor. ui. significauit. de præben. nisi essent. de præscrip. cū ex officii. & ibi not. simile per Inn. uide Cyn. in l. ℔ quis. C. de procu. in pen. & ult. q.

¶ De emptione & uend. & de usuris. Rub.

Conclusio VII.

VENDITIO facta minus iusto pretio[a] per diffamatū de usuris cū gratia retrahendi præsumitur in fraudē usuræ. per c. ad nostrā. de emp. & uend. Cōsilia. & ita uidetur ibi notari per Io. And. post Host. Sed quid dicitur esse minus iustū pretiū? uidetur dicere quōd dicta decre. ad nostrā. pretium quod uix ascendens ad mediū iusti pretii: & de hoc est indubitatū, cū decre. illa hoc exprimat. Sed quid si pretiū est minus iustū, sed non de tanto, ut suprà proxime dicitur: nunquid erit tūc locus huic conclusioni? Et uidetur ℔ non, quia iure naturali licet contrahentibus scienticē decipere intra dimidiam iusti pretii. ff. de minor. l. in causæ. §. pe. C. de rescin. uen. l. ij. & ibi no. & extrà de emp. & uendi. cū causam. & c. cū dilecta. & ibi no. Preterea probatur à cōtrario sensu per c. ad nostram. quia si minus iustum pre-

tiũ quam ibi expreſſum ad præſumptionẽ uſurarũ inducendam ſufficeret, bene dixiſſet tex. præterea quia aliter omnes contractus uel quaſi in regno Franciæ eſſent uſurarii: & ꝙ animæ ſic contrahentiũ eſſent cõdemnatæ: quod eſſet durũ. Forte uidetur ſaluo meliori iudicio probabiliter poſſe dici, quòd aut illud minus iuſto pretio habito reſpectu ad rem & ad pretium rei eſt modicum: & tunc non præſumã fraudẽ. arg. ff. de dolo. l. ſi oleũ. §. fi. cum l. ſeq. & l. ſcio. ff. de reſtit. in inte. tit. ge. aut eſt magnũ & notabile, quod remitto ad arbitrium iudicis. ar. ff. de offic. de leg. de cauſis. & tunc præſumam fraudem non ex ſola quantitate pretii: & ideo non ob. c. ad noſtram. ubi nõ ſupponitur cõſuetudo fœnerãdi in emptione: ſed ex tribus cõiunctim: & quia pretiũ multũ iniuſtum: & quia conditio retrahẽdi adiecta: & quia talis erat cõſuetudo creditorũ, uidelicet ſic fœnerãdi: quæ multũ attẽdenda eſt. l. uel uniuerſorũ. ff. de pig. act. & facit bene ad hoc not. Innoc. in d. c. ad noſtrã. Sed uere dubito. Aegidius.

a ¶ Minus iuſto pretio. *Nota quòd uendere nolle & nõ iuſto pretio uelle uendere paria ſunt. l. non dubium. §. fi. & ibi Bart. de leg. j.*

¶ De procuratoribus. Rub.

Concluſio VIII.

VERBA ratihabitionis poſita in fine procuratorii faciẽtia mẽtionẽ de ſubſtituto, non dant poteſtatẽ ſubſtituendi. per cle. j. in fi. de proc. maxime quia aliũ effectũ operari poſſunt. Cõſilia. Poſſunt eñ operari releuationẽ ſubſtitutorũ in caſu quo procurator iure ſuo ſubſtituere potuerit, & ſi ſubſtitueret, ut uidelicet poſt litis cõteſt. ut C. de procur. l. neq;. & fuit hoc dictũ meũ, qđ ab initio nõ placuit dño Petro de Sarcenato: ſed poſtea placuit. Sed caue nihilominus, & dic ꝙ aut ſunt ibi ſola uerba ratihabitionis & releuationis, & tunc procedũt dicta ſuperius, uidelicet ꝙ talia uerba poſita ad executionẽ in principali, diſpoſitionẽ nõ inducãt, per dicta cle. in fi. Aut ibi eſt clauſula cõſueta poni, quã dat dñs ſubſtituendis per ipſum procuratorẽ eandem poteſtatẽ: & tũc ipſemet conſtituẽs uidet cõſtituere ſuos ſubſtituẽdos à procuratore: nihil aliud eſt cõſtituere quàm poteſtatẽ dare, & econtra. Et ita procedit qđ proxime dixi per l. item eorũ. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque uni. no. cum ſi. Sed diceres, iam promittendo ratũ habere quicquid facient ſubſtituti, tacite eis uidetur dare poteſtatem. Sed dico quòd uerũ eſt mediate: puta in caſu ſuprà expoſito: ſed non immediate: cum uerba hæc non ſonẽt: & tamen poſſent alias in proprio ſenſu effectum habere.

Sed

Sed uere hoc dubium est.

¶De rescriptis. Rub.

Conclusio IX.

a COMMISSIO gratiosa pro remissione[a] habenda ad probandū in partibus taxam beneficii pro ea obtēti: quod in curia probari non potest, nō faciens mentionē de probatione: quæ haberi potest in curia per librum thesaurarii: ubi talis probatio sufficeret: est surreptitia. Consilia. Facit quia pro his quorum probatio habetur uel potest faciliter fieri per scripturas: remissio non sequitur de more patiatii & Ro. curię. Ratio est, ut eui tentur maximi labores, & sumptus quæ sunt in remissionibus prosequendis: quæ non sunt in productionibus scripturarū: ex quo uidetur expresse, ꝙ de dicta taxa posset constare per librum thesaurarii, ꝙ papa dictum morem Ro. curiæ uoluisset infringere: maxime quia hoc esset dare occasionem malignandi, quæ præcludi debet. argum. ff. de rei uen. l. in fundo. Ecce enim uerisimile est ꝙ ille qui probationē scripturarū sibi faciliorē nō uult aggredi, & per hoc parcere tot laboribus & expensis, ꝙ ipse cogitat scripturas huiusmodi facere cōtra se, & tēdit ad testes corrūpendos: uel saltē in aduersarii præiudicium nititur litē prorogare: & facere immortalē: quorū utrūque est malū. Sed cōtra hoc uides taxas omniū beneficiorū esse scriptas in libris thesaurarii (est publicū & notorium) ergo uerisimile est, quòd papa hoc sciat. ff. de uer. sig. latæ culpæ. de postu. præla. c. j. qui ma. ac. pos. c. fi. xvj. dist. qd dictis. Fa. no. Inno. de rescrip. c. j. & Io. An. de cōstit. c. j. in gl. magna. & Fre. in gl. magna. de re. permu. ubi dicit ꝙ de reseruatiōe generali publica & notoria, nō oportet in impetratione facere mētionem. ar. ff. de ac. emp. l. j. in fi. Sed respon. & dico, ꝙ licet sit publicū & notoriū in curia: ꝙ taxæ bñficiorū sunt cōiter uel fuerunt scriptæ in libris thesaurarii: tamen pōt esse, ꝙ taxa huius beneficii uel illius nō reperitur ibi scripta, propter perditionē librorū: uel quaternorū, uel foliorū, seu aliquā deletionē, uel alīs. Et hoc papa pōt uerisimiliter ignorare: & hoc casu debuit præsumere ꝙ ibi non reperiretur, postquā deueniebatur ad testes. Simile solem[a] dicere, ꝙ licet sit notoriū iure archidiaconū ecclesiæ cathedralis dignitatē habere. de offi. archid. c. j. & c. ad hæc. cū fi. tñ qñq; p consuetudinē papæ ignotā ab hmōi iure receditur. Ideo dignitas est exprimenda. de præb. c. cū in illis. lib. vj. & cle. j. eo. tit. etiā si motu proprio gratia fiat per ordinationem domini nostri papæ Aegid. Vide in quæstionibus domini Neapolit. q. vij. fol. j.

a ¶Pro remissione. *Remissio quid sit: quæ sint cõsiderãda in remissione faciẽda, & quib⁹ casibus fit: & qua liter & quãdo fieri debeat, uide per Spec. tit. de remis. §. j. ij. & iij.*

¶De procuratoribus. Rub.

Conclusio X.

CANONICI capitulariter procuratorẽ cõstituant, etiam in causa quę principaliter nõ cõcernit, nisi certos particulares de eis in ꝓcuratorio nominatos etiã citatos ad cãm, nõ uidetur procurator cõstitutus ab illis particularibus: quia ibi non fuerũt ut particulares, sed ut capitulũ repræsentantes. ff. ꝙ cuiusque uni. no. l. ij. Cõsilia. Idem econtra, ut j. q. cviij. Caue tamẽ, ꝙ licet dicta conclusio sit uera. tamẽ si talis cã quæ ex eodẽ iure concernat utrosque uidelicet & ciues particulares, uel capitulum & canonicos singulares agente capitulo seu eius procuratore præiudicatur personis singularibus facien. causam agitari. etiã si ad capitulũ secũdo loco & minus principaliter pertineat causæ defensio uel econtra, probatur, de re iud. cũ super. & c. quãuis. & ff. eo. tit. l. sæpe. licet secus sit si diuersi & diuerso iure, & in iuribus allegatis clare probatur. In causa uero beneficiali per appellationẽ deuoluendã esset indubitatum: per c. j. de elec. lib. vj. Sed pone, canonici simul congregati an capitulariter, an nõ, nõ apparet: procuratorẽ unum cõstituunt ad causam, non apparet an nomine capituli, an uerõ singularibus ipsorũ singulorũ, quæritur qd uidetur egisse. Circa hoc distingue: qa aut est causa quæ concernit eos solũmodo ut capitulũ facien. aut est causa que cõcernit eos solũ ut personas singulares: aut est cã quæ concernit eos utroq; modo. Si primo casu, cẽsetur solũ nomine capituli talis procurator cõstitutus. Sed secũdo casu cẽsetur cõstitutus nomine singulariũ personarũ. Nam sermones sunt inquirendi penes materiã de qua agitur. ff. loca. l. si uno anno. de resc. cum ab aliquibus. li. vj. ff. de offi. consul. l. ij. & de concess. præb. c. ft capitulo. li. vj. cum not. Inno. de sen. excom. Romana. lib. vj. Tertio uero casu aut principalius concernit capitulum quàm singulares personas, uel econtra. In his duobus casibus dic ut in aliis duobus proxime præcedẽ. quia à principaliori fit denominatio. ff. de sta. bo. l. qui hermaphrodito. & ff. de au. & arg. leg. l. & si non sint. §. pronuntiamus. Aut non apparet de hoc: & tunc aut præcesserũt aliqua signa capitulandi, ut sonus campanæ, & locus capitulorũ, & ordo in capitulo cõsuetus: & tũc præsumam capitulariter factã: aliàs præsumam totũ singulariter processisse: quia ex exterioribus signis

præced

precedentibus uel sequẽtibus fit interpretatio uolũtatis. ff. de testa. l. hæredẽ palam. § sed si notã. de lega. j. l. si seruus pluriũ. in fi. de empt. & uendi. ad nostram. de præsump. ex studiis. saluo sem per iudicio meliori.

¶ De re iudicata. Rub.

Conclusio. XI.

SI COMMITTITVR causa contra certos & alios quorum interest, si illi quorum interest nõ fuerunt legitime citati,[a] sed bene sciũt causam agi, licet eis præiudicet sentẽtia huiusmodi: tamen nõ potest ferri sententia cõtra eos: tenet palatiũ secundũ dominũ Petrum de sarcenato, & ita fuit obtentũ in consiliis. Cõsilia. Certe hæc conclusio nõ uidetur habere dubiũ: quia cõtra nõ citatum legitime nõ potest sentẽtia maxime diffinitiua ferri. ut ff. quæ sent. sine appel. rescin. l. j. § . itẽ cum ex dicto. Nec præiudicat huiusmodi sententia scientibus ex uiribus ipsius sentẽtiæ, siue ex uerbis siue ex mente, sed ex iuris positiui cõstitutione, quę talẽ scientem & nõ uenientẽ pro suo interesse ad causam, ut finis litibus citius imponatur, punit in hoc, quia nulla sentẽtia illa præiudicat: uel facit quòd uideatur sentẽtiæ uelle acquiescere, etiã in sui præiudicium, & suo iuri per cõsensum tacitũ renunciare, ut in iuribus allegatis: maxime c. quãuis. de re iudic. & l. sæpe. eo. tit. Sed quid si fuissent legitime citati? Certe hoc est magis dubium: & tamẽ adhuc dico idem: nisi huiusmodi citati ad causam uenerint pro sui interesse. Distingue tamẽ sic: quia aut agitur de generali sententia generaliter cõtra illos quorum interest proferenda: & tunc & generaliter & legitime sunt tales citati, & cõtra eos etiam in genere seruati termini, contra eos in genere forsan posset ferri sententia, dummodo feratur specialiter & principaliter cõtra certũ, & aliàs nõ, secũdũ quosdã: quod non capio: quia sentẽtia incerta in totũ uel in parte, quo ad certitudinem nulla est ipso iure. C. de sen. quæ sine cer. quan. l. j. ij. & iij. Aut agitur de speciali sententia specialiter ferenda B. tãquàm cõtra illum cuius interest: & si ille uenit ad causam pro suo interesse, contra eũ specialiter seruati sunt termini: & tunc fertur cõtra eum sententia, ac si ab initio causa fuisset commissa cõtra eũ specialiter. ar. de rescriptis. c. pastoralis. in fin. Aut ipse non uenit: & tũc secus, quia cum non sit citatus ut principalis cõtradictor, uidetur solum citatus sub conditione, si sua putauerit interesse: quo non ueniente ad causam, uidetur defecta conditio. Nec mirũ, quia licet quis cõpellatur ad defẽdendũ à cõtradictione

ctione seu impedimento, nemo tamen cõpellitur ad suũ interesse allegandũ seu prosequendum: quia quilibet potest renunciare &c. C. de pact. l. si quis in conscribendo.

a ¶ Legitime citati. *Nota quòd citatio legitima est quæ ex amore procedit spaciys temporũ ad hoc institutis seruatis. v. q. vj. in præsenti.* Adde etiam Ludo. Ro. *consil. cccxx. incip. ut clarior. uer. ita enim ligat. ubi dicit, quòd citatio illegitima una cũ notitia subsecuta ita arctat citatũ sicut citatio legitime emanans.* Et *an citatio sit de iure diuino, & an possit tolli per papam uel imperatorem, uide eundem Lud. sing. dclxiiij. incipiẽ. tu scis quòd nedum.*

¶ De pact. De præben. Rub.

Conclusio XII.

SI IN ecclesia in qua nõ est numerus, sit uno mortuo alter per capitulum ad quod pertinet de consuetudine receptus: & post receptionẽ interuenerit compositio inter receptũ & inter potestatem habentẽ canonicis prouidere, quòd si in locum primi mortui papa aliũ surroget, receptio prædicta nulla sit:

a & non ualet pactũ[a] propter malum animũ &c. Iuxta no. Inno. de rescr. in nostra. in glos. in cle. gratiæ. eo. ti. sed ad receptionẽ non uitiat. l. si per seruũ. §. j. ff. de usuris & habitu. etiam si sententia talis fuerit in recipiendo. per c. si de seruis. & fortius si soli recipientes habuerint hanc mentem. ut l. si recipiẽdi. C. de condi. ob tur. cau. Secus si tractatus de hoc expresse præcessisset. per l. Modestinus. ff. de solu. iuncta in q. j. eos. & c. ulti. de pact. Nec tamen potest annullare receptionem, si ualida fuerit, etiã si ipsa cõpositio fuit ualida: quia sicut institutio nõ dependet ab illorũ uoluntate. ut c. ex frequẽtibus. & c. beneficium. ita nec destitutio. ut c. admonet. de renũ. & not. Inno. eo. tit. quòd in dubiis. Consilia. Sed certe puto ego, saluo tamen meliori cõsilio, distinguendum fore, an ex interuallo, an uero incontinẽti interuenerit talis compositio post receptionẽ, ut primo casu obtineret quod prædictũ est, uidelicet ꝙ censerentur duo facta. Primũ utile, secundũ inutile: quorũ secundum primũ nunc uitiaret in diuisibilibus. C. de donat. l. sancimus. & fa. de præben. c. relatũ. cũ si. Secũdo casu secus: quia quæ incontinenti fiunt, inesse uidẽtur, & simul fieri uno contextu: ut optime probari uidetur ff. si cer. pet. l. lecta. §. dicebam. ff. de cõtrahẽ. emp. l. pacta cõuenta. C. de pact. l. in bonæfidei. & l. Petrus. & fa. de consti. c. cũ M. Sed cõtra opponitur de c. dilectus. de præbẽ. & c. cum super. de cõcess. præben. ubi receptio in canonicũ & promissio uacaturæ incontinẽti facta seipsa nõ uitiãt. Secũdo opponitur,

ponitur, quòd mutata persona alterius contrahẽtiũ contractus alteratur, nec censetur amplius unus cõtractus, nec unũ factũ. ff. de excep. rei iudi. l. si quis cũ totum. §. & gratiã. & l. cũ eadem. in a prin. eo. tit. Modo in casu nostrę conclusionis iste idẽ canonicatũ ab uno recipiebat, & cũ alio cõponebat: igitur compositio non uidetur posse inesse receptioni, nec ecõtra, igitur &c. Ad primũ dico, ℣ nõ ob. quia loquitur in casu in quo à collatione beneficii utraq; dispositio actiue procedit: & de hoc est de Rescr. si eo. tempore. li. vj. Sed loquimur ubi receptio seu collatio canonicatus à recipiente seu conferente producente actiue pactio illicita à receptio uel prouiso passiue procedit, quia illa damnatur. de pac. c. cum pridẽ. & c. fi. Nõ enim dicit l. diuina uel humana, quòd donans spiritualia nõ possit cũ hoc etiam temporalia dare: sed dicitur, ℣ quia talia spiritualia gratis debet dare, nihil pro eis uel eorũ occasione recipere habet. j. q. iij. si quis obiecerit. Ad secundũ dico, ℣ nedum cõmittit simoniã cõtrahendo cũ collatore: imo etiã cum gratia collationis facilius obtinendæ cõtrahitur cũ aliis, qui huiusmodi collationem uel prouisionẽ promouere uel impedire ualerent. de elec. per inquisitionem. de simo. c. j. & c. Matthæ⁹. & propter facti uicinitatẽ præsumitur animus talis: & maxime propter naturam promissionis: & facit etiam inductiue. ff. de probatio. l. cum de indebito. in fi.

¶ Non ualet pactum. *Nota quòd non ualet pactum cõtra iura, uel cõtra publicam utilitatem: nec contra bonos mores. Spe. tit. de proba. §. iij. uer. sed pone. & seq.*

¶ De rescriptio. de præben. Rubri.

Conclusio XIII.

RESERVATIO canonicatus & præbendæ certi canonici in huiusmodi ecclesia, in qua non est certus numerus canonicorũ & præbẽdarũ, de hoc mentione non facta, surreptitia est, & per cõsequẽs nulla. de cõcess. præben. ex parte. Ratio, quia nõ præsumitur in hoc papa uti plenitudine potestatis. ar. no. Ino. de elect. innotuit. in fi. Tamẽ dominus Pet. de sarcenato tenebat cõtrarium in casu in quo papa reseruasset locũ: quia hoc uerbo uti solebat papa, ubi non est certus numerus. alleg. de cõcess. præben. c. fi. in glo. nunquid impetrans. lib. vj. quod dubiũ puto. Cõfilia. Quod autẽ primũ esset de plenitudine potestatis patet: quia talis canonicatus & præbẽda moritur cum canonico moriente: ut c. dilecto. de præbẽ. & c. ex parte Asten. alle. Aut igitur faceret reseruatio canonicum mortuum reuiuiscere cõtra naturam.

turam.ff.de uerb.obli.l.inter stipul.§.sacra.de solu.l.qui res.§. neq;. Aut rem necessario peritu ram in persistētia sua permanere, quod etiā contra naturā est: alioquin esset oppositū in obie &o.Item ex alio capite, quia sub alia forma in huiusmodi eccle-sis solet scribi, & si sub ista scriberetur: literæ cōtra stilum Romanæ curię emanarent, & sic nō ualerent: ut c.quàm grauī.de crimi.fal.Si uero secundū stilū Romanæ curiæ papa scriberet: etiā credo quòd ualeret, per no.glo. post Hostiē.in d.c.ulti.de cōcess. præben.in d.glo.nunquid.impetrans.lib.vj.Et hoc modo saluo dicto prælibati domini Pet.de sarcenato.Ratio in utroq; casu cōmunis: quia in incertis & non incertis locus est cōiecturę.ff.de uerb.obli.l.cum timens.§.cū ita. Ita quòd reseruato hoc casu dū ualet ultra effectum solitū/manus ordinarii collatoris habet alium effectū natura præceden-a te absq; quo ligamine huiusmodi poni nō posset, de quo dixi. Nec mirum: quia necessario priuatio præsupponit habitum. de iniust.testa.l.una.§.j.& de ædil. edic.l.cito. Sed nunquid contra istum reseruatiuū possit opponi de inopia facultatum? uide not. in glo.nunquid impetrās, quę tamen in alio casu loquuntur. Sed nihilominus hoc casu puto, quia illa ratio quæ uiget in casu glo. uidelicet quia non præsumitur papam uelle ecclesiam grauari plus quàm suppetant facultates per receptionē & creationē nouī canonici: urget etiam in casu nostro: qa nec præsumitur hoc uelle facere per hunc modū extraordinarium reseruationis. de instī.c.j.cum simi. Plus enim obuiat iuri iste modus reseruationis: quia est cōtra naturam: ut dixi in l.una.C.de rei uxo.ac.quàm communis modus qui de iure est: ergo facilius tollitur. argu. ff. de testa.mili.l.eius militis. Nos enim loquimur in reseruatione quæ secundū Fre.in tractatu de rerum permuta. est eiusdē naturæ, cuiusmodi est impetratio ipsa: quia quādo unum propter alterū &c.ff.pro dona.l.fi.j.q.iij. si quis obiecerit. imo plus odio fa: ut dixi. Aegidius.

¶ De renun.& expen. Rub.

Conclusio XIIII.

RENVNCIANS liti & causæ a in partibus ab eo tē pore non est cōdēnandus in expensis, quia amplius in partibus non est litigator. Cōsilia. Nō dicas à tempore renūciationis, ut conclusio sonat: sed dicas à tempore quo renūciatio fuerit aduersario notificata. ar.ff.man.l.si mādasset. Ratio ibi ponitur, ne damno afficiatur aduersarius ignorans renunciationem. fa. de procur.c.mādato.& eo.ti.c.uno. in cle.cum ibi not. Nā quia aduersus

uersarius ab initio temere incipiendo litigare damno totius litis occasionem dedisse uidetur, de toto damno tenetur: ut ff. ad leg. Aquil. l. qui occidit. §. penul. cũ cõcor. ibi alle. Sed pone, dicit aduersarius notificatiõe sibi facta, de renunciatione prædicta nõ contẽto, imo uolo sententiã, ut sim securus de iure meo, qđ per factum & culpã dicti renunciantis positũ fuerit in obscuro, & uolo expẽsas litis ulteriores: quæritur utrum bene dicat. Hoc dubium sæpe occurrit: & certe meliori iudicio uidetur, q̃ licet ratio proxima uideatur urgere, quòd per uiã actionis dictæ expensæ peti possunt: tamẽ aliquis dicere posset, q̃ non, per officiũ iudicis deseruiẽs actioni: de quo officio habetur C. de fruc. & lit. expen. l. terminato. & C. de po. l. iiij. Ratio est, quia tales expensę ex isto officio nõ ueniunt nisi uel propter calumniã uel temeritatem: ut de pœ. c. calumniã. & ff. de iudi. l. cũ quem temere. modo talis renunciãs post renunciationem per eũ factã & parti intimatam, nec potest notari de calumnia nec de temeritate: & hoc est qđ dicit lex omnia iudicia esse absoluta. insti. de pœ. te. litig. & quod dicunt doc. habentes iustam causam litigandi releuari à condẽnatione expensarũ: & isto motiuo saluatur quæstio prælibata.

¶ Renunciãs liti & causæ. *An per renuntiationem liti & causa factã transferatur dominiũ, Bar. in l. si pro fundo. ff. de transact. Et no. quòd renuncians liti, nõ uidetur fateri aduersarium habere ius. C. de inge. & manumiss. quem notat Bal. sed uidetur renunciare omni iuri sibi cõpetenti in illa causa. Fallit in beneficio, ut no. domini de Rota, dec. ccxcvj. Item nota quòd renunciare liti & non causæ, non inducit renunciationẽ tituli de quo nõ agitur: quia renunciationes sunt stricti iuris: & sic in eis non ueniunt nisi expressa. l. tres fratres. ff. de pact. & de priuileg. c. quia circa.*

¶ De fide instru. Rubri.

Conclusio XV.

LICET plures cõtra quòd si idẽ notarius fecit instrumentũ appellationis & intimationis: per instrumentũ intimationis recitãs instrumẽtũ appellationis sit fides de appellatione & deuolutione causæ, licet cõtra allegaretur. auth. si quis in aliquo documẽto. & glo. Innoc. de proba. quoniã. in gloss. & per hoc patet. in prin. Consilia. Et id quod no. Inno. in d. glo. not. Cy. in d. auth. iij. q. v. Simile huic cõclusioni seruat æquitas palatii in instrumẽtis uigore compulsorii in partibus absente parte non uocata exẽplatis, quia aliàs secundũ nos requireretur partis aduocatio. per not. Cy. in d. authen. in q. j. & secũda. nõ obstan

te ci

te citatione facta in curia ad uidēdum decerni cōpulsoriā: quia decernere literas compulsorias ac dictarū literarum uigore instrumenta in partibus exēplaris sunt diuersi actus, & diuersas partis uocationes requirunt, licet secus sit in extractione excipiendæ de prothocoll. sed nō prosequor, quia nō tangit proprie materiam quæst. aliàs cōclusionis. Sed uere licet fateor conclusionem uerā æquam in casu suo non ita præiudiciabili, tamē ubi de magno periculo ageretur, seruarē uigorē, per not. Cy. in authē. prælibata. Nec dictam obseruantiā palatii extēderē ad exemplationē factā simpliciter per unū notarium solū: quia in dicta obseruantia ultra hæc cōcurrunt tria: uidelicet præcedēs uocatio partis ad uidēdum decerni compulsoriā. Secundo authoritas executoris cōpellentis uigore literarum cōpulsoriarū notariū ad exemplandū, & eius præsentia examinans exemplationem. Tertio cōcurrit necessitas officii quæ præsumptionē malęfidei excludit: quæ non habent locum in aliis casibus.

¶ De condi. appos. Rub.

Conclusio XVI.

SECVNDVM Petrum de Sarcenato, illud quod dicitur per l. expressionem conditionis aliàs subintellectæ, nō facere cō ditionem nec uitiare, saluatur in actibus, in quibus nō uitiatur per l. adiectio conditionis. In aliis autem ut in collatione beneficiorum secus: & sic intelligit gl. c. ij. de elect. li. vj. Pro primo allegabat lecta & no. de elect. significasti. & de præbē. significatum. Consilia. Hic sunt duæ difficultates. Prima est qualiter expressio faciat cōditionem. Secūda qualiter uitiet. De prima dico, quòd si non exprimitur aliter, quàm subintelligitur, nō faciat conditionem. ff. de cōditio. & demon. l. si expressum. & l. conditiones quæ extrinsecus. & ita no. gl. eo. titu. l. aliquādo. & Petr. de bella pertica determinatè, in l. nonnunquàm. eo. tit. sed si aliter fiat expressio, secus, ut si conditio hæc: si deo & ecclesiæ placuerit, quæ inerat effectui spōsaliorum, exprimetur simpliciter, inerit cō sensui, & aliter quàm subintelligeretur: & ita cōditionem faceret, & nō operaretur iustitiā publicæ honestatis, quæ aliàs includeretur: & ita procedunt not. gl. de spon. c. uno. lib. vj. Et rectè simile. ff. de regu. iur. l. actus. uersi. nōnunquàm. per quæ dissoluuntur iura omnia, quę uidētur simpliciter esse contraria, si quis bene aduertat. In secunda difficultate dico, quòd si eo modo quo subintelligebatur exprimatur, nō uitiat unquàm. Ratio est, quia tunc nō facit conditionem per proxime dicta. Et ita procedit l. muto.

muto.§.tutoris datio.ff.de tutelis.Nec obſt.no.per gl.Io.Andr. Archi.& Ioan.mo.de elec.c.ij.li. vj.ubi notant,ꝙ ſi iſta conditio, ſi eccleſia uacat, quæ tacite inesse uidetur,in uoto eligẽdi exprimatur,uitiat:quia dico ꝙ hoc non facit natura cõditionis, ſed incertitudo quæ per hoc notatur apud electores, licet non apud naturã quæ reprobatur. ut ibi not.non enim dicit ſolũ uota conditionalia reprobari, ſed etiam alternatiua & incerta : & ita ibi ſatis innuunt doct.prædicti.Si uero non ſubintelligebatur, ſaltem eo modo quo exprimitur:tunc aut ſunt de illis actibus qui non recipiunt diẽ, neq; conditionem , & tũc uitiat:aliàs non.cuius materiã, & proſecutionem,& qui ſunt illi actus,remitto ad not. extrà de reg.iur.c. actus legitimi. & ibi pleniſsime dixi in lectura mea regularum.

¶De reſtitutione ſpoli.quo ad colorem tituli. Rub.

Concluſio XVII.

SECVNDVM eundem dominum Pet.ꝙ licet agẽs unde ui, non teneatur regulariter ſaltem in prophanis titulũ ſuæ poſſeſsionis colorare.arg.ff. de ui & ui ar. l. iij.§.qui ui à me.& de uſuris.l. ſequitur. §.ſi dominus.ſecus tamen dicit in eo qui ageret ex remedio.c.reintegrãda. Sed Guil.Cal. contra in q. j. Cõſilia. Ratio cum ibi reus habeat in poſſeſsiõe ita forte ius, a ficut unquã habuit agẽs:oportet igitur uolentẽ uincere aliquid plus habere:cũ ius agendi[a] fortius eſſe oporteat quàm ius excipiendi ſeu excipiẽdæ:licet in aliis cõſiliis uiderim teneri contrariũ. ſatis cito poſt fa. qa hoc remediũ ſolũ fundatur ſup quadã æquitate:quæ æquitas nõ uidetur exuberare, niſi coloretur ut prædictũ eſt:plus urget ut habeat locũ dictũ remediũ,oportet ꝙ per aliquã iniuſtã cãm eccleſia poſſeſsionem perdiderit. probat c.reintegrãda.in fi. & ita no.Inno.in c.ſæpe.de reſti.ſpol. Sed ut præſumatur fides, docere oportet,ꝙ ex aliqua ꝓbabili cã peruenerit poſſeſsio : primo notaſſe uidetur Innoc.in c.ij.de reſti.in integ.in glo.per monachos.in fin.licet iſta rõ ſit nimis ſophiſtica. Breuiter de uigore iuris puto quód ſic diſtingui debeat:qa aut iſto remedio agitur ad poſſeſsionẽ beneficii eccleſiæ uel uxoris.& tũc habeat locũ cõcluſio,per not.Inn.de fi.preſbyt.c.cõſtitutus. Rõ quia abſque titulo nõ põt ibi haberi poſſeſsio colorata, nec poſſeſsio quæ debeat aliquos iuris effectus habere:quia talia quæ iuris publici ſunt adminiſtrationis publicę ex ꝓpriis actibus noſtris nobis acquiri non poſſunt,nec haberi ualent,niſi ex cõceſsione alicuius ſuperioris ſpeciali & alia publica & maiori adminiſtratione ius hoc cõcedendi haben. ut de

insti.c.ex frequentibus.& c.j. de reg.iuris.lib.vj. Simile est in interdicto quod cõpetit ꝓ ductu aquæ ex castello publico uel ꝓ rebus sacris:quia taliũ ius seu talia administratio nõ competit nisi ex concessione principis. & ideo talia dicit iurisconsultus a causam proprietatis habere: ut ff.de interdic.l.ij.§.permittitur. Aut agitur de aliis rebus; & tũc credo cõtrarium. Licet enim in dubiũ reuocetur,an & in quibus possessoriis exceptio doli cõpetit &c.proposita per reũ locũ habeat,& sit cõis opinio ꝙ admittatur in possessore adipiscendæ possessionis, licet ob.l.j. §. j. ff. quorũ leg. & nõ in poss.recupera randæ. Secũdo secundũ aliquos si incontinẽti cõstare posset,tamen ꝙ in aliquo possessorio actor teneatur aliquid docere de titulo proprietatis,nisi in casib⁹ proxime tactis,& in casu in quo ius cõe faceret contra actorẽ & pro possessore, ut de resti.spol. ad decimas. nõ reperio:imo horũ casuũ specialitas:cõtrariũ ꝓbatur,arg.ff.ad municip.l.j.in fi. Nec mirum attenta separatione earũ.ff.de acqui.poss.l.naturaliter.§.mihi. & causa agẽdi:quia ex sola iniusta possessiõis amissione agitur. ut patet in c.reinte granda.alleg.Fateor tamen,ꝙ si diu non tenuisset possessionem nec fuisset pro domino publice reputatus,quod nõ dico ad colorãdum possessionẽ ex titulo, sed potius ad colorãdã bonã fidẽ,deberet aliqualiter iformare de aliquibus probabilibus præsumptionib⁹ suæ bonæ fidei,per no.Innoc.in dicta gl.per mona. in fi.Aegi.uide omnino quid dicam infrà sup cõclusione xxxvj.

¶ Ius agendi. *Nota quòd ius agẽdi mere personale ad singularẽ succeß. sine ces.nõ trãsit.ff.de pec.l.quis ergo casus.in fine.nec cõtra singularẽ succeßorẽ.ff.de eden.l.quadã.§.is antẽ.*

¶ De appellatione interponẽda ab eo cuius cõscientia oneratur. Rub.

Conclusio XVIII.

ONERATIO cõscientiæ iudicis nõ impedit appellationẽ:licet iudex² deferre minime teneatur,no. in cle.j.de iure pa.super uerbo,oneramus.Cõsilia.Idẽ Paul.& aliũ effectũ secũdum hoc habebit hæc oneratio conscientiæ: quia licet superior iniuste attẽtata post appellationẽ habeat reuocare per modum simplicis iustitiæ, nõ tamen per modũ attentati:ut no. Ioan.An. in dicta decret.pastoralis. super uerbo,emendari.qđ puto uerũ, quia si iudex secũdũ suã cõscientiã credit bene egisse, & in hoc ꝙ repellit appellationem iure permittente,bene agit, ut proxime dictum est: in hoc ꝙ appellatione non obstante nihilominus procedit,nihil temere agit, nec per consequẽs attentare uidetur,quia iure permittẽte hoc facit.xxiij.q.iiij.qui peccat. Verbum

bum enim attentare proprie so nat in malum. Sed diceres, ergo appellatio non ualuit: cuius cõtrarium habet conclusio. Nego consequentiam, quia licet non ualeat quo ad suspẽdendũ iurisdictionẽ iudicis à quo: ualet tamen quo ad deuoluendũ cognitionẽ ad superiorem. Sic dici- a mus in appellatione à diffinitiua ipso iure nulla, quia sententiam non suspendit, sed cognitionem deuoluit. de appel. cũ dilecto. Aegi. persuacen. De oneratione cõsciẽtiæ habes de resc. statutũ. §. accessorẽ. & ibi per Archi. concor. de uoto. c. fi. & ibi cũ cõcor. per gl. & Io. An. in nouel.

a ¶Iudex. *Nota quòd index dictus est quasi ius dicens ff. de iurisdom iudic. l. j. extrà, de uerb. sig. c. forus. xxiij. q. ij. c. j. Non est ergo iudex, nisi sit iustus. xxiij. q ij. c. iustum bellũ. & ideo dicit philosophus v. Ethico. quòd iudex est iustitia animata.*

¶De appel. pro se & adhærentibus. Rubr.

Conclusio XIX.

SI QVIS appellauit de facto p se & adhærẽtibus, sufficit uerbo eidem appellationi adhærere: tum quia nõ est casus requirens scripturam, tum quia nõ est nisi quædam ratihabitio, quæ scripturã etiã non requirit. Consilia. Card. & Io. An. idem in effectu tenent. de elect. ut circa. lib. vj. super uerbo adhærentes: & uide quod ibi no. per præfa- a tos quatuor doctores, & præsertim per Io. And. cuius dictã hanc cõclusionẽ bene determinãt, & explanãt. & gl. Io. An. optime eã probat: finis tn gl. nimis mihi dubius est. Charta mihi nõ sufficit ad scribendũ. Cogitabis. Aegid.

¶De procuratoribus. Rub.

Conclusio XX.

PROCVRATOR a in prophanis simpliciter constitutus potest litem contestari sine speciali mandato. per l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procura. & de acquiren. hære. illud. de offic. deleg. præterea. cum si. Consilia. Nec mirum: licet enim reperiã, quòd in iuramento calumniæ requiratur speciale mãdatum: ut c. fin. de iura. ca. lib. vj. tamen hoc non reperio in litis contest. ut ff. rem ra. ha. l. hoc amplius. ff. so. ma. §. eo autẽ tẽpore. in auth. de exhib. re. §. illud. & in auth. de litigiosis. §. si uerò initiũ. imò antè litis cõtest. quis nõ uidetur agere, sed uelle agere, ut probant iura alleg. ergo iman dare procuratori quòd agat, nõ est nisi mandare quòd lite contestetur, prosequatur, & finiat: quia qui mandat totũ, mandare uidetur omnes partes, sine quibus istud totum aliquo modo stare non potest, & præsertim litis cõtest. per quam quæritur dominiũ litis. C. de procur. l. neq:. & ita est totale fundamentum ipsius litis. igitur &c.

¶Procurator. *Nota quòd procurator dicitur aliquando negotiorũ*

gestor nullum habēs mandatū. ff. de procur. l. si lautius. & de neg. gest. l. si ego. Procurator etiam dicitur cuius factum dominus ratificauit: licet ab initio non habuerit mandatum. ff. iu dicatum solui. l. iudicatum solui.

¶De fide instrumentorum notariorum per inferiores a principe constitutorum. Rub.

Conclusio XXI.

a COMES[a] in comitatu suo nō potest tabellionē creare nisi hoc habeat de consuetudine, per nota. Inno. l. de fide instrumen. cum P. tabellio. Cōsilia. Nec tamen hic dicetur uere tabellio, nisi quia in tabulis scribit: nec notarius, nisi quia in no tam redigit, nec erit talis publico officio ubiq; cōstitutus sicut notarius apostolicus & imperialis: sed id solū habebit quod sibi consuetudo dabit, ut optime inducit Inn. in d. c. cū P. Sed nūquid potest facere cōsuetudo & credatur notario, præsertim sine præsentia & subscriptione testiū? Et uidetur & sic: quia hoc inducit consuetudo in actis iudiciorum: ut de proba. cap. quoniam contra. De materia statutorum uide plenissime per dominum Bar. in l. cunctos populos. & aliquid per Cyn. de contrahen. empt. l. dudum. & C. de testa. l. fi. Aegid.

a ¶Comes. *Quis sit comes, uide in usibus feud. quis dicatur comes, dux uel marchio. Et no. quòd comes inter clarissimos numeratur: in auth. ut ab illustribus. & qui supra eos sunt. circa medium. Et dicitur comes à comitando uel sequendo dominū. ff. de iniur. l. item ap. §. comitem.*

¶De officio delega. in causa appellationis interpositæ per nō procuratorē. Rub.

Conclusio XXII.

SECVNDVM magnā partē dominorū, & auditor datus sup appellatiōe interposita per procuratorē, si de procuratorio non cōstet, & constet bene processum, potest pronūciare bene processum, & male seu nulliter appellatū. Sed dominus Pet. de sacernato contra: quia iurisdictio super appellatione nulla fundari potest. Consilia. Distingue, quia aut uult pronuntiare nulliter appellatū in modū cause: uel principaliter pronuntiet super isto, uidelicet se non esse iudicem & tūc posit ut l. si quis in aliena. ff. de indi. & de rescri. c. super literis. in ult. respon. cum si. Aut uult pronuntiare nulliter appellatum ad hunc finē, ut pronuntiet bene processum, & confirmet processum istum: & tunc non potest, quia iurisdictionem non habet. Nam cōmissio non potest dare iurisdictionē super eo quod nō est. Præterea quia si fuisset expressum de nullitate appellationis, appellās in nulla forma literas obtinuisset: & per cōsequens commissio nedū est surreptitia, imò nulla. in c. super literis.

ris. de re. Caue, quia hoc non est uerum, ꝙ commissio papæ hoc modo sit nulla ipso iure. per no. Inno. in c. cæterum. de rescrip. & c. super literis. ad fi. super uerb. forsan. imò hoc expresse tenet ibi Inno. in uer. item si quis impetrauerit literas. & est in prin. gl. istius. Nec ob. ꝙ dicit cõmissionem fundari super appellatione quæ nulla est: quia dico ꝙ imò fundatur super cognitione negotii, quod dicitur per appellationem deuolui, quę cognitio potest esse aliqua: saluo tamen casu cle. si appellationẽ. de app. Vide tñ de hoc in quæstionibus domini Neapolitan. q. lxij. fo. x.

¶ De officio delega. Rub.

Conclusio XXIII.

SECVNDVM maiorẽ partem dominorũ quòd auditor grauamine appellationis nõ datus super negotio principali, nisi in euentum pronuncians bene processum & male appellatum à quo appellatur, nõ potest reponere in statũ &c. tum quia functus officio. ff. de re iud. l. iudex. de offi. deleg. in literis. tum quia illa pronũtiatio habet uim diffinitiuæ: tum quia sic pronũtiãdo abdicat à se iurisdictionẽ: ut c. significantibus. de offi. deleg. Sed domi. Pe. de sarcenato & Guili. gal. contra. Ratio domini Pe. est ista: quia talis delegatus ultra iurisdictionẽ habet officiũ nobile, ex quo reducit & assumit iurisdictionẽ uel tollit suspicionẽ quã appellatio fecit: qđ non placuit aliis. Cõsilia. Tene cõclusionẽ. Ratio est: quia expirata iurisdictiõe quo ad principale iam finitũ quo ad se officiũ qđ cõpetit ratione principalis negotii cõmissi etiã expirasse uidetur. C. de pos. l. iiij. C. de fruc. & li. expen. l. terminato. Nec mirũ qa cessante causa cessat effectus: & cessante principali etiã omnia accessoria cessant: ut regula cũ principalis. cũ cõcor. ff. de pecul. le. l. j. ij. & iij. & cũ cessante. de appel. Modo expedito articulo grauaminio per modũ q dicitur certũ ꝙ articulus grauaminis est expedit' siue bene siue male, ꝙ æqui paratur, ut l. iudex, alle. Itẽ & negotiũ principale, qa nõ erat cõmissum nisi in euẽtu, puta, sub cõditione si ꝓnũciaret male processum & bene appellatũ. modo euenit cõtraria cõditio, & deficit cõditio huiusmodi euẽtus. ergo ar. l. si quis ita. ff. de cõdi. inst. Nec ob. c. cũ cessante. quia loquitur in illo qui remanet adhuc in principali iudex. & ita intelligitur l. qđ iusit iudex. ff. de re iud.

¶ De offic. ordin. De offic. deleg. Rub.

Conclusio XXIIII.

CAMERARIVS papæ causam appellationis à suo delegato ad eã interpositæ non poterat eidẽ delegato cõmittere: licet enim totũ cõtrariũ prius cõcordia tenuisset. Cõsilia. pro eo quod nõ ex prima sed ex secunda

cunda commissione cognoscet iste delegatus de causa appellationis huiusmodi, secūdum eos per argumēta de tanquā: sequentes quo ad hoc Guil. de Cu. qui hoc tenuit in l. eos. C. de appel. tamen Pet. de sarcenato mutans postea opinionē, maiorē partem ad se traxit. per l. eos. j. respōso alle. per. l. præcipimus. §. j. eo. tit. Sed tunc fui contra cum primis cōsiliis, & cū Guil. de cu. quia nō reperitur prohibitū. Nec obst. l. ea. j. respōso alle. quia ibi non loquitur de delegatione, sed de remissiōe. Nec ob. l. præcipimus, §. j. Dicebā enim q; ibi speciale in his quæ præsunt in auditorio principis loco eius super consultationibus dandis & causis appellationū à ducibus impositarū audiendis. Quia enim quod illi suo ordinario iure cognoscunt: nec delegare possunt, sicut nec presiden. parlamēto regis Franciæ forte ut lites abbreuiētur & propter autoritatē auditorii & dignitatem illorum à quibus ad huiusmodi auditorium appellatur. sic eo. titu. l. si quando. imo l. magis facit cōtra: quia si speciale est in illo casu: ergo in cōtrariū est ius cōmune. ff. ad municipa. l. j. in fi. de hoc per canonistas. de offi. dele. super quæstionum. Et est casus de offi. dele. c. j. & c. ut litigan. li. vj. & ibi no. & C. de iudi. auth. ad hęc. licet doc. nostri in l. eos. ut deantur dictum auth. aliter intelligere, cōtra Accurs. Sed intellectus Accursii est æquior: & fa. pro canonistis. Cōsilia. Quia opinio domini Viua rien. est ueriss ima, licet motiuū quoddam tactu nō ualeat. Et distingue: quia aut quæritur an iudex ad quem appellatur, possit causam appellationis alteri cōmittere: & dicēdum est q; sic: & sic procedūt omnia alle. per me suprà proxime. Aut quæritur, an eam possit cōmittere illi eidē à quo extitit appellatū: & dicendū est q; non. Et ita procedit op. domini Viuarien. & l. eos. §. j. alle. ubi de hoc ad ueritatē est casus secundū omnes doc. & etiam ibi no. per Cy. Et est ratio, qa in causa appellatiōis debet cognosci de iniquitate iudicis[a] à quo extitit appellatū: ut l. perfecti. ff. de mino. modo de illa non debet ille cognoscere, quia eam dicitur cōmisisse: qa uerisimile est quòd sicut errauit uel inique egit semel, idē faceret alia uice, & factū suū defenderet & tuere tur: ut regula, semel malus. cum concor. & l. ex diuerso. ff. de rei uen. Et de ratiōe ista uidet text. de rescrip. c. dilectus. ij. in fi. Nec facio hoc casu differentiā inter diffinitiuā & interlocutoriā, qa ratio est eadē utrobique: imo tenet lac. de Are. q; si papa hoc faceret, nō ualeret: ut no. Cy. in l. eos. qd ītelligo, nisi ex certa sciētia hoc faceret. ar. de cōcess. præben. c. proposuit. cū sim. Nec faciunt ad propositū motiua per me

me in contrarium tacta nec per alios: quia argumēta de tanquā nō habent locū in materia ista, cū ratio dictæ cōclusionis sumatur ab extrinseco, ut prædixi. Duo enim iura sibiinuicē repugnantia sibi nō debent cōcurrere: modo hic esset repugnantia non dico naturæ, sed rationis & iuris, per ea quæ dixi: igitur &c.

a ¶De iniquitate iudicis. *No. quòd iniquitas omnia præcipitat. Specu. ij. parte tit. de app. §. vj uer. item iusta. §. vj uer. sed nunquid.* Et *inique dicitur fieri quod fit per gratiā uel sordes, uel quoties fit cōtra ius litigatoris. ff. de inoffic. test. l. si pars. & quādo dolosè & ex certa scientia fit. & ff. de iniur. l. j. in princ. secus est quando iniuste. Nota etiā quòd iniquitas ad mētis atrocitatē refertur. uide Arch. de iureiur. c. j. lib. vj.*

¶De foro competenti. Rub.

Conclusio XXV.

LICET cōsensus uel ratihabitio partis possit ualida re processum, uel iurisdictionē progare illius, q alias est iudex: nō tn pōt inducere deuolutionē nec iurisdictionē dare auditori alias nō habēti. p l. priuatorū. C. de iurisd. om. iu. Cōsilia. De datiōe iurisdictiōis est clarū: de deuolutione habet dubium. Dic ergo: aut loquitur de nudo consensu, aut de cōsensu facti cooperationē habēte. Si primo, tunc si loquimur in prouocāte ad causam uel appellante: certe tūc solus cōsensus nō sufficit qa requiritur factū: de quo de elec. statuimus. & c. causam quę. Si uero loquimur in appellato dūmodo sit appellatū, etiā in causa prophana: secus qa pōt dicere appellatus, Cessārē appellasti: illū habebis: & ita loquitur c. cordi. dūmodo hoc intimet appellāti in causa prophana, ut ibi probat. Nec ob. de causa beneficiali. c. causam quæ, in fi. ut ibi no. gl. & idē in remissione dic, quā ad instantiam unius facit iudex, quia depēdet deuolutio à cōsensu alteri⁹ partis. Si loquimur de cōsensu facti cooperationē habēte: & tūc dic ut c. statuimus. & c. causam. alleg.

¶De testa. de condi. ap. Rub.

Conclusio XXVI.

INSTITVTIO filii facta sub cōditione mixta, est nulla, & uitiat testamentū. per l. fi. ff. de cōdi. insti. licet Barto. cōtra, per l. sancimus. §. cū autē. C. de inoff. test., p eo ꝙ omnia onera hodie filio remissa sunt ipso iure. per l. quoniam in prioribus. eo. ti. Sed respondetur, ꝙ hoc intelligitur solū de oneribus dantibus cām querelæ, nō de inducētibus prætitionē secundū dominū Pet. de sarcenato. Cōsilia. Fa. pro op. domini Pet. de sarce. quia remedia l. omnimodo. & l. quoniā in prioribus. nō fuerūt introducta ad prouidendū contra nullitatē testamenti paterni, sed inuenta fuerūt ad occurrendū querelis, quæ fieri possūt aduersus inofficiosa testamēta. Ideo de condi

tionibus & de modis hanc inofficiositatē inducētibus, & nō de inducētibus nullitatē est intelligenda. d.l.quoniā in prioribus. ar.ff.de inoffi.testa.l.ij.in fi.Nec obst.l.qm̄ in prioribus. in eo q̄ loquitur de cōditione remissa: quia per præmissa intelligo de cōditiōe mere potestatiua, quæ testm̄ nō annullabat, sed filiū bn̄ grauabat: & illa bn̄ remittitur: de alia nō, ut iuriū correctio etiā euitetur. ar.C.de inof testa.l.j.& de elect. cū expediat. Sed certe opi.domini Bart. est æquior: qa tēdit ad cōseruationē uolūtatis testatoris: & quia l.qm̄ in prioribus loquitur generaliter & indistincte de condi.nec apparet ur gēs ratio dist.antedictę. nā totalis intentio imperatoris fuit, ut testm̄ maneret firmū: ut l.omnimodo.allega.in prin. Sed quicquid sit de ista æquitate opi. domini Pe. est multū colorata: quia cōditio inducens prēteritionē, nō est ad onus filii, sed ad cōmodum.no.gl.ff.de cōdi.instit.l.j.& tamē l.qm̄.uidetur loqui de onerib⁹. Elige quam uis. Aegidius.

¶ De iudi.& de dila. Rub.

Conclusio XXVII.

TERMINI palatii etiā in causa beneficiali sunt sic substātiales, q̄ illis omissis sēntia lata est nulla ipso iure. Consilia. Caue, qa ista cōclusio intelligit̄ de terminis tribus, uidelicet ad ponēdū & articulādū, ad producendū oīa, & ad sententiā audiēdum. De aliis uerō semper audiui à dominis & maioribus meis, illos nō esse substātiales, uidelicet de omnibus terminis ad dicendū cōtrà. Itē de terminis ad libellandū, ad iurādū de calūnia, ad declarandū, & ad concludendū de iure est clarū: licet tamen bene sit necessaria petitio, quæ post cōclusionem pōt dari, iuxta lecta. & not. de uerb. sign. in cle. sæpe. Sed caue: quia termini ad dicendum cōtra producta sunt substātiales, quo ad effectū productionis ualidandū de iure. ar. de testi. c.ij.& quo ad effectū tollendę exceptionis &c. ut c. pastoralis. de excep. Item intellige de omnibus terminis proxime dictis saluis tribus primo nominatis, eos nō esse substantiales, quo ad hoc: qa si ex eorū omissione processus nō est ipso iure nullus. Sed dico quòd bene sunt substantiales quo ad hoc, quia si ex eorum omissione fuerit appellatū appellatio est legitima: & in stylis palatii saltē quo ad terminū ad declarādū operatur, postquam stylus habet, quòd seruentur, si iudex eos omittat, gratuatur. de reg. iur. indultū. cū concor. & ita seruamus. Aegidius.

¶ De offi. delega. Rub.

Conclusio XXVIII.

IVDEX datus super appellatione à diffinitiua, de qua appellatione non cōstat, nihil pōt pronuntiare in causa. Consilia. Hoc intelligo uerum quo ad articulum

ticulum principalē per appellationē deuolutam: sed secus quo ad hoc, an sua sit iurisdictio uel non. potest enim pronūtiare ap pellationē esse nullam: & propter hoc suam cōmissionē esse a surreptitiā & nullam, & per eam sibi nullā iurisdictionē attributam: per ea quæ dixi ī. in conclusione. xxij. Sed cōtra per no. Innocē. de rescript. super literis. in glo. quę est super uer. forsan. potest, pbari. Sed solue distinguendo, ut dixit ipse Inno. in prin. dictæ glo. Aut quia literę sunt falsæ, & tales nō dant aliquam iurisdictionē: & ideo uigore taliū non potest prætensus in eis delegatus cognoscere nec pronūtiare, etiā super illo articulo, an sua sit iurisdictio: quia certū est, quòd ille priuatus est omnino, & caret omni iurisdictione ordinaria & delegata: & ita procedit pars glo. Inno. modò in contrariū alle. Aut literæ sunt ueræ, & tamē sunt per falsi expressionem aut ueritatis taciturnitatē obtentæ: & tūc dant iurisdictionem. ut not. idem Inno. & c. cæterū. & ualet sentētia super huiusmodi articulo lata, & transit in rem iudicatā: ut in d. c. super literis. uide. Sed cōtrà, quòd nō dāt iurisdictionē saltē in principali, per dictū c. super literis, in fine. cū dicit, nō est aliquatenus procedendum nisi &c. quia hoc dico uerū exceptiōe surreptionis opposita: quia illa est prætudicialis & dilatoria: sed illa omissa. secus per no. in c. cæterū alle.

¶ De re iudicata. Rub.

Conclusio XXIX.

SENTENTIA lata in persona falsi procuratoris,[a] rata non pōt haberi. Nec obst. ff. de iud. l. licet. quis loquitur in processu ante sentētiam. nec l. ij. §. falsus. ff. rē ra. habe. quia loquitur in præiudiciū ratū habentis. Consilia. Vnde palatium modo tenet opinionē contrariā, & bene: quia quādo actus alterius nomine gestus ab initio habuit omnia sua essentialia, saluo quòd ibi deficiebat cōsensus illius cuius nomine fiebat: & ut ualeat solum depēdet à uoluntate & consensu illius aduenīēte, actus huiusmodi & huiusmodi superuenīēte cōsensu ualidatur. per l. si fundū. §. j. ff. de pig. C. ad Mace. l. fin. & ibi not. ista, maxime per Cy. not. etiā per Innoc. & c. prudentiā. de offi. deleg. & per alle gata in regula rati. & regula ratum. lib. vj. Et per hoc decidūtur no. per Ioan. An. in quæstionib. in dictis clausulis disputatis: & no. glo. & Cy. C. qui pro suo iure iudi. da. po. l. una. Et probatur reuera clarissime per §. falsus. & l. licet, alleg. Nam ut dicit Inno. in c. dilecto. de appel. ideo sententia lata contra falsum procuratorem ratihabitione superueniente cōfirmatur: ut §. falsus. alleg. quia respectu iudicii domini ante cōsensum superueniētē

non ualeret: ut l. licet. C. de procur. tamē respectu procuratoris nō erat nulla: & ita no. glo. Accur. ff. de appella. l. si expressum. modo ista ratio locum habet in casu nostro: nec subest ratio diuersitatis inter sententiā interlocutoriā & diffinitiuā, nec inter processum & sentētiā. igitur &c. Aegi. Dubito quòd sentētia lata a pro domino in personā falsi ꝓcuratoris sit ipso iure nulla: quia actio in factū quæ trāsiuit in rē iudicatā, nō quæritur dño utilis, quia mādatū nō dedit: nec ꝓcuratori directa saltē in effectu, qa sibi solui nō debet. Tu cogitabis ꝓ dicta gl. Cōclusionē gl. habes. ff. de exc. rei iud. c. j. licet gl. cōtrariā. C. de iure. fis. l. ij. li. x. Si tamē dñi nō interest, eius cōmodū fctm falsi ꝓcuratoris nō posset ratū habere: no. gl. ff. rem rā. hab. l. si indebitū. & xxij. q. ij. c. j.

a ¶Falsi procuratoris. *Quot modis dicitur quis falsus procurator: uide Spec. in titu. de his qui alieno nomine interuenerunt.*

¶De re iudicata. Rub.

Conclusio XXX.

SENTENTIA lata in causa cōi tribus sociis nō pōt solum ratūhaberi pro uno, etiā si opinio supra proxima non ꝓcederet. Consilia. Sed cōtra C. de diuer. rescr. l. j. cū pluribus ll. ibidē alle. & C. si unus ex pluribus app. l. j. ij. & iij. & totū illud brocardū, ꝙ utile trahit ad se inutile. ff. quēadmodū serui. amitt. l. si communē. cū cōcor. Secūdo opponitur, quia uidetur ꝙ ualet sīa per hmōi ratihabitionē: saltē quātū tangit ratū habentē. per l. j. & ij. C. si plures una sen. condem. & per l. ij. secūdo respōso. si unus ex pluribus appellet alleg. Hic est duplex quæstio. Prima an ratū haberi possit. Secūda si sic, an ratihabitio alteri ꝓsit. Quo ad primam: aut causa nō erat sic connexa, quin diuisionē recipere, etiam in modo agendi: sicut in pluribus hæredibus diuerso iure agētibus, licet ex causa cōmuni. l. sæpe. ff. de re iudi. & hoc casu ratihabitio prodest ratū haben. ff. de appell. si separatim. in prin. ff. de uerbo. obli. l. scire debemus. ar. ff. de cond. & demon. l. pater. in fine. secus si cōmunis: ut l. per fundum. ff. de seruit. ru. præ. cum si. Similē distinctionē ponit Cy. in ratione. C. si aduer. pub. iud. l. j. Et per hoc soluta est quæstio secunda: quia neutro casu prodest ratihabitio alteri: nō quidē primo, ut l. si separatim. §. primo. ut ibi not. & C. si unus ex pluribus appell. l. ij. secundo responso. & quod not. C. si in cōmuni eādēmque causa. in interesti. po. l. j. per Cy. Nec secūdo: quia eo casu non ualet: ut dixi ad l. j. C. de diuer. rescript. Solue ut ibi no. per Cyn. Præterea hoc faciebat ad ea quæ ibi in præfationibus dicta fuerunt, aut causæ connexitas, & modicum, circa id quod est iustitiæ executiuum,

uum, & procedit hoc à principe q cõmunis est utrique supplicati. hic in omnibus secus. Nec obst. brocardũ, quia utile in diuisibilibus per inutile nõ uitiatur. aliàs secus. no. Dyn. in regula, utile. & Dy. C. de dona. l. scimus. qđ facit pro nobis. & l. si cõmunem. fallit fauore pupilli. Secunda opinio facit ꝓ iam dictis. & fa. pro præmissis no. Cy. C. si aduer. rem iudi. in l. & §. allegatis. Aegidius Bellemeræ.

a ¶Ratihabitio. *Quæ sit ratihabitio necessaria: & quot modis fit de negotio gesto nomine meo: & multa alia de hac materia uide in l. Pomponius. de neg. gest. & per Dy. in regula, ratihabitionẽ. Item de hac materia uide quædam notanda per Bal. in sing. suis in hac dictione, ratihabitio.*

De donationibus. Rub.

Conclusio XXXI.

VNIVERSALIS donatio nõ trãsfert aliquã personalẽ actionẽ in donatariũ. C. de dona. l. æris alieni. ff. de iure do. l. mulier. & de iudi. l. nõ possunt. licet det remediũ retractãdi donationẽ ꝓpter fraudẽ creditoris. ff. de his qui ĩ frau. cre. l. non oẽs. § Lucius. Consilia. Puto bene primã conclusionẽ esse uerã per l. alle. & ꝓ alias. ll. quas alleg. & gl. in d. l. etiã. Sed caue: quia secundã nõ puto esse uerã, nec eam tenet do. Io. Nichoaunalen. episcopus. in d. l. ęris. Ratio est: quia in dicta donatione, do tibi omnia bona mea: bona intelligũtur nisi ære alieno deducto: ut l. si mulier. & l. nõ possunt. alle. modo ꝓ hoc nõ cõmittit cõtra creditores aliqua fraus nec facto nec cõsilio: igitur nõ habet locũ edictũ de his quæ in frau. cre. ali. & c. licet gl. cõtrà tenuerit, in l. etiam. alle. Nec ob. §. Lucius. alleg. quia ibi sub bonorum nomine donatio nõ fiebat. sed fiebat sub priuato noĩe specialiũ seu particulariũ rerum faciẽtiũ tantã quãtitatẽ &c. Quod ergo remediũ datur creditori? Certe ꝙ agat cõtra debitorẽ, q adhuc remanet obligat⁹: & ꝙ executio fuit in bonis suis ꝓ aliũ possessis: qđ cõsiliũ ẽt dat gl. in l. etiã. & dictũ itellectũ sonat uerbũ, tradidit, positũ ĩ §. Luci⁹. alle.

¶De procuratoribus. Rub.

Conclusio XXXII.

MANDATVM generale petendi restitutionẽ in integrũ a sufficit ad petendũ eam etiam principaliter: non ob. l. illud. § si talis. ff. de mino. Simile not. de elect. statuimus. libr. vj. in glo. fi. per Inn. Consilia. Vbi not. Innoc. ꝙ procurator qui nõ admittitur sine speciali mandato ad dandum obiectus siue crimina contra electum admittitur, si procuratoriũ det sibi super hoc in genere potestatem: licet crimina seu obiectus non specificentur in procuratorio. Sed Pe. de Bella pertica tenet contrarium. C. per quos causa in integr. restitu. agi po. l. una. ut ibi recitat

recitat Cy. in j.q. & hoc p l.ff. de acq.hær. l.si qs mihi bona. §. iussū. j. respōso. & p hoc optime facit extra de procu. c.q ad agēdū li.vj. Probatur rōne: qa nomina ta expressio id requirit: ut l. illud. §. talis ergo. Nā nominati fit expressio cum ht nō sub nomine appellatiuo, sed proprio, uel eo qd habet uim ꝓprii noīs. de test. licet ex quadā. de libe. & posth. l. noīati. ff. si cer. pe. l. certū. Et istā rōnē posuit Io. An. pro iustificatione casus dicti. c. qui ad agēdū. ī d.c. & si sic possum etiā arguere ex idētitate rationis ad istū casum. Nec ob. c.j. in fi. cū ibi no. de cō. lib. vj. ubi licet text. dicat, nō tollit cōsuetudinē, per l. a nisi fiat expresse mētio de consuetudine: tñ sufficit generalis: ut C. de usur. l. eos. & auth. nauigia. C. de fur. quia dico ꝙ inter expressionē & spālē expressionē est differētia, sicut inter genꝰ & speciē. Modo dictū c.j. nō requirit nisi expressionē: ergo sufficit quæcūq; generalis. Sed casus noster requirit spālē: & ita ꝓcedit c. qui ad agēdū. cū ibi not. p Io. An. in nouel. sup uerbo generale. & simile. de elec. ut circa c. is q. & c. procurator. lib. vj. & c. cōstitutionē. eo. tit. in d. cle. Hoc intelligitur cū petitur in integrū restitutio principaliter: & in hoc sequor Pe. secus uero est secundū Pet. si incidēter pateret, p l. ad rē, & l. ad legatū. ff. de procu. & ita no. Cy. in d. l. una. in ult. q. Ad no. Inn. dic ꝙ nō loquitur determinatiue, sed secundū opi. aliquorū: uł forte loqtur ī casu, q licet requirat expssionē, nō tñ requirit spālē uel noīatā. Aegi. uel dic ꝙ Inno. nō uiderat c. qui ad agēdū. & dictū suū tollitur p c. illud. Si uellē sustinere cōclusionē, dicerē cōclusionē loqui in casibus restitutionū iā cōpetētibus, & q prouideri pñt. Sed certe nō placet, qa eodē mō deberet dici in c.q ad agēdū. Contra mētē istiꝰ c. facit: qa nec sunt magis eiusdē rōnis causæ restitutionum, quàm alii casus requirētes speciale mandatū. Aegidius.

¶ Restitutionē in integrū. *Quid sit restitutio in integrū: uide p Bar. in l. qui proprio. §. ité quæritur. ff. de procur. & quotuplex sit, uide eundē in l. cū quis. §. si quis pro reo. ff. de solu. Et nota quòd restitutio est in pristinū statum repositio. l. uideamus. §. in Fauiana. ff. de usuris.*

¶ De in integrum resti. Rub.

Conclusio XXXIII.

VALET, articulus minoris uel ecclesiæ petētis se restitui aduersus snīam, in qua dicit se læsum, licet nō addat uerbum enormiter: dūmō hoc cōstet alꝰ ex allegatis in actis. Cōsilia. Hoc intelligo uerū, si allegata ī actis data sunt etiā ī articulis. Si uero data nō sunt ꝓ articulis, tūc articulū nō declarāt, nā articulus nō datur, nisi ꝓ testis facili examinatione:

tione: testes aũt nõ oſtẽdũtur, niſi data pro articulis fuerit ſuper quib⁹ habẽt deponere: & ita in aliis actis ſibi nõ extẽſis: nõ obſtat ꝙ teſtis adhuc remanet ſup articulo incertus & obſcur⁹: nõ ſic in ſnĩa, qa ſnĩa refert ad oĩa acta, & ex oĩb⁹ iuſtificatur: & ſic procedit. C. de ſen. quę ſine cer. quã. l. iij. Sed plus dico, ꝙ adhuc articulus talis, q nõ haberet niſi ꝙ minor eſſet enormiter læſus, nõ eſſet ſatis clar⁹: qa plures & plures pñt eſſe læſiones, etiã diuerſarũ rationũ: ſa. de rei uẽ. l. ſi rẽ. ff. de iniu. l. prætor edixit. & generalitas parit obſcuritatẽ. l. ita fidei. ff. de iure fiſ. ff. de leg. j. l. cũ incertus. & l. legato generaliter. & hoc uerũ niſi factũ unde ſurgeret læſio, declaret in aliis articulis. Nã un⁹ articul⁹ ab alio ad quẽdẽ finẽ tẽdeñ. bene recipit declarationẽ, cũ oẽs tales articuli ſimul cõiũcti propter unũ finẽ ad quẽ tendũt cẽſeantur facere unũ fructũ. Simile. ff. de legi. l. inciuile. Aegidius Belle.

¶ De prẽſcriptionibus. Rub.

Concluſio XXXIIII.

VALET articulus prẽſcriptionẽ deducẽs ſup longa preceptione fruct⁹ de uerbo prẽſcriptionis nõ faciẽs mẽtionem. Cõſilia. Hæc cõcluſio eſt indubitata ratio: qa poſitiones & articuli nõ debẽt eſſe iuris, ſed facti. no. in c. ſtatuimus. de cõfeſ. & c. ij. eo. ti. li. vj. Nec mirũ potiſſime, quia articulos illos lõgeuus uſus ꝓ clariori teſtiũ depoſitiõe & examinatione admiſit. proba tur de uer. ſig. ſæpe contingit. in cle. no. de teſti. per tuas. & eo. ti. præſentiũ. li. vj. Modo ſup facto debet deponere teſtis, & nõ ſup iure. no. Inno. de teſti. cũ cãm. & Ioã. An. de cõſuetu. cũ tãto. quia officium iudicis & nõ teſtis eſt diffinire de iure, qđ ſemp eſt certũ, & probatione non eget. not. C. de uſu. l. j. in glo. Aegi.

¶ De officio deleg. Rubri.

Concluſio XXXV.

SECVNDVM Pet. de ſarcenato ꝙ ſi tertius iudex ſup appellatione ab interlocutoria pronũtiet bñ fuiſſe appellatũ à ſecũdo iudice, q interlocutoriã primi iudicis reuocauit: & hoc nõ pro eo, qa prim⁹ male, & ſecũdus bene pronũtiaſſet: ſed ex nouis productis corã eo & ſpãli cõmiſsione dñi noſtri papæ: nihilominus ad ſecũdũ iudicẽ tertius debet remittere cãm: quanquãm aliqui eſſent in opinione ꝙ imo debebat remittere ad primũ. Alii uero dixerũt, ꝙ cãm debebat retinere. Ratio dñi Pet. qa ſnĩa ſecũdi nõ reuocat quaſi iniqua iure cõi: ſed propter ſpecialẽ cõmiſsionẽ dñi papæ quæ hoc caſu obeſſe nõ debet. ar. de mili. teſta. l. ſi miles. Cõſilia. Opinionẽ dñi Pet. puto uerã. Ratio. nã tunc debet retinere cauſam iudex de appellatione tali cogno

gnoscẽs,cũ reperit rationabili- a ter fuisse appellatũ:si minus rationabiliter appellatũ reperiat, remittere debet causam,ut legitur ad literã de app.c.ut debitus. pen.respõso. Mõ rationabilitas uel irrationabilitas hmõi attẽditur saltẽ in appellationib⁹ à grauaminib⁹ ex processu habito ante tps appellationis & corã iudice à quo.ut clemẽ.appellanti.ergo si tũc fuit processus iustus & appellatio irrationabilis, licet ex nouis actis & noua principis cõmissione processus de nouo reddatur iniust⁹,ut supponit cõclusio : nihilominus debet fieri remissio.Præterea quia cessante causa &c.ut l.adigere.§.quãuis.ff.de iure pa.Modo cãquare nõ remittitur ad eũ q grauauit est:qa pro eo ꝙ grauauit redditur parti suspectus,& timetur ꝙ adhuc grauet.ut no.in d.c.ut debitus.modo ĩ casu nostro apparet,ꝙ nullã partem grauauit,ut supponitur,ergo &c.Sed quid si appellatũ sit ab interlocutoria, quæ habet uim diffinitiuæ quo ad cle.appellãti.de app.& ex no uiter productis reuocabitur per iudicẽ ad quem:fiet ne remissio hoc casu?certe de iure puto ꝙ sic,p proxime dicta:& ita uolebat etiã dicere dominus Viuarien.sed dubito ꝙ non seruaretur.Aegidius Belle.

¶De resti.spo. Rubri.

Conclusio XXXVI.

CONTRA agentẽ¹ ex remedio c. reintegrãda. non admittãtur articuli uel exceptiones tãgẽtes ius proprietatis.Cõsilia.Certe hoc dubiũ est:qa exceptio doli satis bene habet locum in iudicio possessionis recuperãdæ,dummodo occupata fuerit p uiolẽtiã.ut no.Cy.C.unde ui.l.fi.in q.v.Et hinc est ꝙ tenet ibi Cy.ꝙ si rẽ meam primo possediste: & postea sine culpa tua desiisti possidere.& ad me peruenit,nõ potes postea agere contra me:dũmodo statim doceam de dñio meo.Sed est uerũ ꝙ dictũ Cy.se refert ad remediũ.l. cõquerebatur.C.uñ ui. qd' qdẽ remediũ in apprehẽsio ne requirit dolũ.ut ibi not.Cy.& gl.& secus in hoc remedio c.reintegrãda.Circa hoc autẽ uidetur distinguere sic:qa aut possessor excipit de nõ iure agẽtis:aut de suo proprio iure.Primo casu nullo modo admittitur:quia in hoc affert priuilegiũ hoc remediũ:qa absq; hoc ꝙ probet' ꝓprietas possessio reintegratur, ut probat dictũ c.reintegrãda.& no.Inno.in c.sæpe alle.fallit primo,si exceptio iã probata esset ex actis p not.Inno.de diuor.significasti.Secũdo si incontinẽti uellet probare hãc exceptionem per regulã,dolo facis.& l.iij.§. causæ.ff. ad Carbo.habet enim locũ exceptio hæc etiã in iudiciis possessoriis,ut not.de regu.

iur.

iur.l.inuitus. §. cui damus. imo not.gl.ff.de iudi.l.si de ui.qd' in oĩbus iudiciis possessoriis habet locũ.Sed certe doct.unũ c.excipiunt:uidelicet de iudi.recuperandæ possessionis;cõpetẽte cõ tra actorẽ uiolẽtũ in odiũ uiolẽ tiæ.de restit.spo.in literis.ff.de ui & ui ar.l.iij. §.qui ui à me.p l.si quis emptionis.§.sed hoc sup illis.ij.respõso.C.de præscrip.xxx. uel.xl.an.ubi apparet, q̃ secũdus possessor,qui p uiolẽtiã occupauit priorẽ possessorẽ,nulla exceptione repellit propter odium uiolẽtiæ suæ.& ita not.Cy.C.loca.si quis cõductionis.in quarta oppositione.Cũ enim regula dolo facis.nõ reperiatur fallere:in hoc casu standũ est ei: maxime cũ æquitas huiusmodi remedii nõ sit tãta, sicut æquitas illius regulæ.Præterea si uiolẽtiæ odiũ facit istã regulã fallere,ut in iuribus allegatis:cessante uiolentia cessat fallacia. Secundo casu principali fortius idẽ puto.Primo quia sic appellatur de nõ iure agẽtis.arg.ff.l.Pompo.§.& si. Secũdo quia sic forti⁹ ius allegat possessor, uidelicet dominiũ cũ possessione p̃senti quàm agẽtis,qui solũ se fundat in possessione antiqua. ut ff.depos.l. bona fides.ergo præferri debet eius intentio.ar.C.de edic.d.qui Adri. tol.l.iij.& d.l. bona fides. maxime qa istud remediũ est cõtra ius,& ideo uidet tenẽdũ in casu suo,uidelicet in clericis & ecclesiis,& eorũ bonis,& adhuc in eis restringendũ,ut in regula,quæ à iure.Ex his uidetur teneri in consiliis, q̃ si possessor de titulo & bona fide exciperet, præsumendũ esset, q̃ maius ius haberet:quia si iste à possessione etiã cecidisset,haberet ultra unũ aliud remediũ in rẽ:uidelicet Publicianã.ff.de Pub.per totum. Sed an in his prõpta probatio sit necessaria,sicut in alio casu proxime præcedẽti?Certe puto q̃ non:quia reus debet esse ita fauorabilis in sua exceptione legitima, sicut actor in sua actione,ut regula, fauorabiliores.& regula, non debet. Modo ista exceptio est legitima,ut dixi. Præterea hoc casu maior æquitas assistit excipienti,quàm in casu proxime præcedenti utiatur circuitus hic.arg.l.dñs teste.ff.de condi.indebi.& no.ibi. Præterea ista exceptio procedit ex fauore:illa ex odio:igitur &c.ut in regula,odio. Sed caue quia procuratores audiẽtiæ bene cauẽt sibi,& ab initio uerba talia deducũt in libello & articulis,q̃ omnia iudicia possessionis recuperãdæ cõprehẽdunt & iudiciũ petitoriũ partis utriusq; suspendunt,sic q̃ ista exceptio propter admissionem interdicti nõ recipitur:& ita cessat discceptatio præsens:aliàs tñ suspẽsio non obesset,cũ dicam etiã hanc possessoris exceptionẽ obstare. Simile de restitu.spo.sollicite.&

c.excepta.Aegidius Belle.

a ¶Contra agẽtẽ.*Nota quòd agere dicitur qui excipit.ff.de excep.l.j.licet cõtrarium uideatur quòd appel. actionis nõ cõtineatur exceptio.nota etiam quòd agere proprie dicitur in iudicio:facere uero extra iudicium. ff quod cuiusq; uniuer.no.l.j.§.qbus.*

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio XXXVII.

a VBI appellatur ab interlocutoria prætudiciali[a],auditor datus in curia non debet admittere articulũ appellationis,nisi de cõsensu utriusq; partis:præsertim si interest utriusq;: & ita procedit qđ dicitur in plurali de app.cordi.lib.vj.ubi,nisi de partiũ &c.quicquid ibi notauerit Inno.Cõsilia.Vnde bñ procederet,si utriusque interesset pronũtiari,& esset tale quid qđ nõ posset cõmode postea in ꝓcessu principalis negotii reparari:ut puta qa sup aliquibus attẽtatis nõ directe tãgẽtibus negotiũ principale interlocutoria lata est,partim cõtra actorẽ,& partim cõtra reũ,& uterq; appellauit:& simile de testa.c.Raynal: & c.Ray.in fi.Ratio:nã iudex qui est positus,nõ nisi ad iustitiã ministrandã,ius alicuius partiũ auferre nõ debet.C.de iudi.vj.col. l.ij.in fin.& unde ui.l.meminerint.& sic procedit conclusio,si posit in processu principalis negotii grauamine illatis facili ter recuperare,põt iudex procedere in negotio principali saluo iure expẽsarum.& ita seruamus.& ita ꝓcedit opinio Inno. Ratio:qa hoc nõ nocet grauato qualiter fiat,dũmodo fiat:& pro dest utriq;:quia lis abbreuiatur. ar.ff.de dã.infe.l.Proculus.cũ si. & præsertim nõ haberet dubiũ, si pars grauata hoc uellet:qa licet sibi respuere ea quæ faciunt pro se.ff.de mino.l.si iudex.cum si.Sed prẽmissa intelligo,ubi appellatio uenit extra palatiũ,ab alio tñ quàm à cardinali:& cõmittitur in palatio apostolico. Nã in tali casu siue pronũtiat auditor bene processum ꝓ iudicẽ à quo,siue male:nũquàm remittit,sed semper de consuetudine palatii remanet tota causa in palatio terminanda.Ratio cõsuetudinis est ista:quia nõ est locus in mundo ecclesiasticus,ubi causæ ita bene & celeriter terminẽt, sicut ibi,ut experiẽtia docet.& hoc facit copia peritorum,quæ ibi est,& diligentissimus modus causas audiẽdi,cõsulendi,& decidẽdi,q ibi habetur.Sed si appelletur &:causa infra palatium cõmittitur alteri auditori,quia tũc cessat cõsuetudo prædicta, & locus est iuri cõi:de qua c.ut debitus.de appel.cũ cõsuetudo non est,appellationẽ à cardinali auditori palatii committere,nec fieri debet,nisi de mãdato papæ expresso ꝓpter honorẽ ipsorũ.

¶Interlocutoria prẽiudiciali.De

multi

multiplici interlocutoria uide Bar. in l.quod iussit.de re iud.ubi plenius de hac materia quam alibi. Et not.q̃ est una de quatuor speciebus sentẽtiæ. Et ad sciendũ quomodo diffinia tur & quomodo cognoscatur interlocutoria,& de habẽte uim diffiniti ua,& quãdo dicatur interlocutoria, uide latè per Feli.in rubri.de re iud. col.ij.cum sequen.

¶De in integr.restitu. Rub.

Conclusio XXXVIII.

a ECCLESIA & minor[a] restituũtur post cõclusionẽ & publicationẽ attestationũ ad ꝓducendũ novos testes: saluo q̃ requiritur ibi aliqualis causæ cognitio propter timorẽ subornationis: & hoc si petant restitui[b], aliàs exactio aliqua præsumptione nõ iuuatur, quãquã alias regulariter huiusmodi restitutionis petitio siue aduersus sentẽtiã, siue incidẽter, requirit causæ cognitionẽ per dissolutiones. Ioã. An.d.c.cũ uenissent.& c.auditis. de resti.in inte.c.sciscitata.eo.ti. Cõsilia. Hæc cõclusio habet quatuor dicta. Primũ & secũdũ clare decidũtur per no.Inn.de resti.in inte.c.auditis,in gl.ult.post prin. saluo q̃ secundũ loqtur inepte. Nã non sufficit sic aliqualis cognitio causę in primo dicto:imo requritur magna diligẽtia & exacta,maxime ꝓpter timorẽ subornationis,& qa prę sumitur ꝓduxisse testes meliores quos habebat.ut no.Inn.in d.c.auditis. Similẽ præsumptionẽ secũdæ prę-

b

sumptioni ponit Inn.in c.dudũ de deci. Tertiũ dictũ bene ꝓcedit:quia aliud nõ quærit dicta summaria cognitio, nisi huiusmodi præsumptionẽ. Nec mirũ: quia materia in qua ꝓceditur p prę sumptiones,faciliter una prę sumptio aliã tollit:ut no.Inn.de eo q̃ fur.or.susceptit.c. innotuit. in fi.utputa si aliqua iudicia approbata in actis siue resultantia ex eis uel eis aliqua ꝓducta,aut cõfessiones ipsarũ partiũ reddãtur bene uerisimilia:& aliqualiter probata illa clausula sup quibus petitur alia ꝓductio testiũ. Quo ad quartum dico q̃ opus nõ fuit dictã præsumptionẽ allegare: sufficit enim dicere hoc quo ad obtinẽdũ restitutionem. oportet etiã minorẽ & ecclesiã ꝓbare lęsionẽ enormẽ.ut ff.de mino.l.nã postea.§.sed si minor. & de in inte.rest.c.ij.&c.cũ ex literis.cũ si.& ultra in minori ꝓbari oportet ultra lęsionẽ aliquam aliã causam.ff.ex qb.cau.ma.l.j. §.fi.Præterea regulare est quia ubi ꝓbationes requirũtur,clarũ est q̃ illę debẽt esse plenę & clarę.de proba.c.in presentia.C.de rei uẽd.l.fi.de ꝓba.l.actor.argu. pro.C.si tibi petitio.l.in bonę fidei.fallit ubi tale factũ in probatione læsionis deducendũ est & probandũ,qđ postmodũ in alio magis principali & directo iudicio principalius discutiendũ est: sicut cũ petitur restitutio ad appellãdũ à diffinitiua uel econtra

c lapsum

lapsum fataliū ad appellationē prosequendā:tūc enim dicendū est in aliquo de iustitia uolentis se restitui, etiā quo ad negotiū principale:qa aliter læsio nō esset uera:qa non habentis ius in a principali negotio non interest appellare:sed qa de hoc interesse plenius est postea discutien dū,sufficit magis leuis & summaria ꝓbatio.ar.de testi.ueniēs.ij. Inn.de fo.cōpe.Romana.§. cōtrahētes.li.vj.de illa materia plene per Inn.in c.literis.alleg.Sed qđ dixi,locū habet in informatione q̄ recipitur ad effectū restitutionis obtinendæ.Sed caue ꝙ ultra istā requiritur alia informatio q̄ncūq; ad effectū agere uolentē ad agēdū admittēdū & recipiēdū:ut pote q̄n uerisimiliter petit restitutionem aduersus res bis iudicatas.ut ff.de mino.l. minor aūt magistrat⁹.primo respōso.in fi.& C.si sæp.in integ. resti.pe.& q̄n presumptio uel timor subornationis uel fraudis cōmittēdæ facit cōtra petentem restitutionem:ut in primo dicto huius conclusionis inductū est.

a ¶Eccleſia & minor. *Adde q. ecclesia & capitulū idē sunt:& sic minori apparatur,ut ne possit cōtra suū prælatū agere,nisi dato aclore per iudicē.Ita & capitulū,nisi in authoritatē superioris.Gl.est sing.extrà de appel.c.significauit.*

b ¶Si petāt restitui. *Quis possit petere restitutionē in integ.& quib⁹ rebus & casibus,& quibus nō,& de multis dubitabilibus circa hoc,uide Specu.in titu.de in integrum restitu. iiij.parte.§.ij.*

¶De præbendis. Rub.

Conclusio XXXIX.

SVBROGATVS [a] in locū auditoris,cui mādatū fuerat, ꝙ si sibi constaret neutri parti in beneficio ius cōpetere,prouideret isti,& ei poterit ꝓuidere.facit,qa substitut⁹ loco eius,ergo &c.ar.ff.de iud.l.morruo.& l.cū ꝓponebatur.el.ij.Et qa sibi ſcribebatur sub noīe auditoris, ergo ut auditor.de offi.c.q̄n abbas.Sed contra p noīs ꝓprii expreſsionē:facit no.Cy.C.de sacrosan.ecc.l.j.in viij.q.Itē qa hęc ptās ꝓuidēdi nō cōpetebat primo uigore,& rōne suę iurisdictionis,& primi mādati,sed solū uigore & rōne noui mādati nō iurisdictionalis:modo in primo nō in nouo surrogatus est istegiū.facit l.cū apud Sēproniū.ff. iud sol.Ad hāc partē se inclinabat do.Neapolit.licet oēs tūc fatērētur locū esse ꝓuisioni.cle.auditor.Hoc casu tn quęstionē formabat do.Neapolitan.in iudice appellationis,& formabat argumēta de hoc,ꝙ alia causa est appellationis &c.& in cōtrariū,qa in ea nō ꝓposita &c.& soluebat p no.Inn.de testi.c.fraternitatis. uide in quæstionibus do. Neapolita.q.cxlv.fo.xxxiij.facit cap. per exceptionē.§.fi.de priuileg. li.vj.ubi exēptio clericorū eccleſiā nō cōcernit:sed nō facit multum.

tum. Itē facit qđ no. Spec. in prima parte Spec. titu. de offi. dele. §. ult. ad fi. uersi. sed quid si plures. & do. Bar. in d. l. cū apud. uersi. quæro pone. Vbi uidetur sentire l. cū apud. locū habere etiā in iudice eiusdē auditorii in eadē instātia surrogato. Item facit no. in c. quoniā Abbas. præalleg. Item no. ꝙ idē est, si nomine ꝓprio cū dignitatis adiectiōe scribatur, sicut sub solo ꝓprio nomine scriberetur. Idē no. Io. An. de referi. statutū. li. vj. in nouel. facit quia in dignitate auditorii huiusmodi multa concurrūt: ergo de illa nō est considerāda, sicut de canonico: not. in d. c. statutū. & ꝙ ponderādū sit plus nomen propriū, licet cū nomine dignitatis adiunctū nomen dignitatis uideatur. tex. expressus. ff. de stipu. ser. l. si seruus cōmunis ita stipularetur. in fin. Quid dicendū? puto ꝓmissis non obstan. cōclusiōne uerā: quia licet hoc sit uerū in dubio, ꝙ ubi sub nomine ꝓprio ad aliquē dirigitur locutio etiā cū adiectione suæ dignitatis: tamē ubi ex aliqbus circūstātiis & uerisimilibꝰ cōiecturis apparet, ꝙ intuitu dignitatis, & nō intuitu ꝑsonæ disposītio ꝓferetur, tūc non ad ꝑsonā, sed ad dignitatē referetur: de testa. requisiti. de epi. & cle. c. licentiā. facit ff. de an. leg. l. annona. §. à Titia. fa. de foro cōp. dilecti. cū ibi no. per Ber. Inn. & Host. in princi. & qđ no. de quæstione ambasiatorum per gl. ff. de procu. l. qui ꝓprio. §. itē quæritur. per Cy. C. de sacrosan. eccl. l. j. in vij. q. fa. ff. de re. du. l. ij. cū ibi not. per Bar. & ff. de condi. & demon. l. ciuibus. Modo istud mandatū dirigitur Aegidio auditori pro eo ꝙ erat auditor: & signētur uerba, si per euentū &c. nam solus iudex est ille, qui habet iudicare de isto euentu: & aliter alio surrogato remaneret impetrans totaliter impeditus. Cōsideratur igitur Aegidius hoc casu, non ut Aegidius, nec auditor simpliciter, sed ut auditor huius causę: ut sic causa impetrātis sit facta pinguior, & datus modus pronūtiandi in causa per quæ dissoluuntur omnia contraria argumenta. Aegidius. Et per hoc dissoluūtur duę gloss. contrariæ: una est ff. de lega. ij. Lucius. §. ciuibus. quæ est contra: & alia gloss. quę est C. de sacrosanct. eccle. l. si plures. super quo omnino uide Bar. in d. l. ij. ff. de reb. dub. in fi. Aegid. ad improbandum distinctionē, quā quidā faciunt in ca. quoniā abbas. an cōmissaū iurisdictio sub nomine ꝓprio & appellatiuo, expirat mādatarii morte, uidelicet ubi ꝓcedat nomē ꝓpriū uel sequatur. p. l. si seruꝰ cōis. alle. & p. l. is q in potestate. §. fi. ff. de leg. præstā. & ꝙ semp uideatur habere respectus ad persōnam, probat dominus Hēricus Bohic, in d. c. quoniam. Primo quia genus restringitur ad speciem expo-

nētē de deci.ſtatuto de cōtrahē. emp.Rutili.Scdo,qa unū ꝑpter alterū.de prębē.ſup eo.li.vj. Tertio,quia magis notū ad ſe trahit minus.ff.de hære.inſti.l.aſſe toto.Quarto,ut nomē propriū de aliquo operetur:ut l.ſi quando. Quinto,qa tex.uidet in c.quoniā.ibi,locorū & nō ꝓſonarū iūcta plus negatio quā affirmatio ponat.no. de cōſue.cū dilectus. & Io.Mo.de reſcrip.c.j.li.vj.Nec ob.l.ſi ſeruus cōis.& §.fi.alle.qa in illis nomē appellatiōis eſt ita incertū,ſicut nomē ꝑpriū:& ibi plenius ꝑ eū uide.Sed nō cures de prædictis quantū ad præſentem cōcluſionē:quia prædicta loquūtur in dubio ceſſantibus cōiecturis & ueriſimilibus ꝓſumptionibus cōtrariis: ut patet ex forma argumētorū prædictorū.

a ¶Subrogatus. *Id eſt, ſubſtitutus. per Arch.ut lit.penden.lib.vj.& de elec.c.j.§.eo tamen prouiſo.*

¶De præbendis. Rub.

Concluſio XL.

QVIA in caſu concluſionis ſuprà ꝓximę dicto ſurrogatus nō habet aliqd probare de iure ſuo,niſi aliquid aſſeruiſſet ad mouendum papam: puta ſe acceptaſſe &c.quod illud probare deberet.Conſilia.De hoc plenē dixi infrà.

¶De reſcrip.De iud. Rub.

Concluſio XLI.

SI PAPA dedit iudicē in cā a cū poteſtate procedēdi ſummarie &c.oēs iudices illi ſurrogati ſucceſsiue licet ſine adiectione dictæ clauſulæ ſummariè &c.ꝓcedere poterūt ſummariè &c.ita abſq; litis cōteſ.&c.in ꝓphanis.Cōſilia.Vide de materia huius cōcluſionis infra,cōcluſione cccxcv.& ibi duæ rōnes ponūtur.Et patet ratio huius cōcluſionis per cōcluſionē ꝓximè ꝓcedētē,& ibi alle.quæ fortius urgēt in hoc caſu,maxime quo ad inſtātiā primā. Si ueró loqueris uel dubitas de ſecūda inſtātia:ui de ſup hoc duas rōnes,quas ſuc cincte poſui circa dictā cōcluſionē.Prima eſt,qa ꝑ talē ſignationē cōceditur priuilegiū cauſæ, de quo etiā clemē.diſpēdioſam. Modo licet diuerſę ſint inſtātię: eadē tamē cauſa eſt ſecūda cum prima.Secūda ratio,quia ꝓceſſus cauſæ appellationis nō debet eſſe magis rigoroſus,imo minus quā proceſſus cauſæ principalis:de appel.c.per tuas.cū ibi not.Tertia,iudex appellationis ſuccedit loco primi iudicis & ꝓſonam ipſius repræſentat:ut ſi il le malefecit uel bene facere omiſerit,iſte emendet & ſuppleat.Aegidius.

¶De litis conteſta. Rubr.

Concluſio XLII.

SI IN cauſa ꝓphana dedit actor articulos concludētes,& partes iurando de calūnia dixerūt,ꝙ iurabāt animo litē cōteſtandi[a],& notarius refert,ꝙ litē cōteſtādo iurarūt:cēſetur litis cōteſtatio facta.Sed de hoc dubito.

bito. Cõsilia. Ista cõclusio prout iacet nõ procedit : quia ut sit lis cõtest. tria requirũtur. Primo petitio præcedẽs: secũdo respõsio sequẽs: & tertio ꝙ petitio & respõsio fiãt p uerba apta ad litis contest. ut ꝓbant iura, ut c. dudũ. ij. de elec. de litis contest. c. uno. C. eo. l. una. & C. de iur. calũ. l. ij. modo iuramentum præstare nõ habet quantum est de se uerba apta pro responsione importanda: igitur &c. Itẽ ubi est opus facto uel uerbo, solus animus non sufficit. de eo qui mit. in poss. c. j. ff. de uerb. obl. l. j. uide tamẽ quæ super hoc not. Henricus Bohic de litis contest. c. uno alle. Et puto ꝙ in dicta cõclusione aliquid ex inaduertẽtia est omissum, uel forte domini in exitu consiliorũ factũ nõ intelligentes indeliberate responderũt, sicut uidi quãdoque accidere. Aegidius.

a ¶Item contestandi. *Not. quòd litis contestatio est initiũ & exordiũ litis. Et quid sit litis cõtesta. & quomodo fiat, uide plenè & pulchre per Spe. ti. de litis cõtesta. per totũ. plene etiã per Bar. in l. j. C. de litis contest. Adde quòd litis contestatio inducitur etiam per dubitationem.*

¶De officio deleg. Rub.

Conclusio XLIII.

ARTICVLVS iurisdictionalis ut receptio testiũ iuxta clem. judices. de offi. dele. à delegato papæ nõ cõmittitur nisi personis, de qbus in c. a statutũ. licet contrariũ uideretur per c. mulieres. de iudi. lib. vj. de hoc aliquid per gl. de rescri. lib. vj. statutum. eo. li. sup uerbo, causæ. ubi per Archi. Cõsilia. Ista cõclusio secundũ ueritatem nõ habet dubiũ, per ea quæ leguntur & no. in dicta cle. iudices. de offic. dele. iuncto c. statutũ. allegato. & c. fi. de offic. dele. in antiqs. Nec obstat c. mulieres. alleg. qa loquitur nudo ministerio ut in receptione iuramenti & depositione siue coactiõe &c. iuxta no. in d. clem. in j. glo. Nec obst. no. per Archi. in d. c. statutum. super uerbo, causę. qa intelligitur eius dictum de tali articulo adeo nudo, ꝙ ille cui committitur, iudex nõ dicitur, sed auditor merus, ut ipsemet ibi dicit, & tamẽ clemẽ. tales appellat iudices. Curia uero de cõsuetudine habet, ꝙ obseruationes terminorũ committũt domini Cardinales auditoribus suis etiã sine speciali mãdato domini nostri papę: dũmodo absq; hoc ꝙ auditores huiusmodi aliquã compulsionẽ habeant, uel sentẽtias diffinitiuas, uel interlocutorias ferãt: quæ cõsuetudo forte ex dicto Arch. insurrexit, ut ex lectis. & no. de off. dele. sup qstionũ. §. porro. & §. uerũ.

¶De dolo & contu. De resti. in integrum. Rubr.

Conclusio XLIIII.

ALLEGATIO pauperta-tis nõ est sufficiẽs excusatio[a] ad cãm ad curiã deuolutã non comparentis. Consilia.

Conclusio ut iacet, est periculosa, quia pauper ad expensas sibi imposibiles teneri non potest, ut regula, impossibiliū. ff. & regula, nemo potest. lib. vj. Et probatur clare ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. ult. & ff. man. l. procurato rem. §. si ignorātes. cū alle. & no. per Pe. C. de epi. & cle. si quis ad declinandum. ubi post eū satis per Cy. & per Arch. plene in rosario. xj. q. iij. pauper. & pro hoc etiā extrà de testū. c. si qui testiū. a & de reseri. c. statutū. §. insuper. in fi. lib. vj. Sed isto modo forsan potest procedere. Certum enim est, ꝙ ꝓbatio aliàs legitima seu probabilis propter contrariam præsumptionē nimis uiolentā, plerūq; licet tarde, bene repelli tur: ut C. de fal. l. ij. & extrà de hę reti. c. filii uel hæredes. lib. vj. cū his quæ pulcherrime per Ioan. mo. ibi. not. & not. Inn. simile de concel. præben. post electionē. Modo sicut uenit ad petendum restitutionem, ita uerisimile est ipsum potuisse uenire ad causam ab initio. arg. extrà de elec. c. bonæ. & c. constitutus. de appel. de dolo. cum dilecti. uer. sed contra hoc faciebat. Et hoc est uerum, nisi daretur aliqua materia huius uiolentæ præsumptionis exclusiue, ut pote quomodo tempore citationis & processus fuit pauper, & qualiter ex sequē. tempore diuitias ex causis legitimis acquisiuit, iuxta l. si defunctus. C. arbi. tute. Vel forte aliter saluari potest conclusio, quia licet paupertas suo casu dare potest restitutionem ex generali clausula, si qua mihi iusta causa uidebitur si per hūc modū ageretur: ut l. j. in fin. ff. ex quib. cau. sis maio. fortè tamen non teneretur ipso iure. argum. ff. si quis cau. l. ij. §. j. & quasi usq; ad fi. & hoc casu procedit conclusio & saluatur. Imagineris. & dic ut tibi uidetur. Aegidius Bellemerę. ¶ Sufficiens excusatio. *Excusatio quid sit & quotuplex, uide C. de excu. mune. super rubri. lib. x. Et nota quòd excusatio inferiorum non ualet, ubi de rebus ecclesiæ, quas illicitè possident, per principes uel parentes se excusant. xvj. q. j. in canonibus. ante fi. Nota etiam quis dicatur pauper: uide ff. de mune. & hono. l. cura. §. inopes & per Barto. in l. qui accusare. in princ. ff. de accu. & adde quòd arbitrio iudicis committitur quis pauper uel inops dicatur.* C. *un de uir & uxor. auth. ibi posita.*

¶ De rescriptis. De exceptionibus. Rub.

Conclusio XLV.

EXCEPTIO de nō perhorrestentia cōtra rescriptū in dicta perhorrestentia fundata, est bona. Consilia. Hæc conclusio non habet dubium: quia Imperator talem perhorrestentiam probare tenetur: ut dicit text. de rescript. statutum. §. cum uero. in fi. libro vj. igitur. & aduersario licet probare contrarium: ut in regula non debet

acto

actori. quia alias legitima defensio auferretur, quod fieri nō debet. cap. pastoralis. de re iudi. in clemen. & C. de iure fisci. l. prohibitum. maxime quia probatio iuramenti est leuis & extraordinaria nimis: quia contra totum illum titulum. C. ne quis in sua causa. Sed magis dubium est, quomodo poterit probare contrarium, quòd puram & absolutam negationē includit, & depēdet ex animo, cuius solus scrutator est deus. Respondeo & dico quòd per indicia & facta exteriora, arg. extrà de præsum. c. ex studiis. & C. de dolo. l. dolum. ut ecce si probat reus actorem esse per omnia in partibus uel ciuitate propria potentiorem: tunc enim timor actori esset uanus & reiiciendus: ut ff. quod me. cau. l. quia non est uerisimile.

¶ De rescriptis. Rub.

Conclusio XLVI.

EXCEPTIO de litis pen. a in partibus coram domino tēporali super spoliatione feudi etiā in uidua uel persona alia *miserabili* opposita contra cōmissionem factam auditori in curia de dicta lite non facientis mentionem est bona. Consilia. Tum quia in dubio non est uerisimile quòd princeps causam pendentem coram uno iudice ab eo uelit aduocare, nisi ex certa scientia id faciat: quod facere non uidetur, nisi de processu ex pressam faciat mentionem. de officio delega. cap. coram. de re iudica. cap. inter monasterium. Simile de præbendis. si motu. in fine in vj. Tum quia tales causæ debent apud huiusmodi dominos temporales tractari: dummodo ipsi in exhibendo iustitiam non probentur negligentes. de iudiciis. cæterum. de foro competenti. ex transmissa. capitulo, uerum. & capitulo, ex tenore. & capitulo, licet. cum multis similibus. imo forte ipsa cōmissio ipso iure non ualet, nisi fuerit signata de certa scientia papæ: quia contra ius esset & procederet de plenitudine potestatis, quod non est uerisimile papam uoluisse concedere uicecancellario suo. argumen. not. Innocen. de electio. cap. innotuit. in fin.

¶ De testibus. Rub.

Conclusio XLVII.

SI TESTIS a deponit de iure & de facto, licet depositio de iure non ualeat, tamen depositio de facto bene procedit, si alias sit sufficiens. Consilia. Ratio: quia ista sunt separabilia, in quibus utile per inutile non uitiatur: ut ff. de aqua quotidia. & æstiua. l. prima. §. Trebatius. & C. de donationi. l. sancimus. & extrà de rescriptis. cap. si eo tempore. libro sexto. Sed contra: quia eoipso quòd in dicto testis reperitur aliquod falsum, eoipso titubat in totū eius

fides.no.& ꝓbatur ix.diſt.c.ſi ad ſacros.cum quatuor concordã. ibi alle.& facit l.ij.in fi.ff.de fid. inſtrum.de reſcrip.c.ſignificaſti. Nã nõ debet dicere niſi qđ ipſe uidit &c.iij.q.ix.c.teſtis.c.hortamur.c.pura.& qđ no.Io.And.de offic.dele.cũ in iure.in fi.Sed ad hoc reſpõdeo ꝓut reſpõdet Inno.de hæret.c.fraternitatis.in j. gl.& illa ſolutio ſufficit.Vel aliter dic,ꝙ in facto ſenſus facile nõ decipitur.Ideo ſi teſtis male deponat ſup facto:nõ mirũ ſi tubat ei⁹ fides.ſecus in iure:qa pauci periti ſunt in iure,nec iudiciũ teſtis recipitur ſuper iure.

a ¶Si teſtis.*Quis poſſit eſſe teſtis:& quæ cõditiones principaliter requirũtur in teſte,uide in ſum.con.lib.ij. titu.de rap.rubri.de teſti.q.clxxvij. quæro ergo.*

¶De iudiciis. Rubr.

Concluſio XLVIII.

a PROCESSVS [a] in principali factus partibus preſentibus & nõ contradicẽtibus uirtute cõmiſſionis ſup appellatione & negotio principali de ſpeciali mãdato conceſſæ ualeat:licet appellatio nõ ſit ꝓducta.Conſilia.Sed contra:qa aut hoc fieret in uim ꝓrogationis,& hoc non: qa cõſuetudo in auditoribus palatii hmõi prorogationẽ nõ admittit:aut in uim principalis cõmiſſionis,qa illud de cõſuetudine palatii ſolũ tenetur facta in euentũ &c.& illud eſt ſatis de iure.p c.ut debitus.de appel.Præterea in contrariũ uidetur caſus de foro compe.c.Romana.li.vj. in prin.Solutio.Dici põt ꝙ imo b fieri poteſt ꝓrogatio [b] &c.per l. de qua re.§.j.ff.de iud.qa conſuetudo caſum iſtũ non impugnat,ſed potius recipit & admittit.Vel dic & melius,ꝙ principale negotiũ commiſſum cẽſetur ſimpliciter,& nõ ſub cõditione tacita,& tali,uidelicet ſi cõſenſerit pars utraq;:ut c.cordi.§.j.de app.li.vj.uel ſi diſſenſerint & nihilominus ꝓnũtiatũ fuerit male ꝓceſſum,& bene appellatũ: qa nil aliud quærit papa, niſi ut *ſites* finiãtur.ff.de oper.no.nũ.l j. §.poteſt. & ff.ſi cer.pet.l.quidã exiſtimauerũt.& de do.c.finem. Nec obſt.de foro compet.c.j.in prin.quia hoc facit ibi ratio.c.ſignificaſti.eodẽ titu.in antiquis. quæ hic ceſſat.

¶Proceſſus. *A qua parte incipiat proceſſus,uide Bart.& alios in rubri.C.de in ius uocan.*

¶Fieri poteſt prorogatio. *Quot modis fiat prorogatio,uide Bart.& Pau.de Ca.in l.ij.§.fi.ff.de iud.*

¶De reſtitu.ſpolia. Rubr.

Concluſio XLIX.

AGENS poſſeſſorio recuperãdæ in beneficialib⁹ tenetur colorare ſuã poſſeſſionẽ ex titulo:quia nec titulum nec poſſeſſionẽ poteſt qs habere in talibus à ſeipſo. Cõſilia. *Sic* ff.de interdic.l.ij.§.quædã. & ff. de aqua quoti.l.j.§.permittitur. Ex quibus apparet ꝙ interdicta

in qui

in quibus posſeſsio haberi non pōt nisi à ſuperiori, puta à principe ſibi cōceſſa fuerit, dicūtur cauſam ꝓprietatis habere, id eſt ꝙ in eis qs obtinere nō pōt docēdo de ſola poſſeſsiōe, niſi etiā in aliquo doceat de ꝓprietate. Simile de reſtitu. ſpo. c. ad decimas. modo ſic eſt in ꝓpoſito: ut de reg. iur. c. j. lib. vj. & hoc indubitatū, ſi directe, & principali iudicio poſſeſſorio. alias nō priui legiato ageretur, p no. etiā Inn. de in inte. reſt. c. conſtitutus. Sed ſecus dicunt domini in caſu in quo ageretur ad reſtitutionē beneficii ex beneficio litis pēdētię uel alias p modū attētati: iuxta no. c. ij. ut li. pē. in cle. c. cū M. de conſti. cū ibi no. per Io. And. Ratio eſt ſecūdū eos, qa ibi magis pōderatur contēptus ſuperioris & integritas ſtatus cauſę, quā ius agentis: ut lit. pen. per totū. & in l. nil noua. appel. pen. per totum. ita tenet palatium, licet aliàs ſuper hoc uiderim dominum Viarien. dubitare.

¶ De ſti. ſpoliatorum. Rub.

Concluſio L.

a SI PETĒS a ſe reſtitui ad poſſeſsionē beneficii de qua ſpoliatū ſe dicat: & dicat ſibi illud collatū per uicariū epiſcopi agentis in remotis, & uicariū à domino epiſcopo ſup hoc habuiſſe poteſtatē, ꝓducat literā collationis uicarii, & probet per ſeipſum & uicariū à domino epiſcopo ſuper hoc habuiſſe māda tū & poteſtatē ꝓductū in teſtē. omnia ſupradicta ſufficiūt ad coloratione, de qua dictū eſt in cō cluſione ſuprà proxima. Cōſilia. Sed cōtra. qa iſte allegat & ꝓducit infectū titulū: multo melius fuiſſet ab initio tacuiſſe, quā malum titulū ꝓducere. Primū patet per c. fi. de offi. uica. lib. vj. Secūdū patet p nota. Inn. de in integ. reſti. c. auditis. & de deci. c. dudū. Solutio. Dico qd aliud eſt ꝓducere titulū, q à ſeipſo totaliter ſit infectus: & ita ꝓcedit gl. Inno. in c. dudū. aliud eſt allegare titulū bonū, & illum probare minus plene: quia tunc licet nō ſufficeret in caſu plenā probationē requirēte, cum de petitorio nō agatur hic ꝓpter ſe, iuxta no. Inn. de notorio. de uer. ſig. uenien. facit de teſti. ueniēs. ij. Probatio enim quæ hic quæritur, ſolū requiritur ad reddendum intētionem agentis coloratā: & aliud eſt plene probare, aliud uerò colorare: ut de ſe patet

a ¶ Si petens. *Not. quòd petere ad realem actionem pertinet. l. actio in perſonam. ff. de act. & obli.*

¶ De re iudicata. Rubr.

Concluſio LI.

ADMISSIO articulorum facta pſertim partibus conſentiēbus, quo ad partes trāſit in rē iudicatam, licet nō quo ad iudicē, iuxta no. Ber. in c. cū ceſſante. & Io. An. ibidē in no. ſup glo. de appel. Cōſilia. Ibi pleniſsime & per Inno. de ſen. excō. c. ſacro.

saluo ꝙ licet nō trāseat quo ad iudicē interlocutoria in rē iudicatā, quoniā etiā reuocare possit, intelligitur cū causa iusta & rationabili: quia si sine causa hoc faceret, ipse partē grauaret, & posset pars appellare: ut not. Io. And. in loco prælleg. Hinc est ꝙ primo auditor uolens iam uiam apellationi præcludere, nō debet subito simpliciter & absolute mutare factum suum de extremo ad extremum: utputa admisi articulos: appellatur: possum factū meum reuocare mutādo de extremo ad extremū, articulos per me admissos repellendo: & tunc periculose ago. sed possum cōsultius reuocare solū admissionē non animo per hoc eos repellendi, sed potius plenius deliberandi. Et ita consueuimus facere: & postmodū non est de mora temporis periculū in dandis apostolis: & subest tēpus iudicii ad deliberandum: & ita seruamus.

¶ De renuntia. De appellationibus. Rub.

Conclusio LII.

SECVNDVM dominū Pe. de sarcenato ꝙ appellationi frustratorię inhærēs & per hoc oblatæ remissioni super admis. a sis articulis cōsentire recusans[a], illi remissioni per hoc renuntiare non uidetur, licet super hoc fuerint consilia contraria. Consilia. Circa quod puto sic dicendum. aut nos solum pōderamus animum & uoluntatē ipsius uolentis recipere remissionem: & tūc optime ꝓcedit cōclusio domini Viuarien. Ratio: quia talis appellans putat suam appellationē legitimā, & illā à quo appellauit ꝑ huiusmodi appellationem suā iurisdictionē uel saltem eius exercitiū pdidisse, séq; non teneri corā eo comparere: ut c. eū qui. de dolo. lib. vj. aut ergo bene credit & quæstio est indubitata, & tūc errat. modo errans nō uidetur tacite cōsentire. l. si p errorē. ff. de iurisd. om. iud. & hoc siue in iure siue in facto errat. ut no. Inn. de offi. deleg. prudentiā. Præterea ponderanda est causa quare recusat, quæ est illa quam dixi, nō quia renūtiare intēdat, quod in dubio præsumendū nō est. C. de procu. l. inuitos. cum ibi no. per Cy. & gl. aut considerāmus iuris dispositionē: & tunc si est cōclusum pro ista instātia, pdit suā appellationē, si friuole appellauit: dūmodo cōclusum fuerit ante inhibitionem de appel. cū friuolis appellationibus. lib. vj. quia cōclusio excludit à production testiū, ut de se patet. Idē si terminus peremptorius fuit sibi præfixus infra quem uteretur remissione. de in inte. resti. c. corā. & de except. c. pastoralis. alias secus: quia nō reperitur ius priuans hoc casu: & maxime quia q hodie non uult, pōt eras uelle, & posse potest: ut c. licet. de ꝓcurato. lib. vj. & c. si tibi absenti. in fin.

in fin. de præben. eo. lib. Aegi.

a ¶Cõsentire recusans. *Recusatio quid sit, à quo, corã quo, pro quib°, qualiter & quãdo fieri debeat: quis sit eius effectus: & multa notãda et dubitabilia, uide per Spec. tit. de recusa. in vj. per totum titulum.*

¶De re iudicata. Rubr.

Conclusio LIII.

SI APPELLATIO à uero grauamine añ sententiã fuerit interiecta, & pòst fuerit lata sententia, & demũ postea cõfirmata, & post hoc p cõmissionẽ, per quã mãdabat corã tertio auditore ꝓcedi in principali omisso articulo appellationis cõclusum in cã: nõ põt tert° iudex prima sentẽtiã cõfirmare, nec ualuit sua secũda cõfirmatoria prime: sed in hoc fuerũt diuisa cõsilia. Cõsilia. Puto cõclusionẽ esse ueriss̃imã. Rõ est, qa ista sũt duo: uidelicet ꝙ cõmittebat articulus appellationis: & ꝙ sua nulla ualideꝫ uel cõfirmeꝫ: quorũ utrũq; est cõtra ius. Igit uno solo cõcesso aliud nõ uidetꝫ cõcessum, imo poti° negatũ. ff. de iudi. l. cũ prætor. extrà de fi. presby. c. ij. de aut. & usu pal. ex tuarũ. de priuile. c. pastoralis. ff. de ser. ur. præ. l. domũ. bñ facit de ꝑben. non põt. in fi. li. vj. Secũdo qa cõmissio gratiosa cõtra ius & in alterius præiudiciũ impetrata stricte debet interꝑtari, & nõ laxari, ut regula, q̃ cõtra ius. li. vj. & c. ij. de deci. li. vj. & l. si qñ. C. de inof. testa. & l. ex facto. ff. de uul. & pupil. substi. sed constat, ꝙ dicta cõmissio est contra ius & in ꝓiudiciũ aduersarii, ut de se patet. & tñ potest & debet unã bonã & certam impetrationẽ recipere, licet magis stricta: uidelicet ꝙ omittebat articul° appellatiõis ex toto: hoc est, ꝙ super illo arti. nõ ꝓcedat, nec ꝓnũtiet, licet effect° inde resultãs nihilomin° non omittat. & rectè. simile q̃ñ i terminis extrà de sen. ex. licet. li. vj. facit C. de iudi. l. quoties. & C. de or. cog. l. aditæ. Al. ã uerò interpretationẽ latiorẽ sibi dare posset: & p hoc etiã omitteret effectus iã in esse ob ipsam appellationem emissus rectè contra rationẽ. c. licet. Igitur recipe primũ intellectũ. Aegidius Bellemeræ.

¶De sequestratione. Rubr.

Conclusio LIIII.

IN SENTENTIA lata super reuocatione spolii facta lite pen. ex priuilegio litis pendẽtiæ, nõ habet locũ clemẽ. ad cõpescẽdũ. pro quo facit optimè no. ibi in glo. in interlocutoria. Cõsilia. Idẽ Pau. & alii etiã ibi notãt. & ꝙ talis sit interlocutoria, patet clare per ea q̃ no. gl. in clemẽ. fi. de app. de sententia super perẽptoria lata &c. Sed cõtra, quia nos tenemus clemẽ. appellãti, nõ habere locũ in sentẽtia tali: pro eo ꝙ nos eã reputamus uim diffinitiuæ habere. Itẽ cõtra, si uis diffinitiuæ est illa de

qua

qua in cle. ad cõpescendũ: & ista habet uim diffinitiuæ secũdũ omnes: igitur &c. Ecce, ut clarius uideatur, cõclusionẽ ꝓbo: qa in cõstitutionib⁹ nouis & à iure cõmuni exorbitãtibus, fit adeo magna restrictio, ꝙ non arguit̃ ad casum aliũ, etiã ex idẽtitate rationis. ff. de ac. & obli. l. in honorariis. §. sed cũ rescisa. & regula, ius singulare. & regula, q̃ contra ius li. vj. melius de regula. c. cõstitutionẽ. & c. nõ solũ. eo. li. Sed constat ꝙ clemẽ. ad cõpescendũ. & huiusmodi, ut ibi notat glo. j. & alii oẽs post eã, loquitur in diffinitiua: & ista sentẽtia nõ est huiusmodi: ut ꝓbat gl. dictæ clemẽ. fi. Secũdo, quia nec est eadẽ ratio: quia cum maiori maturitate diffinitiuæ ꝓferũtur, & per hoc cõtraria sunt soluta: quia sequestrari est cõtra ius: & facilius qs accedit ad naturã suã iuris cõmunis, quã ab ea discedat̃. De secunda ꝓbat ratio ꝓxima: de prima ff. de pact. l. si unus. §. in specie.

¶ De iudicijs. Rubrica.

Conclusio. L V.

a CONCLVSIO a etiã facta cũ potestate reuocandi nõ debet reuocari ad petitionẽ partis, maximè quę eã fieri postulauit: nisi allegetur aliqua causa: & sit aliqua ꝓsumptio pro allegãte: ut quia testes, & instrumẽta habeat in prõptu, q̃ ꝓducere uult. Cõsilia. Opponit̃ de cõclusione lvij. in eod. Solutio: aut quęrimus an possit fieri: & sic loquitur cõclusio lvij. aut quęris an debeat fieri, & sic loquit̃ illa cõclusio. per l. nũquid. de iudi. licet enim in lvij. cõclusione cauetur ꝙ uideat̃ esse de arbitriis, ut ibi dicit̃: tñ iudex ad illud arbitriũ nõ debet ꝓgredi, nisi iuste mot⁹, quia per reuocationẽ alterius lis plurimũ quãdoque ꝓrogatur: & negotiũ plerũq; huius occasiõe multipliciter intricat̃: q̃ debet iudex totis uiribus euitare. Si uerò nõ sit cõclusum cũ potestate reuocandi: tũc aut est causa, in qua ꝓceditur summariè, &c. tũc habet locũ ꝓ priè cõclusio: quia in illis cõclusio nõ est de necessitate. ut clemẽ. sæpe cõtigit. tñ si facta fuerit, nõ debet reuocari sine causa: causa uidet̃ bona, si ꝓbationes sint in prõptu. Simile not. glo. in clemẽ. sępe cõtigit. de uerb. sign. de ꝓba. recipiẽdis post terminũ ad probandũ. Si uerò est causa, in qua nõ ꝓceditur summariè, nec est retẽta potestas reuocandi: tũc dico, ꝙ nullo modo debet reuocari: quia in ꝛstis causis cõclusio uidetur necessaria, ꝓut notat Accur. C. quomodo & qñ. l. probatã. & sic ꝙ p cõclusionẽ quæritur ius partis cuiusdã tacitæ renũtiationis de fiẽdis probationibus, ut ꝓbatur & no. ꝓ Inn. de cau. pos. c. pastoralis. de ꝓcur. auditis. de testi. significauerũt. & de fi. instr. cũ dilectus. qđ auferri nõ debet nec ꝓt. ut. c. ab eo. li. vj.

da

de elec. & l. indultū. de reg. iuris.

¶ Conclusio. *Qualiter dicatur concludsum in causa, uide tex. & ibi late per scribētes maximè per Fel. in c. cū dilectus. extrà de fide inst. Cui adde, q trib⁹ modis dicitur fieri cōclusio in causa: ut pulchre per Areti. in c. quoniā cōtra falsam. in 8. col. de prob. Et utrū post cōclusionē q fit in iudicio, possint instrumēta produci, uide extra de fide instru. cum dilectus.*

¶ De iudicijs. Rubrica.

Conclusio LVI.

FACILIVS reuocatur cōclusio ad petitionē partis, in cuius cōtumacia fuit facta, quàm alterius: imo tunc secūdū Pet. de Sarcenato sine causa reuocatur: qđ intelligitur, dummodo nō sit manifeste cōtumax. Est tamē hoc totū in arbitrio iudicis: maximè in causis, in quib⁹ ꝓceditur summariè. Cōsilia. Ratio diuersitatis in primo dicto: quia cōcludēs tacite, renuntiat probationibus ulterius fiēdis: ut proximè dixi. Secus uerò de alio potissimè infrà tēpus appellandi. Præterea quia cōcludens semel cōclusionē approbauit: ideo nō potest eā faciliter impugnare: secus uerò contra quē absentē concludit. Quo ad secūdū dictū de manifesto cōtumace: ratio est: quia iste nō appellat, nec reclamat. ff. de iudi. l. & post edictū. in fi. C. q sen. sine app. rescin. l. j. Pœna enim manifestę cōtumacię est ꝙ talis manifestē cōtumax dāno litis efficiat: ut. ff. de re iud. l. cō tumaciā. j. respōso. Quo ad tertiū, dico maximè hic recipi restrictiuè: nisi referas extra causas summarie ad casum in quo esset cōclusum cū potestate reuocādi, per ea q dixi in cōclusione ſ. ꝓxima. Si qs aūt uellet attentare, & dicere, ꝙ iudex q cōclusit in causa summaria uel nō summaria cū ptāte reuocādi, dūmodo in reseruationē huius potestatis pars nō cōsenserit sine aliqua causa ꝓbabili reuocare non posset: forte non esset hæreticū in iure: sed ista est materia quæstionis seq.

¶ De iudicijs. Rubrica.

Conclusio LVII.

SECVNDVM dñm Pet. de Sarcenato, ꝙ cū iudex cōclusit cū ptāte reuocādi, & idē in ꝓcuratore habēte à dño potestatē reuocādi & reuocante, pōt etiā reuocare sine causa: & idē in ꝓcuratore eodē modo à dño constituto: etiā si procurator uel substitutus per litis cōtestationē fuisset factus dñs litis. Cōsilia. Verè puto, ꝙ dñs q cōclusit cū ptāte reuocādi: reuocādo altera parte inuita grauat, si reuocat sine causa aliqua ꝓbabili: ita ꝙ pōt ab eo appellari de iure: licet non recipiamus tales appellationes: quia licet fateor ꝙ in causa huiusmodi nō est necessaria cōclusio de iure: tamē parte inuita secūdum stilū palatij nō debet omitti terminus ad cōcludēdū. Itē quia reuoca

uocata conclusione iterũ terminus est assignãdus ad concludẽdum,& conclusio fiẽda. Itẽ post conclusionẽ nõ recipiunt testes, nec admittũtur articuli ad probandũ,sed solũ ꝓceditur ad sententiã ꝓferendũ:sed post conclusionẽ reuocatã secus: & ita longe differtur finis litis,& intricãtur negotia in magnũ præiudiciũ partis:ergo licitũ appellare. Itẽ quia licet conclusio non fieri debeat de necessitate:tamẽ si facta fuerit, suum effectũ operari debet:sicut dicimus ꝙ prouisor non tenetur excipientẽ audire uel uocare,& iudicialiter prouidere:tamẽ si hoc fecerit, sententia uim rei iudicatę habebit. No. Inn. de appel. cõstitutus. Aegid.

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio LVIII.

a INTIMATIO[a] appellationis interpositæ per ꝓcuratorẽ, non ualet, nisi fiat fides appellato mãdato ipsius ꝓcuratoris:qđ uidet notare gl. ĩ clem. causam. de elect. in gl. approbat. in fi. & Pau. ibid. super uerſ. legitimẽ. Consilia. Ratio mea fuit, qa intimare non est in hac parte, nisi edere, hoc est ad notitiã ducere:editio autẽ in totũ fienda est. ff. de eden. l. j. §. edere. & §. editiones. modo pars appellationis per ꝓcuratorẽ interpositæ est mandatũ ipsius procuratoris:quia absq; illo ualere non potest: ut de se patet:igitur &c. Et ista ratio fecit multos dños ĩ cõtrariũ opinãtes dubitare. Sed circa hoc nihilomin[9] sic distingue: quia aut intimat principalis, cuius nomine dicit appellatũ: aut alius quã principalis. Si intimet principalis,aut intimat infra tẽpus, in quo sibi licet appellare de iure: & tunc ipso facto dicam appellationẽ ratam haberi: ut. ff. rem ra. ha. l. iij. §. falsas. iuncta l. bonorũ. co. tit. imo id est in odiũ ratificantis: aut post tẽpus, & tũc secus. arg. d. l. bonorũ. Secundo casu principali distingue: quia aut tenor procuratorii est insertus in instrumẽto appellationis: & per eundẽ notariũ qui procurationis & appellationis instrumenta recepit: & tunc crẽdo qđ satis illud sufficiat, sicut dicimus in instrumẽtis extractis uigore compulsorię per notariũ, qui eadem instrumẽta receperat prius in notam, & ingrossauerat & signauerat. Ratio est: quia à fide notarii depẽdet fides pellis mortuæ semper: sed si nullo modo fidẽ facit, habet locũ conclusio per rationem quam dixi. Si uerò fiat fides solum per modũ transsumpti alterius notarii &c. & certe si petat appellatus originale instrumẽtum procuratorii sibi ostendi, & non ostendatur: & tunc puto conclusioni locum fore, per aut. si quis in aliquo do cumẽto. Sed si tacet pars, & non petit originale sibi ostẽdi: forte

uide

uidetur transſumpto acquieſcere. Sed hoc dubium eſt. cogitabis. an uerò procurator ualeat intimare: dic, ut infrà. Aegidius.

a ¶Intimatio. *Vide quando arctet, in c. cum contingat. v. col. uerſic. vj. quid de reſcrip. & intimare, id eſt, notificare, qualiter fit, uide in cle. de elect. c. cauſam. cum ibi not.*

¶De appellationibus. Rubr.

Concluſio LIX.

INTIMATIO appellationis facta per procuratorē ualet, licet non fiat fides appellato de mandato procuratoris intimantis, dummodo appellatio ipſa fuerit per principalem interpoſita: uel ſi fuerit interpoſita per procuratorē de cuius procuratorio illius qui eam interpoſuit cum ipſa intimatione appellatio fiat fides. Conſilia. Glo. uidetur uelle, quòd imo talis appellans debet hīe ſpeciale mandatum: ſed puto ℣ intelligat de intimante & appellāte, ut in concluſione, ſupra proximè præcedente. De intimāte ſolum puto iſtam concluſionē fore ueram. Ratio quia poſtquam fuit infra tempus, & aliàs legitime appellatum: ſufficit quòd appellationis notitia infra menſem qualitercunque deueniat in notitiā appellati: ut probatur in dicta clemen. cauſam quæ. de elect. in fi. ergo non refert per quem intimatio fiat. arg. ff. de peti. hære. l. a item ueniunt. §. à quo. ff. de act. empt. l. j. in fin. ergo non refert: quia licet requiratur mens literæ quòd appellatio in eius interpoſitione quo ad materiam, formam, & tempus, ſit legitima: item quòd fiat in præſentia appellati uel ſui ſpecialis procuratoris, aut quòd ipſi appellato aut eius procuratori ſpeciali infra menſem fuerit legitime intimata: ut clemen. cauſam. alleg. non tamen exprimit text. per quem huiuſmodi intimationem fieri oportebat: ergo cum intimatio non ſit aliud, niſi ad notitiam eius cui fienda eſt deductio, non refert per quē fiat, dūmodo fiat: poſtquā text. non requirit, nec determinat per quē fiat. Cum enim clemen. cauſam quæ. ponat ius nouum, & quodammodo pœnale: non eſt extendenda, ſeu uerba à ſuo proprio ſignificato diſtrahenda, cū non eſt abſque dubio: quia niſi de uoluntate appellantis conſtet fieri intimationem, neſcire poteſt appellatus an appellans proſequi uelit: ſed dico quòd præſumere debet uoluntatem primam durare, argu. C. de uſufruct. l. ambiguitatem. & extra de bap. cap. maiores.

¶De officio legati. Rubri.

¶De officio uicarij. Rubri.

Concluſio LX.

PROCESSVS factus per officialē archiepiſcopi tanquā legati, qui ualere nō poteſt iure

iure ordinario, sed bene iure legationis, nõ ualet: nisi ꝓbaretur officialẽ esse de illis de quib⁹ in c. statutũ. de rescrip. in vj. in prin. & habere quo ad hoc iurisdictionẽ legati sibi specialiter delegatã. Cõsilia. Patet primũ de rescri. statutũ. li. vj. §. j. Patet secũdũ, qa licet faciẽs actũ uideatur facere ex utraq; ptãte, si duas habet, & hoc expediat, ut de præscriptionibus. cũ ex officii. tamẽ cõmittens uni alteri potestatẽ, nõ propter hoc aliã cõmittit: qa primũ est extẽsiuum, ut actus ualeat. ff. de testa. mili. l. iij. secundũ uerò est restrictiuũ: ut de offi. uic. c. ij. & iij. lib. vj. imo debet habere locũ argumentũ de tanquã: per ea quæ dixi in una cõclusione. hoc uerũ si per se uel aliũ quã suũ officialẽ talẽ generalẽ iurisdictionẽ huiusmodi legitimã, sicut aliã exercere cõsueuit: cũ utraq; rõne eiusdẽ suæ ecclesię competat ei. Nã in talibus cõsuetudo multũ exuberat, tã respectu cõmittẽtis, ut l. uel uniuersorũ. ff. de pig. ac. & l. si seruus pluriũ. in fi. ff. de leg. j. quàm respectu auditorii. & C. de mãci. lib. l. j. in fi. quã respectu erroris publici: ut ff. de offi. prẽto. l. Barbarius. Sed qd in dubio præsumemus? Primo dico qꝺ circa talia quæ publicè fiunt saltem in partibus in quibus fiunt, dubiũ esse non potest. Sed dico secundo si dubiũ esse posset, uerba commissionis essent ponderanda. ar. de priuileg. c. porro. & ubi ex uerbis nihil certi colligi posset: Dico tertio, qꝺ putarẽ in dubio iurisdictionẽ legitimã totam præter exẽpta esse commissam. Primò quia regula est pro cõmissione officialis, quòd præter exempta iurisdictio cõmittentis & ecclesiæ suæ transit. de offic. uica. ca. ij. probat bene ca. solitæ, in fine de ma. & obe. Secundo uidetur esse casus in ratione. de offic. uica. c. j. lib. vj. ubi apparet quòd officialis Remẽ. nedum habet iurisdictionem ciuitatis & diœce. Remẽ. imo etiã suffraganeorum & prouinciæ: nec ibi apparet de speciali mandato: & tamen alio & alio iure ille iurisdictiones competunt archiepiscopo, licet ratione eiusdem ecclesiæ.

¶Per officialem. *Officialis licet deriuetur ab officio, officis, quod idẽ est quòd noceo, nocet. de elect. nihil est. in prin. tamen per cõtrariũ, quia non nocet, imo prodest iustitiã exercendo: ut c. nõ est crudelis. xxiij. q. v. potius deberet dici deriuari ab officio, quod est nomen. Ioã. Bap. castel. Et nota quòd officialis dicitur iudex uel apparitor. extrà de senten. ex commu. cap. si uerò.*

¶De testibus. Rubri.

Conclusio LXI.

NON VALENT attestationes testiũ, si dixit in genere notarius in actis dies, ĩ quibus producti & iurati fuerunt: uide

uidelicet sic dicēdo: hac die sex testes fuerunt recepti & iurauerunt: si non exprimuntur nomina, etiam si post in examine dicatur talis testis receptus & iuratus deponit sic. &c. Cōsilia. Ratio primi est: quia actus omnes iudiciales debent habere talem a descriptionē temporum & locorum specificam: ut clare nota. & legitur per gloss. de proba. c. quoniam. Ratio quæstionis est, quia tales actus iurisdictionales debēt fieri per notariū uel duos probos uiros, ut in dicto c. quoniam contra. in fine. & ita redigūtur ad instar publicorum instrumētorū, saluo quòd testes in eis speciales nō requirūtur pro eo quod publice fiūt: & ideo sicut tunc in publicis instrumētis dictis locorum & temporū descriptiones requirūtur: ita & in actis iudicialibus maxime: quia eadē ratio urget utrobique: uidelicet ut detur parti defensio sua legitima contra falsitatem, si fieret per l. optimam. C. de contrahen. & commit. stip. Item alia ratione: quia alias incertitudo utiaret totum. ar. ff. de re. du. l. in ambiguo. & l. si fuerit. & C. de a sent. quæ sine cer. quan. l. iij. Ratio secūdi dicti est: quia licet notario dispositiue & de præsenti loquēti in forma iuris fides adhibeatur: tamen si loquitur narratiue de facto præterito forte nō agitato coram se, sibi nō creditur. notat Innoc. in dicto c. quoniam contra. & est istud de iure clarum. Aegidius Bellemeræ.

¶ De uerborum sign. Rub.

Conclusio LXII.

APPELLATIONE cultorū & incultorū uenit nouale, [a] ut de dec. ex parte tertia. Cōsilia. Puto esse casum de hoc de uerb. sign. c. quid per nouale. ubi est casus, quòd appellatione noualiū, uidelicet in casu cōuersionis culta nō ueniēt. Ratio conclusionis: quia uerbū, incultum, dicitur ab in, quod est nō, & cultū, quasi nō cultū: modo dictio, cultū, est unū participiū præteriti temporis: ergo negatio ipsum præcedit, quæ de natura sua habet destruere, quicquid post eam sequitur, & facere æquipollere suo cōtradictorio. facit, quòd nō cultū seu incultum dicatur quasi nunquam cultum: ergo pro nouali est accipiendum. ar. ff. de re. du. l. qui ducenta. §. utrū. saluis restitutionibus, de quibus habetur in dicto cap. quicquid per nouale. & de deci. cap. ij. lib. vj. & eo. ti. in antiquis suggestum.

¶ Venit nouale. *Qualiter probatur aliquid esse nouale, uide Specu. ij. parte. titu. de proba. §. ulti.*

¶ De consuetudine optan. Rub.

Conclusio LXIII.

FVIT obtēta per maiorem partem dominorum, uidelicet

licet, quòd cõsuetudo optionis in ecclesia ubi sunt præbendæ distinctæ præscribitur decẽ annis, [a] per glos. ordinariam. Ioan. And. in c. fi. de consue. lib. vj. Sed ego contrà, quia talis est contra ius commune, tum quia aperit uiam ad uacaturã: tum quia concedit recipere beneficium propria authoritate sine titulo. Et quòd sit contra ius cõmune, tenet Archid. in c. fi. allega. in glo. habente. in fine. Nec obstat, si dicas quòd hic non mutatur titulus canonicalis, sed solum præbenda manente eodẽ titulo canonicali. dico enim hæc non ualere: tum quia in præbendis distinctis mutata præbenda mutatur canonicatus, propter inseparabilem connexitatem, per not. Guil. de monte Laudu. ut c. fi iuxta. de præben. in clem. Faciunt nota. Compo. & Ioan. Andr. de. constitu. cum M. & ar. de præb. si clericus. lib. vj. tum quia titulus præbendalis de per se est beneficiũ ecclesiasticum, imò in casu nostro talis naturæ sicut Archidiaconatus uel abbatia: ut not. Ioan. Andr. de proba. ex literis. quia loquor in præbenda distincta habente certum corpus perpetuorum reddituum, secũdum ea quæ distinxi super cõclusione prima. facit optime notabilis distinctio de hac materia quam ponit Inno. de præben. c. maioribus. & de hoc uidetur tex. in c. in nostra. de rescript. tum quia si intelligeretur de mutatiõe perpetuorũ reddituum ipsius præbendæ, adhuc esset istud magis contra ius, uidelicet q; uni præbendæ auferrẽtur in totum iura sua, & darẽtur alteri: & qualitercunq; sit, negari nõ possit, quin saltem talis consuetudo hoc casu præiudicaret secundũ hoc huiusmodi pinguiori canonicatui seu præbẽdæ: & ita quòd in eius præscriptione essent necessarii xl. anni. ar. de elect. Cumana. de cau. poss. cum ecclesia. cum si. ij. quòd requiruntur xl. anni, hoc principaliter probatur sic. dicta cõsuetudo tẽdit de directo, quo ad præbendam pinguiorem ad præiudiciũ episcopi collatoris, sicut proxime alleg. Et breuiter inter hanc opinionẽ tenui finaliter post longa cõsilia & disputationes discussas. do. Pet. de sarcen. dicebat tamẽ. c. fin. allegatũ. de consue. intelligi de cõsuetudine uirtute optionis artãte episcopũ ad conferendũ, aliter consuetudinẽ nõ ualere. Dicebat autem Gal. eam intelligi & fundari in tacito cõsensu episcopi, nõ contradicẽtis. Præterea dicit do. Pe. de sarce. impugnãdo G. quia aut loquitur de iure ciuili, & tũc male, quia doct. iuris ciuilis non ponunt nisi decennalem: aut de canonico, & hoc nõ: quia nõ reperitur tex. qui ponat nisi quadragenariã: quare secundũ l. dicebat

cebat tẽpus præſcriptionis concluſionis arbitrium, contra doc. & gl. quia non eſt lex quæ contrariũ dicat. quia longũ & diuturnũ aliter & aliter accipitur: ſecundũ diuerſitatẽ materiæ: & in materia nõ determinata à iure, reputatur ad arbitrium: & finaliter ad hanc partẽ quaſi oẽs declinauerunt, ut dixi ſuprà, concluſione. j. Ibi poſui unam clarã diſtinctionẽ bimembrẽ, quæ declaratur clare per Compo. in c. fi. de conſue. ubi dicit, quòd una erat conſuetudo in Mediolañ. optãdi domos, de qua fuit pronuntiatũ quòd præſcribi potuit xxv. annis. Et finaliter diſtinguit ibi Compo. in prima gl. aut dicta conſuetudo optãdi eſt talis, per quam nõ quæritur aliquod ius ſpirituale, ut conſuetudo optandi domũ: & tunc in illa ſufficiant x. anni. aut eſt talis, per quam debẽt trãſmutare aliquod ſpirituale ius, & tunc requirũtur xl. anni. Modo primo mẽbro huius diſtinctionis de directo conuenit primum membrum diſtinctionis meæ poſitæ ſuprà circa concluſionẽ primã. Et ſecundo membro huius diſtinctionis recte etiã cõuenit membrũ ſecundũ dictæ meæ diſtinctionis: quia in primo caſu non mutatur ius ſpirituale, uidelicet titulus præbẽdalis & canonicalis, propter inſeparationem quam dixi: & à primo mẽbro huius diſtinctionis Compo. ſumpſit originẽ dicta glo. Ioan. Andr. Id autem uidetur allegare Archi. in dicto c. cum in tua. hanc conſuetudinem eſſe contra ius, uidelicet in glo. ſua quæ incipit, habeoti. intellige membrum ſecundum ſecundum dictum diſtinctionis meæ: & id quod dicit idem Archidia. in gl. quæ incipit, quomodo &c. in fi. intellige ſecundum membrum dictæ diſtinctionis, & diſſolue contrarium. de e. cum de beneficio. ſecundum quod facit Archidia. per diſtinctionem ſuprà proximam. Vel dic ſecũdum dominum meũ ſancti Euſtachii, quòd per hoc quod dimittit dictum contrarium inſolutum, uidetur ſtare cum contrario. Mihi autem non placet ſolutio Ioan. And. ad illud c. quia plus reſiſtit diſpoſitioni iuris communis, q̃ quis propria autoritate dimittat ſuum beneficium, & eadem autoritate aliud aſſequatur, ſeu aliud uacaturũ expectet in præiudicium etiam eccleſiæ alterius collationis: quàm reſiſtit iuris cõmunis diſpoſitioni: quia nouo ſtatus beneficio attribuatur. Nec obſt. unum facile motiuum contra ſecundum membrum diſtinctionis meæ, dicentium non fieri mutationem, quãdo in eodẽ corpore uel collegio fit pro eo, quòd totum nomine eccleſiæ poſsidetur. Nam titulus beneficii, de cuius mutatione hoc

agitur, non possidetur nomine ecclesiæ, sed nomine beneficiati: notat Innoc. de cau. poss. cum super. de restit. spolia. in literis, & c. ex parte. Non ob. quòd consuetudo ista est rationabilis ex lectis. & not. de maior. & obed. statuimus. quia ultra præscriptio requiritur, uidelicet xl. per prædicta.

a ¶ Præscribitur x. annis. *Quotuplex sit quarta præscriptio, uid. Bar. in l. j. & in l. naturaliter. ff. de usuc. Et an una ecclesia possit iura alterius tollere per præscriptionem, uide xvj. q. iij. per totum. Et extrà de præscriptio. c. j lib. vj.*

¶ De testibus. Rub.

Conclusio LXIIII.

DEPOSITIO nuda, scilicet sine redditione causæ in teste, ualet, nisi sit articulus iuris: & quòd testis probans consuetudinem, debet probare actus, actuum finem, & temporis diuturnitatem: & quòd debent esse plures cõcordes eorundem actuum: & q̃ debent deponere de diuturnitate temporis incipiente ab aliquo actuum habilium ad consuetudinẽ inducendam[a]. Consilia. Ratio primi & secundi dicti est, quia articulus iuris non cadit de directo in mentẽ testis: alius sic: & procedit ex not. Inno. de testi. c. cum causam. Intellige tamen primum dictum in casu in quo testis de causa nõ fuit interrogatus. per not. glo. & Cyn. C. de testi. l. solam. Ratio uero tertii, quarti, & quinti dictorum est: quia ista sunt de principiis essentialibus cõsuetudinem constituentibus: institut. de rer. diuis. §. ex non scripto. C. quæ sit long. consuetu. l. secunda. & extrà, eodem. cap. fin. fa. nota. Ioan. And. de testibus. cap. fraternitatis. in cõmento. in quarta quæst. qui enim habet ponere totum, habet ponere quãlibet eius partem. ff. de origi. iuris. l. prima, & secunda. & C. ad Sille. l. prima. in fine. cum secundum philosophũ totũ nihil sit aliud, quàm omnes suæ partes simul sumptæ. primo Physicorum. Ratio sexti dicti est, quòd testis singularis nihil probat. ut extrà de test. cap. licet uniuersis. & de electio. c. bonæ. & C. de testib. l. iurisdictio. Ratio septimi dicti uidetur, quia aliter ratio non uidetur tempus certum concurrisse, nisi probetur principium sui cursus: modo non uidetur posse inchoari, nisi ab aliquo actu habili ad hoc: & hoc uerũ in præscriptione consuetudinis decem, uel xx. annorum: aut forsitã xl. secus in præscriptione consuetudinis temporis de quo non est memoria: allegare principium tale esset allegare contrariam memoriã, contra id quod probandum foret. Ideo sufficit probare de certis actibus restantibus, & quòd non sit de contrario memoria, imò

imò quòd est fama, ita factum & obseruatum fuisse semper. Ita not. Ioan. Andr. in suis additio. super Spec. titul. de testi. Aegid.

a ¶ Consuetudinē inducen. *Nota, quòd consuetudo est usus rationabilis cōpetenti tempore firmatus, nullo actu contrario interruptus, frequenti seu contrario iudicio uel tēpore cuius nō est memoria, usuque cōmuni utentium comprobatus. Et dicitur cōsuedo multis modis, ut ff. de legibus. l. diuturna. Nota etiam quòd consuetudinem aliquādo inducit binus actus. xxv. q. ulti. ita nos.*

¶ De consuetu. proban-
da. Rub.

Conclusio LXV.

ARTICVLVS formatus super consuetudine, debet cōcernere actus & eorū frequentiam: & quòd actus illi fuerunt facti scientibus & consentientibus omnibus tacite uel expresse, uel saltem maiori parte illorum qui possunt consuetudinē inducere. Tenuit tamen do. Pet. de sarce. q̄ ubi de iuribus consuetudinis principaliter contenditur, habēt locum prædicta: sed ubi nō principaliter, sed incidenter, secus. per c. ueniens. de uerb. signi. per Inno. de notorio. Consilia. Per prædictum præcedens restringe uerba domini Viuarien. ea quæ scripsi suprà, conclusione proxima præcedente: & quæ in dicta conclusione leguntur & notantur. Item intellige etiam conclusionē omnino locū habere, ubi consuetudo induceretur in modum obiectus: quia tunc clarissimæ probationes requiruntur, per not. Inn. de accusa. super his. & in Spec. titu. de fama. §. j. uer. quid si agenti. Idem putarē ubi agentis uel excipientis intentio super tali consuetudine fundata haberet ius cōmune resistens: tunc enim ad intentionis de iure cōmuni fundatę enumerationem requireretur arctior & clarior probatio. ar. de rest. spo. c. de deci. libr. vj. Idē dico si ad pœnæ maioris inflictionē consuetudo huiusmodi allegetur: ar. de præben. c. fi. & ff. de accusa. l. libellorum. alioquin posit satis teneri restrictio do. Pet. Vellem tamen de dicta cōclusione modis prædictis restricta habere pulchrū tex. uel glo. aut doct. notabilem: quia ueriſimum idē putarē. Supra præcedentia semel in uno consilio corā uno domino Cardinali allegaui: & fuit nouum quodāmodo reputatum: & allegabatur Inn. per unū notabilem uirū in loco in quo ipse hoc nō ponit: & tamē si cōclusio est uera, saltē in quatuor casibus suprà tactis, notabilissima est: & de facto nobis hoc cōtinue occurrit.

¶ De præbendis. Rub.

Conclusio LXVI.

DECRETVM reseruationis nō impedit possessionis traditionem, sed be

ne effectum eius: sed nō tantum quin ualent gesta per possessorem nomine ecclesiæ: quia illa procedunt nō à possessione, sed à iure cōmuni dante illi qui pro tali habetur hanc potestatē administrandi. viij. quæst. iiij. nonne. & ff. de offic. præto. l. Barbarius. Ita quòd collationes beneficiorum[a] nomine ecclesiæ reseruatæ per ordinariū possessorem bonæfidei bene ualent, saluis ecclesiis cathedralibus, monasteriis, abbatiis, in quibus contrarium est statutum per dominum Vrbanum quintū in quadā regula data in cancellaria. Consilia. hęc cōclusio cō ualde notabilis: & quod hic dicitur de possessionis traditione, intelligo ꝙ ius illud impedire non potest. ff. de cap. l. in libello. §. factę. sed bene impedit eius effectum. & hinc est ꝙ petenti restitutionē beneficii etiam suspenso petitorio obstat & opponitur reseruatio beneficii, ut tenet palatiū: quia effectus iuris est producere interdictū & uerba, & quicquid fuerit in contrariū attentatum magis concernunt factū iure aliquo administratū, quàm ipsum ius per se: & sunt generalissima, ut de se patet. Dico secundo ꝙ si iure speciali cōpeteret aliquid canonico præbēdato ratione canonicatus, ut puta eligere, ꝙ eius electio ex publico errore nō iuuaretur. sed potius per reseruationē uitiaretur. Et hinc est, ꝙ licet si occulte excōicatus uel suspensus in publico officio cōstitutus aliquid faciat ratione sui publici officii, illud bene ualet: suspensione uel excōmunicatione non obstan. de re iud. c. ad probandum. & dicta l. Barbarius. Secus de his quæ non fierent iure publici officii, ut sunt uota quæ in electione præstantur, prout istud ad literam notat Innoc. de consuetu. cum dilectus. in gl. suspensus enim. in fi. Et simile notat Innocen. de rescrip. c. super literis. super uer. forsan. post prin. illius gl. Intelligo autem cōclusionem de possessione facti, qui dū gerebat tales actus, ignorabat reseruationē: quia si sciret, esset malæ fidei, & non faceret fructus suos. not. in simili Inno. de iure pa. c. cura. Ratio conclusionis est ista: quia reseruatio non concernit, nisi approbationem collationis factam soli papæ, & inhibitionem conferendi factam ordinario collatori: & decretum solum præmissa concernit. probat clemen. viij. j. responso. de concess. præben. igitur decretū non irritat nisi collationē ordinarii contra reseruationem, & inhibitionem antedictas per inferiorem attentatas: modo constat quòd gesta per non canonice institutum ex publico errore iuuantur: igitur & hoc casu, cum reseruatio, inhibitio, & decretum ea non

non directe concernunt. Non enim ratione possessionis uel tituli hæc tolerantur: sed ratione publici erroris & publicæ utilitatis, ut probat l. Barbarius. allegata. Aegidius.

a ¶Collationes beneficiorũ. *Collationes beneficiorum ad quem spectent: Dic ut notatur extrà de præben. c. si tibi absenti. j. resp̃so. & nota quòd collatio dicitur in aliũ iuris translatio, ut extrà de app. c. à collatione. de instit. cum ad nostram. & de concess. præbend. c. post electionẽ. uer. quòd si archiepiscopus. & totum hoc notatur per Archi. cap. cum in illis. lib. vj.*

¶De uerborum significationibus. Rub.

Conclusio LXVII.

LEX, licet. ff. de uerbo. signi. de differentia inter acta & gesta secundum sanctum Thomam, intelligitur quòd acta ad extra, gesta ad intra. Vnde secundum philosophum: Ars est habitus rerum factibilium, Prudẽtia rerum agibilium, secundum dominũ Viuarien. Consilia. Aliam differentiã ponit gl. in d. l. licet. sed nõ insisto: quia ista disputatio non est multũ utilis: nec fuit posita hic ista cõclusio, nisi propter dictũ domini Viuarien. Sed etiã & gesta ad extra se extendant, probat l. quæcunque gerimus. ff. de act. & obli. De actis habes ff. de re iud. l. acta. sed ibi stricte sumitur pro gestis iudicialibus, de quibus satis probatur. c. quoniam contra. de proba. & ibi per Inno. Et licet tex. illius c. dicat satis bene, quòd acta debent redigi in scriptis per notarium uel duos probos uiros: tamen credo, & possint fieri sine scriptis, & probari per testes, præterquam in diffinitiua sententia, ut legitur à contrario, & etiam nota. de re iudicata. c. fi. lib. vj.

¶De uerborum significationibus. Rub.

Conclusio LXVIII.

HAEC est differentia inter constare & reperire: quia cõstare requirit ueritatem. Ideo partis uocationem. de censi. præsenti. in clemen. cum ibi not. in gloss. & ibi apparentiã quæ non requirit uocationem partis. de offic. delega. c. j. in clemen. cum ibi not. & in clem. cum ei quem. de concess. præben. cum ibi nota. per Paul. & cum not. per Innoc. & Hostien. de præsumptio. dudum. Consilia. Pro primo alleg. dominus noster Greg. xj. C. fam. herciscẽ. l. si tibi constiterit. ff. de uerbo. obliga. qui Romæ. Differentiam uerò prædictam inter constare & reperire ponit Innocen. in c. dudum. & glo. in dicta clemen. una.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio LXIX.

PALATIVM complect

tur hanc opinionem, quòd col-
a latio præbendarum[a] ecclesiæ ca
thedralis spectat ad episcopum
cum consensu sui capituli. Con
silia. Hanc conclusionem ad li
teram tenebat. Compo. Sed gl.
cõmuniter tenuerunt, quòd imò
inter capitulum & episcopũ hu
iusmodi collatio esset commu
nis. not. de electio. cum eccle sia
Vulte. in glo. secunda. de suppl.
neg. præla. cap. fi. in prima gloss.
de offic. ordin. irrefragabili. in
iiij. gloss. Ioan. xxj. di. §. j. & cap. j.
uer. pontifex. Vincen. Philip. &
Goffr. in cap. cum eccle sia. alleg.
Et reperio quòd Paul. dicit hanc
opinio. communiter approbari.
alleg. pro ea c. eccle sia. alleg. in
fin. & c. postulasti. & c. propo sui.
de conces s. præben. & ne se. ua.
cap. uno. lib. vj. Ratio, ut ars na
turam imitetur. C. de adoptio. l.
fœminæ. insti. eod. §. minorem.
Modo episcopus & capitulum
faciunt unum corpus. de his quę
fiũt à prælat. cap. nouit. igitur nõ
separẽtur membra à capite. hoc
in alia materia not. Hostien. de
don. ad apostolicæ. ut recitat no
uella de elect. ex eodem. libr. vj.
faciũt sex prima capitula. de his
quæ fi. à præla. de fi. instru. quod
in quibusdam. de maio. & obe.
quia nonnulli. §. uerum. Innoc.
dicit stando cõsuetudini, & Io.
And. nihil eligit: nec Archi. pri-
mos uide in cap. cum eccle sia.
alleg. Archi. in cap. à collatione.
de appellatio. libr. vj. Hostien. &
Compo. tenent quòd imò ad so
lum prælatum, licet addant de
cõsensu uel consilio, quod post-
ea dicam. Host. inducit quãdam
rationem æqualitatis seruandæ
quam in nouella impugnat, in c.
cum eccle sia. uide Archi. de ele-
ctio. cap. fi. super uerbo, confir-
mationes. ubi idem uidetur. lib.
vj. Hæc opinio placet mihi, & li
cet habemus tit. de his quæ fiũt
à prælat. non tamen quæ fiunt à
prælat. & cap. Secundo quia se-
cũdũ prædictos præsertim Ber.
Lau. Vincen. & Goffr. de institu.
ex frequentibus autoritas insti-
tuendi semper est penes epi-
scopum: licet capitulum & alii
quandoque eligant. notat etiam
hoc Archi. in cap. à collatione.
allega. & probatur in dicto cap.
ex frequentibus. & de offic. or-
di. cap. conquerente. Sed de in-
stitutione corporali non intel-
ligitur hoc: quia ista de iure per
tinet ad Archi. ut c. ad hæc. §. pe.
& ut nostrũ. de app. ergo intelli
gitur de institutione titulũ con-
ferente. Sed non reperitur præ-
bendas & canonicatus cathedra
les esse electiuos seu præsenta-
tiuos, ergo &c. Tertio quia ab
initio plena potestas omniũ hu-
iusmodi iuriũ episcopis in suis
diœcesibus fuit data: notat Inno
cen. de iure patro. cap. postula a-
sti. gloss. prima. uersic. fatemur.
& gloss. Ioan. Andrę. de electio.

quanq

quanquam. libro vj. & ibi probatur per rationem diuersitatis secundi & ultimi: unde si illius cap. modo licet reperiam per iura quæ supeueniũt episcopum arctatum ad requirendum consilium uel consensum, ut cap. nouit. & cap. quanto. & cap. ea noscitur. de his quæ fiunt à prælat. ne sede uacan. cap. ultimo. cap. uno. libro vj. tamen quia solus episcopus conferat, non reperio mutatum. ar. C. de testa. l. sancimus. de appell. præcipimus. in authen. detur. §. consideramus. & uide Dyn. uersicu. nam & regula, quæ à iure. libro sexto. prodicta regula fa. xxj. §. primo. & cap. in nouo. distinct. in fin. xvj. quæstione septima. nullus. in authen. de men. ordi. cle. §. primo. prima q. iij. quis episcopus. Dico secundo, quòd semper cõsilium capituli petere debet episcopus in huiusmodi collatione fieda, per ca. nouit. c. quanto. c. ea noscitur. & alia ad hoc superius alleg. Dico tertio consensum requiri, ubi nedum bona alia, imo etiam iurisdictio & iurisdictionis totalis exercitium inter capitulum & episcopum essent communia: & sic etiam intelligo conclusionem nostram, & sic etiam intelligo opi. Hosti. quæ habet, quòd ubi bona sunt inter capitulum & episcopum communia, etiã huiusmodi collationes debent esse communes. Ratio quia potestas conferendi est de lege iurisdictionis, & fructus eius est conferre. not. Innocen. de cauſ. poſ. cum ecclesia. de præben. de multa. de iure patro. consultationibus igitur &c. patet consequentia in cap. ad hoc. §. fina. de offic. Archidiaco. & c. ea noscitur. de his qui fi. à præla. & l. fin. C. de auth. præstan. Dic & quarto, quòd etsi alia bona eorũ essent communia, non tamẽ ideo iurisdictionis exercitium & istarum collationum esset commune: & patet quia suspensus à bonis ab his non ideo est sũspensus: probatur de electio. cum Vinconien. iuncto cap. cum in cunctis. §. clerici. eodem titulo. & quod nota. de electio. cupientis. §. cæterum. in gloss. non ergo. lib. sexto. Quamobrem opinio Hosti. quæ habet, quòd ubi bona cathedralis ecclesiæ inter episcopum & capitulum non sunt communia, ad solum episcopum cum consilio capituli sui absque necessitate consensus spectant collationes præbendarum, puto esse uerissimam &c. Ad istum casum suprà proxime dictum ostendi facere capit. primũ. cap. irrefragabili. & cap. conquerente. de offi. ordin. & cap. cum episcopus. eodem titulo. libro sexto. iuncto cap. primo. de excess. prælat. & c. nouit. alle. Nec mirũ, quia licet pecuniæ & omnia alia bona appel-

latione bonorum cõtineantur, ut l.fin.C.de constitut.pecu. & l. pecuniæ. ff. de uerborum significationibus. & l.rei appellatio. eodem titulo. cum in bonis iura non censeantur.ff.de usufru. leg.l.prima. ff. de uerborum significationibus. l. bonorum.fa. ratio tertia alterius conclusionis principalis. quia licet quo ad cõsilium reperiam à iure primatiue mutationem, non tamen id reperio quo ad consensum. Solutio allegatorum in contrarium facilis est : & eam posui in commento.cap.licet episcopus. de præben.libro vj.ubi hanc materiam multo melius & plenius discussi.

a ¶Collatio præbendarum. *Quid sit præbenda: Dic quòd præbenda est ius percipiendi prouentus in ecclesia. Et quia ista materia præbendarum habet lac & lanam, pellem & carnes.i.abundantiam temporaliũ: ideo uaria iura circa illam sunt prodita, & multæ quæstiones oriuntur quotidie: ex quibus quia præclici lucrantur in curia Romana: & alibi istam materiam studuerunt & studeni & multum est dilatata, plusquam materia de pœnitẽtia & similes: & papa & cardinales & religiosi etiam paupertatis & clerici seculares in hac materia studiosè peccant continue: ideo de hac recurratur ad Goff. Host. & Spe. hoc eodẽ titulo de præben. & dignita. & tit. de cõcess. præben. uel eccle. nõ uacã. & ad text. & gl. Ber. Inn. & Host. eod. tit. & plene notata per Comp. extrà de rescrip. c. capitulum sanctæ crucis. & ad text. & gl. dictorum tit lib. vj. & in cle.*

¶De probationibus. Rub.

Conclusio LXX.

ADMINICVLA ista, uidelicet cõmunis opinio, & fama scripturæ, columnæ antiquæ, liber antiquus, historialis liber, & depositio auditus cum speciali possessione probant factum antiquũ: & de materia ista & c.cum causam. de probat.per gl.& Inno. Consilia. Pro ista conclusione consilia quæ habuit d. Pet.de sarce.tunc contradictarũ auditor, postquam Viuarien. episcopus, & nũc Cardinalis in causa Arelaten. Iudæorum, in qua ipse tulit diffinitiuam pro Christianis contra Iudæos super ciuitate Valistampis, quam ego primo, & deinde Nico.de Cremona secundo confirmamus, sed & alia fortius urgentia. ideo non insisto. Aegi. Nec mirũ, quia licet unũ istorũ per se, nec omnia simul in facto recenti sufficiant, tamen in antiquo in quo illæ probationes haberi nõ possunt faciũt probationẽ sufficientem, sicut alibi legitur &c. ff.de probatio.l.si arbiter.cum ibi not. & per Inno.de uerb.sign.c.ueniẽs. & c.quid per nouale.dicit Hẽri. Bohic duas cõclusiones. Primo quòd super facto quod impossibile est nõ euenire[a], sola fama

a

releuat

releuat ab onere probandi, & transfert illud in aduersarium. Hanc opinionē ponit ipse in c. cū causam. quam cōclusionē ponit Specu. tit. de fama. circa medium, uersi. sed adhuc. & Archi. xxv. q. vj. si duo. licet fallat in castitate coniugū: no. per eundem Host. de spon. c. in præsentia. Secundā conclusionem ponit in c. in præsentia. quod in factis anti quis probat fama, per l. si arbit. alleg. de aqua pluuia. arcen. l. j. §. apud. in auth. ut lice. ma. & aui. & §. quod autē. coll. viij. Sed fortē per hanc conclusionē limitatur præcedēs secūdū ueritatem. De scriptura columnæ ac libris antiquis & historialibus dicit Host. in c. cū causam. alle. quòd si talia sub custodia publica sem per remāserunt, eis fides adhibetur. ar. de in inte. resti. cum ex literis. §. igitur nos prospeximus. de præscri. c. ad audientiam. de cleri. non resident. ex gestis. xvj. dist. habeo librū. xxx. q. j. peruenit. ff. de probatio. l. census. C. de fi. instru. auth. ad hæc. aliàs non præstāt secundū eum, nisi adminiculū, ut C. de prob. l. instrumēta. sed fateor in factis recētibus & nouis quæ aliter probari possunt. Sed in antiquis quæ aliter probari non ualent crederē talia cum fama & opinione communi probari: sicut in simili no. Ioan. And. de regu. iur. fine possessione. lib. vj. iij. q. iiij. ibi per eum disputata. & per no. domini H. despon. in præsentia alle. uide H. in dicto c. cum causam. distinctio. ij. Aegidius.

¶ Sola fama. *Quid sit fama: & unde procedat: per se uel cum aliis adminiculis: & inde quibus probet, & qualiter probetur, & de eius effectu, & plura alia de fama, uide per Specula. in titu. de notoriis criminibus. §. iij. per totum. & §. sequen. Et adde quòd fama facit plenam probationem, ubi agitur de modico præiudicio. ut cap. super eodem. de consan. & affi. & ibi Abbas in cap. ueniens. de testibus. alias autem sola fama sine aliis adminiculis non probat: ut glo. notat, ubi* Inno. *&* Abb. *in cap. cum causam. de probatio. Item fama plene probat in his in quibus lex expresse disponit. ut in casu. l. Barbarius. ff. de officio præto.*

¶ De offi. lega. & potesta. uica. seu officialis. Rub.

Conclusio LXXI.

ARCHIEPISCOPVS Cantuarien. sedis apostolicæ legatus, se archiepiscopū legatū nominādo, cōstituit officiale, dans ei potestatē causas appellationis & querelas audiēdi, uidetur dare potestatē quam habet ut legatus: saluis magis arduis, in quibus non delegat. fa. no. Inn. in c. fi. de offi. dele. Item ꝙ talis officialis in causis quæ iure legationis ad eū deducuntur nō subdelegat, nisi personis de quib. in c. statutū. li. vj. de resc.

Consil

Consilia. Vide super hoc quod dixi supra cõclusione lx. & circa eã Aegidius. Sed contra. ff. quod cuiusq; uni no. l. ij. ubi municipes seipsos duplici iure repræsentantes procuratorẽ constitue re non uidẽtur: aliàs uerò cẽsen tur constituere non duplici iure, sed solũ digniori iure, uidelicet nomine uniuersitatis. Item facit contra ff. de his qui. ut indig. l. tutorem. ubi uidetur in dubio solum facere, ut alius, nõ ut ipse. C. de admi. tuto. l. cũ quædã. Tertio, quia illud quod maius & dignius est in genere suo, sub generali dispositione non uenit. de elect. statutum. lib. vj. cũ ibi no. per Ioã. mo. Quarto quia in dubio in generali dispositione uenit semper id quod minus est. de leg. iij. l. minimus. & l. sem per. ff. de regu. iur. Ad primũ dico, quòd ibi supponitur, & non quæritur id de quo arguitur, uidelicet id quod nomine uniuersitatis constituerent solum &c. Præterea quia causæ singulorũ non sunt uniuersitatis, nec econtra: ut l. sicut. §. j. eod. titu. Sed utræq; causæ legationis & ciuitatis & diœc. proprie sunt eiusdem, uidelicet ecclesię, & eiusdẽ uidelicet cõstituen. Igitur. Ad secundũ dico, quòd ibi etiã loquitur in certo casu suppositio & in onerosò, in quibus fit lata interpretatio. Ad c. statutũ. & no. Ioã. mo. ista procedunt, ubi generalitas de nobiliori mentionẽ nõ facit: hic secus. Item hic loquitur in constitutionis pœnalis euitatione: hic secus. Itẽ per hoc prouidetur ei quod nobilius est: hic non. Ad quartum dico id loqui, ubi non potest uenire nisi unũ. hic uero omnia ueniunt. not. Ioan. And. in c. sedes. de rescrip. in nouella.

¶ De re iudic. & de causa pos. & proprie. Rub.

Conclusio. LXXII.

LATA sententia in possessorio omissa cõdemnatione expensarum, non potest *illa* omissio in petitorio reparari. l. iiij. C. depos. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. Consilia. Ista enim iudicia in se totaliter sunt diuisa: ut l. naturaliter. ff. de acq. pos. ergo & officia eis accidentia etiã sunt diuisa, ut l. cũ principalis. de regu. iur. ergo cessante uno illorum iudiciorũ, cessabit officium sibi cohærẽs. ut l. j. ij. & iij. ff. de pe. le. ergo & expensarum condemnatione ex dicto officio uenit: ut l. terminato. & l. iiij. alle. & hoc uerũ in directo iudicio possessorii principaliter intẽtato: sed indirecte & incidenter per modũ attentati ex priuilegio litis pendẽtię uel appellationis legitime præcedentis. Ratio est: quia officiũ quo expeditur articulus attentatorum, quo ad principale & quo ad expensas cohæret causæ & negotio

tio principali, quod adhuc durat. Et hinc est quòd dicimus, ꝙ talem sententiã potest iudex reuocare, si reperit se grauasse, & ab eo appelletur, per c. cum cessante. & l. quod iussit.

¶De re iudicata. Rub.

Conclusio LXXIII.

SENTENTIA lata pro actore contra reũ absq; probationibus legitimis, nõ est nulla, sed iniqua: secus si actor agit certo iure de quo non constet, nec alio iure agere posset. fa. l. cum putarẽ. ff. fa. herci. Consilia. Fateor bene primum dictũ. Ratio: quia eo casu non est sententia contra ius cõstitutionis, licet sit contra ius partis: & est casus ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. j. §. itẽ cum contra. Sed secundũ dictũ, quod fuit domini Viuarien. salua reuerentia tãti patris nõ puto procedere: quia eadem ratio est in secundo dicto quæ in primo. Nec ob. huic dicta l. cũ putarem. quia si sententia esset ibi. nulla repetitio ibi competeret, ut l. si post diuisionẽ. C. de iuris & fac. ign. & ita no. glo. in d. l. & in l. si post diuisionẽ. alle. & probatur per Iacob. de Butri. & per doct. & tamẽ repetitio ibi nõ competit obstante sententia. Nec ob. quòd ibi dicitur iudicium esse nullũ: quia debet exponi ibi iudicium id est, actio. & ita glo. ibi exponit, quã omnes approbant: ideo miror de dicto tanti patris. Aegidius.

¶De iudiciis, & de dilatoriis. Rubri.

Conclusio LXXIIII.

TERMINI instãtiæ² usq; ad certũ actum in partibus seruati, & quo actu extitit ad sedem apostolicam appellatũ, non sint reiterãdi in curia corã auditore: licet cõtrarium seruatum fuerit hactenus: & ante omnia auditor debet reuocare grauamẽ. Consilia. Primũ çquissimum puto in terminis substantialibus & peremptoriis: ut est terminus ad ponendũ & articulandum. Et terminus ad omnia iura producendũ, ad probandũ, uel ad reprobandũ, aut exceptiones dilatorias, uel peremptorias allegandum. Ratio est, quia ius parti quæsitũ, eidem per stilum palatii auferendũ nõ est: ut c. ab eo. de elect. lib. vj. cũ concordã. Modo quæsitũ fuit ius ex lapsu peremptorii parti. Casus est extrà de in integ. resti. & de excep. pastoralis. Pone enim quòd in termino ad ponendũ nõ dedit obiectus: postea dare nõ potest: no. Cõpo. de elect. quòd sicut. & ita seruamus. Item saltẽ aliũ terminum secũdum omnes de iure habere nõ debet. not. glo. in cle. sæpe. de uer. signi. ergo grauaretur pars in litis prorogatione. Tamen nos cõmuniter recepimus ab initio causæ: quia cõmuniter processus qui portãtur de

par

partibus, modicum ualēt. De secundo dic ut dixi suprà conclusione xxxvij.

a ¶ Termini instantiæ. *Instantia triennio terminatur l. properādū. C. de iudi. Fallit in casibus ibi notatis per glo. Sed de iure canonico non finitur triennio, ut in c. uenerabilis. ex trà de iudi. cum si. Fallit tamen in libus ex uoluntate emergētibus, quæ triennio concluduntur, ut in authen. de hære. & fal. §. illud. & ibi Iac. de Bel. de instantia plenius quàm alibi uide per Barto. in d. l. properandū. & quædam pulchra per Bald. in margari. sua sub hac dictione, instantia.*

¶ De iudiciis. Rub.

Conclusio LXXV.

SI LITE beneficiali pendēte moritur in curia actor, possunt seruari termini contra illos quorū interest per contradictarum audientiā in principali. ar. c. statuimus. non tamē super articulo appellationis à grauamine, secundū do. Pet. de sarce. Consilia. Primum puto uerum, si possessor petebat canonizationem tituli sui: & ita procedit quod habetur in clemē. ibi, ut lite pen. & quod not. Io. And. in c. ut hi cōtra quos. in nouella eo. tit. lib. vj. Secus uero si solū petebat se absolui ab impetitione actoris, & pronuntiari illum ius non habuisse, sibiq; silentiū imponi: quia eoipso ℘ mortuus est, uerum est ipsum ius nō habere: morsq; sibi imponit silentiū & suæ petitioni uiam præcludit: ut §. de inceps. in authē. de nup. coll. iiij. nisi propter fructus & expensas: ut l. utiq;. ff. de rei uen. Sed quia quæstio fructuū & expensarū cōcernunt hæredes uel executores mortui solū & duntaxat, non est agendū cōtra personas incertas. ar. de elect. c. ulti. lib. vj. hoc tamen dictū præcedēs omnino restringe, per ea quæ notaui infra circa conclusionē. xcv. Aegi. Casu uero quo propter mortē cessat iudiciū contra certā personā dirigi: si amplius sit agendū ad tituli canonizationem, puto nedū fore expediēs, imo puto omnino fore necessariū absolute, quòd si citētur per edictum illi quorū interest, & ℘ aliter iudicium nullū est ipso iure. per c. fi. de elec. lib. vj. Primo: quia dare oppositū non erit iudiciū ex defectu rei. de uer. signi fica. forus. §. in omnibus. quia ab initio hoc fuisset necessarium absolute, si agi deberet contra personā incertam: ut d. c. fi. ff. de adop. l. non ita diūus. de mino. l. in causæ. §. causa cognita. in authē. si omnes. C. si ab hære. se absti. ergo ex postfacto erit idem: quia idē iudiciū de parte quod de toto, ubi ratio diuersitatis nō apparet. ff. de rei uendi. l. quæ de tota. & maxime patet illud in diffinitiua, quæ requirit de necessitate peremptoriū. ut l. j. §. item

item ex edicto. quæ sen. fine appella. rescin. aliàs esset dicere q̃ iudicium cõtentiosę iurisdictionis factum esset uolũtarię & mutasset naturam suam: quod esset absonum: salua semper reuerentia reuerendissimi patris domini Cardinalis Viuarien. contrarium opinãtis. Et adhuc salua reuerentia eiusdẽ reuerendissimi patris: non puto secundũ dictũ huius conclusionis fore simpliciter uerum. Pono enim, q̃ grauatus est superstes in eo fine cuius reparatione nõ potest canonizationem tituli sui obtinere: puta quia repulsi sunt articuli sui, fine quorum probatione nõ oportet constare de iure suo, à qua repulsione ipse appellauerat: repellere eum ab articulo grauaminis, esset eum repellere à negotio principali: quod esset iniquum: modo nõ potest procedi iudicialiter fine parte, ut dixi suprà &c. Secundo quia idem debet esse iudiciũ de termino & de uia necessaria ad terminum: ut l. omnino. ff. de spon. Tertio quia illi quorũ interest, debent uenire ad causam in statu in quo est modo status eius: quia pendet articulus appellationis coram iudice secũdo: & forte etiam articulus principalis negotii in euentũ: igitur saltem ut sciatur apud quem illorum iudiciũ causa debeat remanere: de hoc in primis cognoscendum est.

¶ De regularibus. Rubri.

Conclusio LXXVI.

NON expresse professus[a] non impetrat prioratũ monachalem fine dispẽsatione:[b] ut clemen. ne in agro. §. sane. ij. & professione expressam, si negetur, probare tenetur: nec sufficit confessio qua cõfitetur aduersarius ipsum tempore impetrationis fuisse priorem alterius prioratus. Consilia. Sed dominus reuerendissimus dominus Cardinalis sancti Eustachii contrà: per no. in c. exceptiones. per Ioã. And. in nouella. Primum est indubitatum. Secũdũ est dubiũ. Nã facio differentiã inter ea quæ constituunt necessario intentionem agẽtis uel excipientis, & ea quæ nõ cõstituũt: licet sint talia, quorum opposita huiusmodi intentionem probatã elidũt. Nam in primis dicendũ est pro regula: quòd ad intentionẽ fundãdam illorum probatio est necessaria, siue affirmatiua, siue negatiua existat. Vt ecce promisisti mihi dare centũ si Titius ante tale tẽpus Romam nõ uenerit: nũquid si uolo contra te agere, ex hac promissione oportet me deducere, & probare istam negatiuã, uidelicet quòd Titius ante istud tempus Romam nõ uenerit, nec uenire possit? certe sic: quia ex hoc competit mihi ius agendi. Iste est casus l. hoc iure. ff. de uer.

uer.obli.& ibi Bar.per hãc regulam ponit regulã ſupradictã.De exceptione pone exemplũ per Inno.de accu.ſuper his recitata & modificata optime per Bar.in l.hoc iure.In aliis uero ponitur regula in totum contraria: quia agẽti uel excipiẽti cuius intẽtio de iure iã fundata eſt,nõ oportet illam deducere,nec probare,quorũ appoſita ſuam intentionẽ iam probatã poſſunt euenire:ut ecce creditor ad fundãdum ſuã intentionẽ ſolũ habet probare, quòd credidit. Sed ſi probaretur ſolutio: eneruaretur eius intentio:nunquid ergo habet ipſe neceſſe deducere & probare non ſolutionẽ,uel ſi fecit pactum de nõ petẽdo primo, & ſibi eſt factum de petẽdo ſecundo,certe non habet neceſſe ad fundandũ ſuam intẽtionem probare,niſi creditum,quouſq; elidatur ſua intentio per probationem pacti primi &c.Ago ut procurator,excipitur ꝙ ſum minor affirmatiue uel negatiue:nõ curo: antequàm probetur me eſſe minorem,repellar ego,niſi probem me maiorem? certe nõ, quia cũ edictum de procuratore ſit prohibitoriũ,in quo quilibet admittitur non prohibitus: eoipſo quòd ſum cõſtitutus,ſun data eſt intentio mea de iure:licet per oppoſitionem & probationem exceptionis contrariæ poſſit elidi.& ita not.Inno.in d. c.ſuper his quo ad creditorẽ.& Ioã.Pet.& Cy.& hoc uerum niſi fama faciens pro negante,trãſferat onus probandi in actorẽ. Ita not.Ioan.vj.q.ulti.actio.in fi. primæ glo.Ber.de elec.c.bonæ. Spec.eo.tit.§.j.uer.reſtat. Archi. de elec.ſi forte.lib.vj.Innocẽ.de dolo.cum olim.ipſe Spe.in c.ut circa.lib.vj.Hoſti.de preſby. nõ bap.ueniens.Fa.nota.Specul.de ſpon.in fin.Tenetur enim reus probare negatiuam ſeu affirmatiuam talem:quia neceſſaria eſt ad fundandũ ſuam intentionẽ. Fa.not.Hoſtien.in ſum.de proba.§.fi.uer.uerum.& probat regula prima per me data.Probo ratione:quia reus nõ habet neceſſe proponere ſuam exceptionem quouſq; actor propoſuerit & probauerit ſuam intentionẽ. ut C.de excep.l.ſi quidẽ.ergo ne actor cuius intentio eſt fundata, niſi ꝙ exceptionẽ elidat, habet neceſſe proponere & probare ad effectum tollẽdi exceptionẽ elidentẽ ſuã intẽtionẽ ſiue replicationem eliſiuã dictæ exceptionis,quouſq; exceptio ſit propoſita,probata:quia ſicut exceptiones ſunt arma reorũ:ita replicationes ſunt arma actorum: ut c.à nobis.de exceptio.& de repli.in prin.& ibi ſatis probatur, quod proxime dictũ eſt.Modo ita eſt, ꝙ cũ quilibet monachus de iure cõmuni ſit habilis ad prioratum regularẽ ſui ordinis,ſibi aliàs ca

noni

nonice conferendum: nisi sit de speciali iure prohibitus: eo ipso quòd probat suam collationem alias canonicã, fundat suam intentionẽ de iure communi: hoc uero quòd sit de iure speciali prohibitus, quia non expresse professus habet necessario fundare suam intentionem rei ad hoc excipientis etiam negatiue: quia hoc quòd sit professus, nõ concernit directe modum fundandi intẽtionẽ monachi agentis: quia ex illo capite directe non causatur sibi ius, sed cõcernit replicationem, quam habere potest monachus cõtra dictã exceptionem rei si opponatur, & eiusdem replicationis elisionem. Igitur nisi probetur exceptio, frustra probaretur elisio: per l. si quidem alleg. Et si teneremus hoc casu distinctionem, quam dicit Ioan. And. in d. c. exceptionis. non esset absurdum: quæ habet, quòd expressa probentur, tacita non. Ratio tacitorum est dicta ratio expressorum sic: quia expressa sunt pars gratiæ, & mouerunt principaliter concedentem, & faciũt gratiam conditionalem: quia quælibet gratia habet tacitam conditionem, si expressa ueritate nitantur. de rescrip. cap. ex parte. ideo necessaria sunt ad probandum intentionem agentis. Sed oppono de not. Ioan. And. in regula, infamibus. libr. vj. in quæstione ibi per eum disputata, ubi dicit in simili, confirmatorem debere inquirere ex officio. alleg. c. si forte allega. de elect. cum inter ea. in fin. & c. cum nobis olim. & c. nihil. de appella. c. constitutus. Sed forte dici posset ista loqui in cõfirmatione, per quam confertur ius in beneficio & titulus totus. Sed in declaratione collationis loquitur, & difficilius eiiciũtur tam promoti quàm promouendi &c. ut l. patre furioso. Item quia iudex tendens ad sõlam declarationem, nihil facit ex officio: sed solum cognoscit inter partes & iudicat secũdum allegata. ff. de offic. præto. l. illicitas. ℈. ueritas. & huiusmodi naturæ sunt cõmuniter omnia iudicia: quia regulare est, quòd iudex cognoscens inter partes nihil suppleat de facto: ut C. quæ desunt aduo. per totum. sed iudex confirmãs ultra id quod inter partes declarat electionem esse canonicam, habet eam confirmare ex officio, & per talem confirmationẽ titulum dare: qui nõ debet dari, nisi benemerito, idoneo, habili, & sufficiẽti. Ideo nõ mirum ne erret eius officiũ, debet ex officio parte etiam nõ instante inquirere de prædictis, quòd recte uendicat sibi locum in auditore declarante acceptationem esse canonicam prouidente per decre. audito. ex identitate rationis. Vos cogitabitis.

De alio dicto putarē idē quod præfatus reuerendiſsimus pater & dominus meus domi. Cardinalis ſancti Euſtachii: quia poſſeſsio uel communis reputatio hic ſatis ſufficit: & uidetur not. Ioan. And. in d. c. exceptionis. & dicta regula, infamibus. Sed ſi tenuit beneficium aliud, eandē habilitatem requirens: uidetur fuiſſe in poſſeſsione, uel quaſi habilitatus huiuſmodi & pro tali fuiſſe reputatus. fa. c. ſi iudex. de ſent. ex. lib. vj. Et quia poſſeſsio onus probandi in aliā tranſfert. C. de proba. l. ſiue poſſidetis. cū ibi not. & ita iſta tota concluſio ſaluo primo dicto nimis mihi eſt dubia. Tu cogitabis, & uidebis diſputationem Io. And. in regula, infamibus.

a ¶ Expreſſe profeſſus. *Nota quòd nemo debet recipi ad profeſsionem ante annum probationis. xvj. quæſt. ſecunda. conſaldus.*

b ¶ Sine diſpenſatione. *Adde ſecundum Rayn. in ſum. ſua, de lapſis & diſpen. quòd diſpenſatio eſt iuris relaxatio: & uocatur uulnus: quia uulnerat ius commune. xxiij. quæſt. iiij. ipſa pietas.*

¶ De cōceſſ. præbendæ. Rub.

Concluſio LXXVII.

SI CONCVRRVNT gratiæ ſpecialis & cōmunis, præfertur ſpecialis tanquam impar, maxime ſi habet maiorem taxā, uel primo præſentauit. Conſilia. Hodie tenet palatium totum contrarium de primo & ſecundo, & de tertio nullus dubitet. Vide in libro diſputationū mearum, ubi de hoc mentionem feci: quàm prolixe ſuper hoc diſputaui: ideo non inſiſto hic.

¶ De iudicijs, & de dila. Ru.

Concluſio LXXVIII.

SVPER appellatione à diffinitiua lata ab auditore cameræ procedit auditor palatij ſuper hoc deputatus, ſicut in ſecūda inſtantia, quo ad obſeruationē terminorū. Conſilia. Idem ſeruamus, ſi à quocunq; alio de extra curiam uel de curia, & de extra palatium fuiſſet appellatū. Ratio eſt: quia licet quo ad litis deciſionē nos ſequi debemus ſemper loci conſuetudinem, ubi eſt negotiū uel res ſitæ de quibus agitur: & idē in delictis, ut ff. de euict. l. ſi fundus. & de uſuris. l. prima. & de regulis iuris. l. ſemper. in ſtipulationibus. & auth. qua in prouincia. ubi de crimine agi oportet. in principio tamen quo ad ea quæ concernūt litis ordinationem, nos attendimus locorum conſuetudinem, in quibus iudicia agitantur: ut ff. de teſtib. l. iij. §. fin. & C. de epiſc. & cler. l. cum clericis. in fi. & ita not. Cy. C. de ſumma trin. l. prima. in. ſecunda quæſt. & dicta l. cum clericis. in fin. & C. quæ ſit lon. conſuetu. l. prima. in ſecunda quæſt. & ibi

& ibi plenius. Sufficit ergo ꝙ in prima instantia fuerũt seruati termini secũdum forũ suum, ut dici possit uere fuisse instantia prima, & nunc in ista secunda seruentur termini coram auditore palatii secũdum consuetudinem palatii.

¶ De accusationibus. Rub.

Conclusio LXXIX.

LITE contestata in causa criminali, potest accusatore se absentante procedi in curia per audientiam: & absolui accusatus, nedum ab instãtia iudicii, sed etiam ab impetitione: sed non pœna talionis sibi imponi. Consilia. Notabilis est ista conclusio. Ratio primæ partis est: quia tunc cessat ratio legis prohibentis absentem damnari: quæ est propter pœnæ imponendæ grauitatem: & quia nõ potest imponi absenti: ut l. absentẽ. ff. de pœnis. ita procedunt C. de accus. l. si accusare. & l. absentem. & l. fi. Si enim esset crimen in quo imponeretur pœna non ita grauis, ut est relegatio uel minor, quæ potest absenti imponi: procedi posset cõtra absentem cõtumacem: ut in dicta l. absentẽ. quod intellige de absente lite contestata: quia ad instar priuatorum iudiciorum. l. absentem. de pœnis. alleg. Modo in tali absolutione quæ ultra non progreditur, cessat impositio pœnæ talionis[a] quantum ad officium iudicis: quia illud expirat. l. iiij. C. depo. & l. fin. C. de fruct. & lit. expen. & est casus C. de calum. l. prima. & ibi no. Item aliàs non imponetur, nisi directa accusatione instituta, ut ff. de accus. l. j. §. j. & not. in dicta l. j. C. de calum. & tunc non ferretur sentẽtia, nisi parte accusata presente, ut l. si accusationibus. l. absente. & l. fi. C. de accusa. & l. absentẽ. ff. de pœnis. allegatis. De pœnis uero alias extraordinariis illius qui destitit ab accusatio. uel eam nõ terminat infra tempus uel contumaciter eam prosequi recusat: uide Cyn. C. qui accus. non posse. l. iij. in iiij. quæst. Et secutus opi. Pe. nõ recito: quia non facit ad propositum. Quo ad secundam partem conclusionis dico hanc partem non procedere, nisi in crimine pro quo imponitur pœna relegationis maior: ut not. in dicta l. absentem. de pœn. not. Cy. de accus. l. absentem. & in illo crimine est ratio: quia eadem pœna imponitur accusatori succũbenti per sententiam, sicut imponeretur accusato, si cõuinceretur. ut l. j. de calum. & ita not. in d. l. absentem. C. de accu. l. j. & de adult. l. quamuis. Secũdo dico, quòd habet locum ista pars absque dubio, ubi antequã causa esset instructa, & cõclusum in ea, se absentaret accusator, si causa non totaliter instructa, &

a

cõcluſo in cauſa ſe abſentauerit accuſator. Iſte caſus dubius eſt: quia communiter oẽs doct. tenent ſentẽtiam ferri non poſſe propter iura loquentia indiſtincte. Sed tamen hoc non obſt. a Iacob. de Are. & domi. Ioan. Nicho. Aurialen. epiſcopus contrarium tenet. facit l. quamuis. alleg. C. ad legem Iuli. de adult. licet loquatur in caſu, in quo uenit ſententia ferenda pro abſente & contra præſentẽ. probat la. quia ceſſante ratione l. &c. ff. de iure pa. l. adigere. §. quamuis. Modo ratio quare non damnatur abſens eſt, ne cauſa inaudita damnaretur. ff. de requiren. l. j. modo iſta cauſa ceſſat hoc caſu. Item uidetur ſe abſentare cauſa impediendæ, uel differendæ ſententiæ: igitur ſuæ malitię eſt obuiandum. Item quia illud obſeruatur in priuatis: igitur. arg. l. abſentem. Item nõ ualet iſta ratio: quòd quia nõ poteſt imponi abſenti etiam per l. abſentem. ff. de pœ. alleg. quia difficultas executionis ſeparata à ſententia non debet ſententiam impedire: ut ff. de pœnis. l. in ſeruorum. & l. qui ultime. & de uerbo. obliga. l. conſcius. §. illud. imo caſtigatio ictus fuſtium, quæ eſt pœna minor relegatione, non poteſt abſenti imponi. Præterea quia imo poteſt fieri executio, ut in ciuilibus: iuxta ea quæ leguntur ff. de re iud. l. à diuo Pio. circa prin. de bo. auto. iudi. poſſi. l. ſi cũ unus. §. fin. C. de iud. l. properandum. §. ſinautem. ar. in auth. ut nulli iudi. §. ſi quis uere comprehenſorum. Aegid.

¶ Pœna talionis. De *hac pœna uide Leuitici xxiiij. & xiiij. quæſt. j. quòd debetur. Adde iuxta Feli. in c. ſuper his iij. col. de accuſ. quòd pœna talionis poteſt aboleri conſuetudine. & ſecundum Alber. G. de accuſ. l. fi. talis pœna de conſuetudine non ſeruatur.*

¶ De probationibus. Rub.

Concluſio LXXX.

ARTICVLVS iſte *eſt* minor, uel eum *peperit* mater poſt talẽ annum: ualet etiam materia obiectiua, dummodo exacta forma per pa pam ſit remiſſa. Conſilia. Bene procederet concluſio dẽpto uerbo, exacta: ſed ſicut ſtat, periculoſa eſt: quia non ſequitur, exacta forma remiſſa eſt: ergo omnis forma remiſſa eſt. Modo iſte *articulus* quòd P. eſt minor. xv. annis, nullam formam habet: & tamen poteſt habere formam, licet nõ adeo exactam, ſicut requirit materia obiectiua, in qua puto adeo exactam iuxta mentem huius concluſionis adaptari, uidelicet formam deſcribentem aliquod tempus neceſsitatis certum uel incertũ, per quod poſſet appropinquari ueritas articuli ad mentem teſtium omiſſo anno, menſe, & loco.

¶ De reſcriptis. Rub.

Concl

Conclusio LXXXI.

CONSENSVS partium non facientes quòd possit articulus iurisdictionalis committi, non habent æqualitatẽ: de quibus in c. statutum. de rescrip. libr. vj. Consilia. Hæc conclusio est indubitata hodie per capit. fi. quæ ipso iure reddit irritum quicquid fit contra tenorẽ istius c. & ita tenet glo. in dicto c. statutum. §. j. super uer. committan tur. & ita tenet Archidiaco. sed de loco secus: ut in c. nullo quoque. eod. tit. quod intelligo, nisi papa uel cancellaria eius pro-
a prio motu [a] iudicem talem dedisset sub bulla: quia tunc non esset quod imputaret parti: ut notat. Innoc. in extrauagan. præsenti. Innoc. iiij. de qua fuit extracta cõstitutio Bonif. c. statutũ. alle. sicut si papa nominaret illũ, cui committeret simplicẽ clericum: & hoc secũdũ Ber. & hoc dũmodo id exprimat in litera, & motu proprio datur talis iudex, aliàs non: prout hoc recitat glo. in d. c. statutũ. §. j. super uer. literarũ. & ibi sunt allega. in dicta glosſ. De cancella. non procederet dictum Innocen. in extrauag. præsenti. nisi literæ expedirentur nomine papæ: quia cãcellaria cõtra c. statutũ. uenire nõ posset. ut clem. ne Romani. de elect. in cle. cum cõcordãtiis.

a ¶ Proprio motu. *Motus proprius utrum æquipolleat clausulæ non obstante: uide* Bar. *in l. j. de peti. bon.* Et *an firmet uel ampliet gratiam ultra præsumptam mentionem concedentis in c. ad aures. de rescr.* Et *an motus proprius posſit probari per testes. c. cum inter. de excep. ultra medium.*

¶ De iudi. De dilatio. Rub.

Conclusio LXXXII.

SI PAPA committit episcopo Parisiẽsi, quòd super debito, quod est inter C. & B. summarie &c. partibus uocatis se informet: informationem intimet postea papæ: informatione remissa, auditor super hoc negotio deputatus à papa, terminis non seruatis, statim uocata parte ad dicendum contra commissionem, item ad sententiam audiendam potest pronuntiare in causa. Consilia. Hoc intellige si seruatis seruandis secundum naturam causarum summariarũ processit cõmissarius inter partes usque ad sententiam inclusiuè: alioquin conclusio esset insustentabilis: quia nemini sunt suæ defensiones auferendæ, de re iudica. pastoralis. in clemen. fateor tamen, quòd non fuit arctatus aduersarius ad stilum palatii, obseruandum. Et hoc est quòd uoluit conclusio: ut credo: uidelicet, quòd licet ille terminos palatii nõ seruauerit, dummodo alias rite processerit, secundum naturam causæ debeat auditor ex dicto processu sine

aliis terminis pronũtiare: quod satis puto.

¶ De probationibus, & de ætate & qualitate. Rub.

Conclusio LXXXIII.

SVPER hoc an articulus de lite mota contra rectorem parochialis ecclesiæ datus ad probandum impedimentum legitimum non promoto ad sacros, non faciens mentionem qualiter in adeptione possessionis pacificæ ecclesiæ fuerit mota lis: seu usque ad quod tempus durauerit lis, sit admittendus: fuerunt consilia diuisa: quia Petrus de sarcena. distinguebat, an modicum tempus post motum litis successisset &c. Guil. Gah ℘ præsumitur durasse etiã per quinquennium sequens de quo agitur. Ego Aegi. per l. properandum. C. de iudi. Item cum per rectorem steterit quominus &c. c. commissa. de elect. & c. licet. ij. de præben. libr. vj. Et quia articulus datus ad elidendum constitutionem licet canon. debet esse certus & necessario cõcludens, & de tempore adoptionis &c. Igitur c. commissa. alleg. cum ibi nota. Consilia. Supponendum est, quòd contra istum dictæ ecclesiæ possessorem pro parte illius qui ecclesiam impetrauerat tanquã uacan. per eius non promotionem iuxta decre. licet canon. & qui eum ad causas prouocauerat, constabat in actis illum possessorem fuisse per quinquennium dictæ ecclesiæ pacificum possessorem: idcirco ipse possessor ad sui defensionem uolens deducere impedimenta suæ non promotionis occasione cuiusdã litis sibi motæ super dicta ecclesia deducebat litem: sed in articulis non deducebat qualiter dicta lis per dictum quinquẽnium durasset: dubium fuit an dicti articuli essent admittendi uel repellendi. domi. Viuarien. distinguebat. Et domi. Guil. & ego fuimus contrarii. Quid dicendum? Ista conclusio duplex habet dubium. Primum est, utrum materia dictorum articulorum sit bona, supposito quòd tempora essent bene descripta. Secũdum dubium est, si sit bona materia, utrum ex defectu formæ dictæ malæ descriptionis ueniant nihilominus dicti articuli repellendi. Primum dubium expeditur per lecta & not. de elect. c. commissa. §. j. non obstan. no. Inno. de appel. constitutus. ij. quæ dubium faciunt: sed non seruantur, imò statur hodie glo. c. commissa supra alleg. quam sequitur Archi. Ad declarationem secũdi quæro de duobus. Primum est, quid si in fine anni dati ad promouendum superueniat lis: utrum causabit sibi impedimentum legitimum quòd impediat uacationem? Secundo quæro, quid si post

post sex menses illius primi anni ueniat impedimentū litis, & ante sex menses ante finē quinquennii cessant impedimentū, an debeant ista duo semestria simul coniungi, & facere unum annum, ut sic sit locus decr. licet canon? Circa primum dubiū sic distinguo: quia aut adhuc dum superuenit impedimentum, restabat tempus sufficiens ad ordines omnes uel quos habebat recipere tunc suscipiendos, & tunc impedimentum ipsum excusset, per no. Archid. de electio. cum ex eo. super uer. tunc. lib. vj. & Ioan And. in regula imputari. de reg. iur. lib. vj. in quæstione ibidē per eum disputata & iura & rationes dictorum Ioan. And. & Archid. in locis prætactis per eos alleg. Aut tantū se arctabat, quòd non restabat sibi sufficiēs tēpus suscipiendi ordines, quos habebat suscipere: & tunc dic, quòd impedimentum eum non excusat. ar. no. Inno. de appella. ex ratione post medium gloss. magnæ: & probant motiua contraria alterius partis, & iura alleg. per doctores præfatos in locis supra alleg. Casus enim qui sequitur moram morosam, non excusat. ar. not. per Innoc. sed sibi imputatur. ff. si certum pet. l. quid te. de uerbo. obligationib. l. si ex legati. à contrario. Item quia subsunt hic duo impedimenta: unum ex culpa sua, aliud sine culpa. sublato uno remanet aliud: ergo. ar. extra de usu palii. ex tuarum. Nec obst. c. commissa: quia fateor, quòd non uacat ante finem completi anni: sed non negat quin tunc uacaret hoc casu. Circa secundum dubium uidetur dicendum, quòd dicta tempora non coniungantur, sed quòd cessante impedimento detur annus integer, sicut dicitur post finitam dispensationem. c. cum ex eo. lib. vj. & ibi not. Ioan. And. in nouella. & etiam Archi. in glo. additionali super uerb. annum. per c. si electio. de elect. lib. vj. dic reperio in simili quòd cum l. impedito restituit, tantum restituit sicut prius, in auth. de his qui ingredi. ad app. C. de appella. in prin. §. j. & secundo, & tertio. dicto c. si electio. Sed ubi homo restituit tempus, tunc non restituit, nisi tantum quantum perditum fuit per impedimētum. ut ff. ex quibus cau. maio. l. ab hostibus. in fi. no. Innocen. c. appella. ex ratione post medium mag. gloss. Modo hic lex restituit tempus, prout in ca. commissa. ergo restituit tantum sicut ab initio dedit. probant hoc: quia aliàs nesciretur, quòd aliud tempus esset impedito restitutū: cum ius nō determinet ad tempus. Item quòd cōstitutio ca. licet canon. imponit pœnam ipso iure. Igitur nō extendit se ad casum hu-

ius coniunctionis non expreſſum, per cap.ſtatutum. de elect. lib.vj.not.loan.Andr. in regula odio.in iij.quæſt.in vj.Nunc ad quęſtionem principalem,uidelicet ad ſecundū principale dubium accedo: & dico quòd non oportet, quòd deducat articulos,quòd in limine adeptæ poſſeſsionis fuit impeditus,per reſponſionem primi dubii : nec oportet quòd deducat formaliter,quòd impedimentum duraverit uſque ad finem quinquennii per reſponſionem ſecundi dubii:ſed neceſſe eſt, quòd deducat ad tantum & tale tempus: & ſic deſcribat extrema & medium illius temporis, quòd infra tempus adeptæ poſſeſsionis pacificæ & finem quinquennii non reparatur annus continuus præcedens impedimentum,nec annus continuus ſequens impedimentum,nec etiã annus continuus intermedius illius impedimenti,quo anno continue ſine interpellatione iuris uel facti ille turbatur in poſſeſsione per prædicta:& credo quòd illa ſenſerit dominus Viuarieñ. ratio huius quia aliàs articulus de neceſsitate nõ concluderet per prædicta.

¶De reſcriptis. Rub.

Concluſio LXXXIIII.

EXECVTORIA impetrata ſuper executione[a] triũ ſententiarũ & taxatione expen. a

tertiæ ſententiæ: pendente tamen appellatione à dicta taxatione interpoſita: & proceſſus inde ſecuti quo ad articulum dictæ cauſæ nulli ſunt ipſo iure, per fundamentum.c.ſuper literis.Cõſilia. Neſcio qualiter iſta concluſio emanauerit,niſi ex autoritate domini Viuarieñ.à quo etiam duæ aliæ cõcluſiones,uidelicet concluſio xxij. & concluſio xxviij. in fin. quæ ſunt ſuprà. Puto tamen concluſionem de iure non procedere. Nam iſta eſt differentia inter literas gratioſas,[b] & literas de iuſtitia: ꝙ gratioſæ literæ ſurreptitiæ non ſunt nullæ ipſo iure : licet per exceptionem ſurreptionis oppoſitam ualeant elidi.Sed nihilominus dant iuriſdictionē ipſo iure : & ita not.de reſcriptis.ad audientiam.ij.in fine ultimæ gl. approbatur per Innoc.& Compo.& Io.Andr. quia idem tenet Inno.de literis iuſtitiæ in d.cap. ſuper literis.in gl.imò ſine forſan in princ. & poſt prin.in uer. item ſi quis impetrauerit &c.in princi.dictæ gloſſ.Innocen.Potes colligere ad hoc probãdum unam rationem demonſtratiuã ſecundum me.idem not.Innoc. eodem.titu.cap.cæterum. in gl. tertia. & ibi potes aliam rationem colligere ad hoc probandum,etiam demonſtratiuam,ſecundum me. prædictam diſtinctionē expreſſe uidetur approbare b

bare idem Innocen. eodem tit. cum dilecta. & cap. constitutus. in dicto cap. ad audientiam. ubi uidetur satis firmare pedem: & hoc sit speciale in literis gratiosis, quæ obtentæ per surreptionem nullę sunt ipso iure: de quo uidetur casus de præben. c. fin. Eandem distinctionem ponit Compo. & approbat in dicto cap. super literis. in fi. & eam recitat Ioan. And. in cap. ad audientiam. alleg. super fi. ultimæ glo. saluo quòd in literis beneficialibus quodammodo distinguit. ibi uide. Caue: quia secus de literis falsis: quia illę nõ sunt literæ reuera, sicut falsus procurator non est procurator: nec dant aliquam iurisdictionem: imò nullæ sunt ipso iure, ut not. ipse Innocẽ. in dicto cap. super literis. in dicta glo. imò fine forsan. uer. sed quid si literæ falsæ &c. cum uersibus sequentibus, usque ad finem illius glo. Item secus est in literis obreptitiis, id est contra conscientiam papæ & suórum officialium impetratis: quia illę etiam sunt ipso iure nullæ: nec ualere potest processus aliquis habitus per easdem, prout hæc pulchrè no. Innocen. eodẽ titu. cum dilecta. in gloss. & furtiue. ubi hoc probatur. ibi uide. Sed opponas, quia per hoc sequeretur, quòd lata esset sententia diffinitiua à qua nunquam fuisset appellatum, & quæ ita in rem iudicatam iuisset: & ille contra quem lata esset, fingens se ab ea debite appellasse, obtinens iudicem appellationis, qui aliàs seruatis seruandis dictam sententiam reuocaret, quòd ualeret ipso iure secunda sententia reuocatoria primæ: quod uidetur prima facie contra cle. si appellationem. de appellatio. in cle. Respondeo & dico, quòd imò esset nulla: nisi in casu in quo de uiribus ipsius sententiæ uel appellationis ab ea interiectæ fuisset coram secũdo iudice disputatum, & per eum tacite uel expresse prætenso appellante discussum: ut not. Iacob. de Are. & Cyn. C. quando prouo. non est necess. l. j. & C. si con. ius. l. præscriptione. & in fine secundæ coll. & Ber. & Io. An. de re iudi. inter monasteriũ. & probatur ff. de compen. l. quid si in die. §. primo. quæ sen. fine appella. re. l. j. in princ. ff. de cond. uide eleganter. §. j. de fide instr. l. fi. per quod apparet, quòd cessante isto casu & posito casu dictæ cle. nullitas sententię non uenit ex defectu iurisdictionis: quia si sic non posset habere casus, quem proximè dixi, sed uenit à constitutione positiua, quo ad talem secundam sententiam latam cõtra primam inficit ipso iure. C. quando prouo. non est necess. l. j. cũ simi. & loquitur cle. in casu certo: uidelicet in quo

constabat de desertione : sed secus in dubio in quo prædixi: licet glo.cle.uideatur dicere secundam sententiam non ualere tanquam à nõ suo iudice latam: quod non capio: nisi dicamus, quòd iste sit unus casus specialis in quo literæ surreptitiæ non dant iuris dictamen in principali, nisi in euentum in quem pronuntiaretur super præambulo, uidelicet appellatum fuisse &c. quod de iure forte non esset absonũ. Prædictam opinionem & distinctionẽ inter rescriptum, falsum, & surreptitiũ ponit Cy. C. si contra ius uel utili.publi.l. prescriptione.circa prin.uij.collat. & loquitur ibi de rescripto obreptitio aliter quam suprà.

a ¶ Super executione. *De executione sententiarum uide plene per Bar. in l.si miles.§ qui iudicat.ubi multa bona dicit: & per totum titulum ff. de re iudi.*

b ¶ Literas gratiosas. *Nota differentiam inter literas gratiosas & literas de iustitia.*

¶ De præbendis. Rub.

Conclusio LXXXV.

a SI EXECVTOR [a] habet mandatum prouidẽdi de dignitate, quæ dicitur uacasse per extrauagantẽ, execrabilis. si præmissa reperit esse uera, si prouiderit non uocata parte prouisio est ipso iure nulla, secundum Guilielmum Gal. Et ego contra: propter cõditionem quam not. uer. si repereris. & uer. si tibi cõstiterit. not. gloss. in clemen. j. de offic. delega. & Pau. in c. uno. de censi. c. præsenti. in cle. Consilia. Opinio do. Guil. fundabatur in una opinione, quam recitat Inno. in c. dudum. de præsumptio. in glo. ij. circa medium illius gl. uer. alii melius distinguunt. ubi dicit, quòd quidam melius distinguunt, & dicũt, quòd ubi uerba sonant in conditionẽ & per literas, tollitur ius alterius, uel fit præiudicium alteri: non ualet prouisio, nisi uocatis partibus præcedat cognitio sub cõditione alleg. xxv. q. ij. & si non. de re scrip. cum dilecta. Sed finaliter post hoc Inno. in ea. glo. in uer. tu dic quòd siue uerba sonãt &c. à dicta opinione recedit. Et Io. And. in loco præalleg. & Pau. in d. c. uno. stant cum recessu prędicto in hoc, quòd recitat & non repugnat, & sto sicut prius. Ratio est: quia prouisio nunquam debet fieri, nisi aliquali summaria cognitione præcedente. viij. quæst. ij. c. j. & ij. Inno. de elect. c. dilecta. & tamen de natura sua propter uacationem non requirit: quia dicta informatio est extraiudicialis: ut c. licet. de præb. lib. vi. & no. per me infra in una cõclusione. nec potest quis conquĕri: quia per dictã prouisionẽ nemini præiudicatur: licet per absolutionẽ possessionis præiudicaretur. Et ideo in eo uocãda esset

esset pars, ut d. c. licet. & ita no. Ioan. And. c. de mulct. de prębē. in glo. no. quòd is ad quem. uer. nos quantum.

a ¶ Si executor. *Id est delegatus. extrà de foro compe. c. si quis cōtra clericum. per Barto. & alios & C. de iudi. l. apertissimi. alias dicitur executor qui sententiam exequitur. C. de execu. rei iudi. l. si ut proponis.*

¶ De probationibus. Rubri.

Conclusio LXXXVI.

SI REFERAT auditor cameræ auditori contradictarū se excōmunicasse cum clausula &c. illumq; nō paruisse, sicq; illū excommunicatum esse, seu se ita declarasse: non per hoc probatur excōmunicasse. Consilia. Ratio quia in literis iudicū super a actis iudicialibus non creditur, nisi notarii & testium habeant descriptionem, etiā si dispositiue loquātur, & sub data expeditionis ipsius actus. ut de proba. c. quoniā cōtra falsam. ergo fortiori ratione, si non dispositiue nec in facto fiant literę, sed sicut literæ testimoniales de facto a præterito adhuc minus credi debet. Et ita procedit quod habetur de testib. à nobis. ff. de custo. reo. l. diuus. Nec mirum: quia si uiua uoce ita testificarentur, eis nō crederetur. xj. q. ij. si tantū. & c. placuit. C. de testi. l. iurisurādi. in fin. & extrà. eo. titu. licet. Et ta-

a men uiua uox[a] est potior quàm mortua. in authen. de fi. instru. §. si uero. Sed contra: quia episcopo denuntiāti aliquem subditū suum per eū fuisse excommunicatum, creditur etiam sine testibus. & nota. etiā xj. q. iij. c. caue. & de probat. c. post cessionē. quod c. loquitur in ordinario iudice, cuiusmodi uidetur auditor cameræ. Tu ergo sic distingue: qa aut loquimur in casu in quo excōmunicatio opponitur in modum exceptionis peremptoriæ: & tunc habet locum cōclusio, & quæ primo allegata sunt: aut in modum dilatoriæ: & tunc secus: pro secundo alle. similis distinctio. de excep. pla. lib. vj. in glos. intelligas. & ibi ratio diuersitatis ad prædicta.

¶ Viua uox. *Quod uiua uox præferatur mortuæ, uide Spec. iij. parte tituli. de probat. § sij. uer. sed pone.*

¶ De præbendis & de iure patronatus. Rubri.

Conclusio LXXXVII.

RENVNTIATIO & collatio factæ ex causa per mutationis cōtempto patrono[a] non sunt nullæ: licet sit collatio irritanda: quod uidetur tenere Pau. in cle. una. de re. permuta. Et ad c. decernimus. xxvij. q. vij. per me. In contrarium allegatū fuit per do. Pet. de Sarce. responsum, quod loquitur in casu in quo patrono licet præsentare quem uellet: licet tunc de eius præiudicio ageretur: secus hic agitur &c.

&c.Consilia.Vide de conclusione infrà,in quadá conclusione, ubi plene de hoc dixi.Ideo circa hoc de præsenti nõ.insistam: sed ibidem dicã.De renuntiatione nullus dubitare debet: quia omnes præter Io.mo.cuius opinio reprobatur in c.uno.de rerum permuta.li.vj.tenent renuntiationem factam ex causa permutationis ualere: etiam si permutatio suum nõ possit sortiri effectum: licet habeatur recursus,secundum c.si beneficia.Sed oppones cõtra.Primo quia patrono fiet præiudicium,si perderet rectorẽ,quem retinere sibi & ecclesiæ forte expedit: ergo sicut propter interesse patroni uiatur collatio:ideo propter huiusmodi interesse uitietur renũtiatio.per c.decernimus.allega. faciunt no.Innocen.de renun.c. quòd in dubiis.ubi expresse uidetur tenere ꝙ eo modo quo requiritur superioris autoritas in renuntiatione huiusmodi,eodem modo requiritur cõsensus illorum quorũ interest.alle.xix. q.iij.statuimus.& viij. distinct.si quis.Sed constat quòd defectus autoritatis redderet totũ nullũ: ut de renuntia.c.admonet.& dicto c.quod in dubiis.igitur &c. Secundo : quia renuntiatio facta ex causa permutationis:facta uidetur sub cõditione tacita, si permutationem suus effectus sequi possit. Igitur si cõditio huiusmodi futuri euentus nõ eueniat:renuntiatio nullum effectũ habere debet. Et quòd tacite subintelligatur à iure dicta conditio:uidetur tenere Io.And.in c.uno.de re.permuta.li.vj.in nouella.super uer.sui episcopi.uer si.in prædictis tamen casibus.& uer.uel saltem.Et contrariũ puto:quia hoc faceret præiudiciũ &c.Aut conditio &c.ut supponunt istæ duæ rationes in contrarium factæ.Sed dico ꝙ neutrum horum hoc facere potest. Dico enim primo,quòd nõ primum:quia tale præiudiciũ producit quæstionem in iure talem renuntiationem recipiendi:sed hoc inducit quòd debet interuenire consensus secundũ omnes. Modo talis cõsensus potest interuenire ex postfacto: & eius defectus ipso iure actum nõ uitiat.de elect.quòd sicut.Ita no.in simili Ioan.And.de elect.nemo. lib.vj.prout plenius deduxi suprà in una cõclusione.ibi uidelicet fateor quòd patronus potest agere de contemptu,& petere quòd cassetur renuntiatio.per c. quòd sicut.alle.Itẽ dico quòd tacita cõditio hoc facere non potest:quia sicut renuntiatio facta penderet à cõditione futuri cõsensus ipsius patroni,sequeretur quòd interim penderet uacatio ipsius beneficii:& per cõsequẽs quòd collatio interim facta etiã esset in pendẽti:quod est absurdum,

dum,per lecta & not.de elect.c. ij.lib.vj.& per not.Innoc.de rescript.in nostra.imo sequeretur quòd nunquàm possent fieri separatim permutationis causa re nũtiationes & collationes,quod esset absurdum,ut uidetur.

a ¶Contempto patrono. *Patronus dicitur qui construxit ecclesiã seu dotauit uel fundauit eam ad esse deducens.Et dicitur patronus ad instar patris qui filium suum producit in esse.Notat Abba.in rubri.de iure patro.*

¶De regularibus. Rub.

Conclusio LXXXVIII.

a ABBAS[a] qui solet per electionẽ assumi,si priuetur abbatia,& post iudicio restituto rio agat:debent sibi alimenta & non sumptus litis restitui.Materia in c.ex parte.de accusa.& facit quod ibi not.de monacho, per Innocen.& in c.olim.eo.tit. Consilia.Facit l.si instituta.C.de inoffi.testa.cum ibi not.& alleg. ibidem.& ff.de peti.hære.l.hæres furiosi.& in authẽ.de incest. nupt.§.si uero.& de tutel.& ra. distra.l.impares.facit ff.de libe. agna.l.si neget.de iure do.l.si filius.de uent.in pos.mit.l.j.§.sed incertum.de Carbo.edic.l.sed si is.§.an autẽ.C.de ordi.cog.l.fin. cum ibi no.in gloss.ibi not.sicut not.in c.ex parte.& cum ibi not. C.de libe.cau.l. si tibi.ij.facit.ff. ut in pos.lega.l.quæ legatorum. & dicto tit.de liber.agno.l.si qs à liberis.§.solent.& quæ nota. Spec.titu.de inquisitione.§.ulti. & per totum illum §.Sed ualde facit in oppositum quod not, Ioan.And.in d.ca.ex parte.in fi. ubi dicit,quòd si monachus prosequatur causam suam,siue petitorio siue possessorio agat,non habebit expen.nec obstat,ut uidetur C.de inoffic.testa.l.hæres furiosi.l.si neget.l.filius.§.sed si incertum.§.an autẽ.& l.qui legatorum.§.solent.quia loquuntur in filio.saluo quòd l.qui legatorum loquitur etiã in uxore & nepte,missis tamẽ in possessionem legatorũ: & sunt illi casus speciales.l.fin.C.de ordi.cogni.in casu in quo super restitutione ablatarum nõ fiebat delegatum,nisi propter quæstionem status:& erat ille in possessione libertatis.hic totum secus.c.ex parte.c.olim.§.pen. allega.non obstant quia loquuntur in casu in quo monachus prosequitur causam monasterii, accusando abbatem uel inquisitis &c.prosequendo.l.imperatores.allega. probat contrarium:quia iniustũ est ut aduersarius aduersario sumptus litis ministret.ut ibi.ar. l.minus graue.§.de testib.Quid dicendum?Certe his non obstãtibus puto cõclusionem esse ueram.Primo quia inter abbatem & monasteriũ est unum speciale matrimoniũ,tale quale si maritus haberet sustinere onera matri

matrimonii, & alere uxorē, seu alius eius nomine accusēt matrimonium : interim ali debet uxor per maritum.not.Specu.in d.§.fi.uer.quid si matrimonium. Secundo quia in materia ista æquiparat lex uxorem filio.l.qui legatorum.alleg.Sed semper in dubio filius est alendus,ut probant iura allega.Tertio quia ibi constat quem fuisse uerum dominum,& possessorem,seu legitimum administratorem bonorum & eius spoliatum:nec sit sibi quæstio super bonis,sed super statu,& nō habet unde alias uiuat,nisi de illis bonis:interim restituenda sunt sibi alimenta: & propter præsumptionem iuris pro eo facientem:& propter spoliationem quæ ante causæ discussionem præsumitur iniusta:quia in dubio negare alimēta,esset tollere legitimam defensionem,& dare defensionem spoliatoribus,& occasionē malignandi & spoliandi:quia à monasterio unde est,non habet expensas,secundum Innocen.in c. ex parte.in fin.& Ioan.And.ibidem.& ita probat l.fi.C.de ord. cog.alleg.Probat in ratione iura de filio alleg.& probat regula quam dat Specu.in d.§.fi.uer. Item seculari.Et multum pondero , quòd priuatio præsupponit ipsum fuisse uerum prælatū siue sponsum.argu.ff. de iniusto testamen.l.v.§.j.Nec obstat §.de inoffic.consul.ubi dicitur requiri ut debeantur alimenta: quando pro filio iam sit una sententia lata.Sed dic quòd ita ponit tex.quia ita erat in facto:uel dic quòd ibi semel de exhæredatione & non iure:hic totum cōtrà: ideo secus.

a ¶ Abbas.*Nota quòd abbas non ab episcopo ponitur:sed à monachorum congregatione eligitur.xviij.q.ij.abbas.& c.seq.Verum tamen est quòd de iure ciuili olim ponebatur per episcopum, in authen.de monachis. §.ordinandū.nunc autem reductum est ad ius canonicum.in authen.de sanctiss.epis.§.iubemus.*

¶ De re iudicata. Rubri.

Conclusio LXXXIX.

a SENTENTIA à qua est appellatum,[a] nō statim præsumitur bene lata:nec iustificatur ex se:nisi processus productus aut noua producta eā iustificent. Consilia.ut c.quoniam contra falsam.de probat.& not. per Innocen. ibidem.& de renun.in præsentia.& de offic.delega.cum in iure. Secus si non fuisset appellatum : maxime si fuisset lata cōtra prę̄sentem.Vide etiam super hoc secundū Innocen.& c.quoniam contra.& c. in iure.& c.in præsentia.ubi probatur alleg.& de electio.c.bonæ.j.nec sequaris omnino glos. Ber.quia opin.Innocen.approbatur.

Sen

2 ¶Sententia à qua est appellatum. *Nota quòd sententia appellationis intelligitur de diffinitiua, nisi sequatur absurditas. uide in ca. causam matrimonij. de offic. delega. & Feli. in capi. cum super. de re iudica. dicit quòd appellans pro suo interesse non tantū debet exprimere causam, sed eam iustificare.*

¶De re iudicata. Rubri.

Conclusio X C.

IVXTA cle. dudū. de sepultu. quòd pro rectore contra prædicatores non potest ferri sententia generalis de omnibus à quinquaginta annis ratione quartæ perceptis. Materia in c. certificari. de sepul. per Innocē. Cōsilia. Ratio est: quia quicquid fit de actionibus uniuersalibus & generalibus: in singularibus tamen requiritur designatio rerum. ut ff. de rei uen. l. si in rem. Super quibus & qualiter hoc intelligatur, uide Cy. C. de eden. l. edita. ad fin. tertiæ quæstionis. quod intelligo uerum, etiam si multæ res eadem oratione uniuersali comprehendi habeāt: ut si peto omnia bona uel alicuius. ut not. Innocen. de restitu. spol. cum ad sedem. in glo. ij. uersi. ītē si aliquis. Et hoc uerum, nisi illa uniuersalitas propositionis per coarctationem aliquam bonam reduceretur ad certitudinē sufficientem. Et sic procedit quod not. Innocen. in dicto ca. certificari. in gloss. magna. in uersi. sed quid si dicat. Ītē si ius commune talem generalitatē redderet certam & in petitione iurium episcopalium. de offic. ordi. cōquerente. & de religio. domi. c. constitutus. & not. Innocen. in d. ca. certificari. circa princip. magnæ glos. Et attende ad oppositionē & solutionē quam ibi facit: fallit ubi talis actio dirigeretur ad redditionē rationis, sicut actio tutelæ & negotiorum: quia ille contra quem agitur, debet petitionem certificare per redditionem rationis. ut C. de iudic. licet. not. glos. ff. de eden. l. j. §. j. & est text. de rei uendi. l. j. §. fi. Ratio autē, quare cum peto omnia, requiratur specificatio, est: tum quia talis generalitas uniuersalis non reddit reū certum: igitur editio non est sufficiens. ar. ff. de eden. l. j. §. j. tum quia quot sunt res in tali generalitate deductæ, tot censentur petitiones. ut ff. de uerbo. obli. l. scire debemus. Sed caue: quia hoc non procederet, nisi per modum sequelæ consequentiæ uel accessorii ad rem uel ad actionē, aut ad causam talia peterentur: ut quia peteret rector restitui contra prædicatores ad ius: quare huiusmodi percipiendæ etiam à tempore tali præterito &c. una cum perceptione à tēpore illo:

quia

quia hoc casu procederet sententia, & petitio generalis: ut colligitur ex no.Innocen.de restitu.spolia.cum ad sedem.& dicto c.certificari. Et plenius per eundem Innoc.de excessi.prælа.c.tanta.in glo.no generalem. ubi uide fundamenta huius restrictionis &c.

¶De sententia excommunic. Rubri.

Conclusio XCI.

SI excommunicatus corã auditore habente potestatem eum absoluendi ad cautelam [a] dicat se excommunicatum, quia nõ paruit monitioni post appellationem interpositã pro eo quòd recusabatur dari copia monitionis,& producat appellationem,sed nõ doceat excommunicationem secutã,nisi præsumptiue & per unum testẽ,etiã non plene probãtem,absoluendus est ad cautelam. Materia in capi.solet.& c.uenerabilibus.de senten.excommunica. lib.vj. Cõsilia.Ego salua reuerentia puto contrarium.Nam ubi textus requirit probationem,ego intelligo de plena.de rescript.olim. de probatio.in præsentia.cũ simil.Modo text.hoc casu requirit, quòd probetur appellationem præcessisse, igitur &c. de sentẽ.excommu. uenerabilibus. a in fi.Item quòd dubia probatio non sufficiat quo ad hoc: uidetur probari per ea quæ not.per Ioan.And.in d.capi.uenerabilibus.in fi.ubi not.quòd non sufficit probare: quia eadem die excommunicatio & appellatio interuenerint. Itẽ licet sufficiat probare,quòd appellatio & excommunicatio quo ad effectũ obtinendi hanc absolutionẽ ad cautelam facere rem dubiam:ui delicet an excommunicatio fuerit nulla uel non iuxta theoricam datam per Innocen.de senten.excommunica.lib. vj.c.licet. & ibi per glo.tamen ubi lex induxit certum modum faciendi rem dubiã:ab illa recedere nõ debemus.ff.soluto matri.l.si uero.§.de uno.Item illum modum non debemus in dubio ponere,sed in certo:postquàm lex illum modũ recipit in certo.Modo ubi petitur absolutio ratione appellationis, lex uult quòd constet de duobus: uidelicet q̃ appellatum fuerit ex causa probabili:& quòd appellatio præcesserit excommunicationẽ: ut c.solet.& c.uenerabilibus.alleg. & uult quòd de his primo constet, ut in iuribus allega.Vnus enim testis clarè deponens non probat: ut C.de testib.l.iurisiurandi.& extrà eodem titulo.c.licet igitur &c.

¶Absoluendi ad cautelã. *Nota quòd talis absolutio ad cautelam sit sine*

fine aliqua solennitate. Et uide per Hosti. de testi. uenientes. §. ult. Adde per eundem in summa. titu. de feriis. §. quid in eis. quod potest fieri diebus feriatis.

¶De re iudicata. Rub.

Conclusio XCII.

INTERLOCVTORIA lata parte nō uocata, ualet ipso iure. no. Inn. de procu. c. auditis. secundum do. Pe. de sarce. Consilia. Idem no. ipse Inno. de offi. iudi. c. ij. ut mihi apparet. tamen ibi uide. Ratio huius est: quia talis interlocutoria quo ad ordinē magis fertur contra ius partis quàm constitutionis. Nec est in ea iure cautum quòd nulla sit ergo &c. arg. §. ubi autem. in c. uenerabilibus. de sent. excom. li. vj. Caue: quia hoc fallit in interlocutoria quæ ferri non pōt propter sui ponderositatē sine causæ cognitione, quin sit nulla: ut l. minoris. C. de prædi. mi. Cognitio causæ sine partis uocatione haberi non potest. C. si per uim uel alio modo. l. fi. sed negari nō potest, quin semper sit iniusta: ut ff. de re iud. l. de unoquoque.

¶De officio uicarii. Rub.

Conclusio XCIII.

a LICET uicarius [a] generalis non habet collationem beneficiorum, ut c. ulti. de offic. uica. lib. vj. habet tamen institutionem præsentati. de institu. c. ex frequentibus. argumē. eo. titu. cap. j. lib. vj. Consilia. De uicario hoc satis credo: quia talis habet generalem spiritualium administrationem: maxime quo ad ea quę non sunt liberæ sed præcisæ necessitatis, & quæ expediuntur per modum iustitiæ. Nā uerisimile est quòd talia episcopus cōmittere uoluerit. Quod hoc sit necessitatis, ꝓbat c. decernimus. xvj. q. ultima. secus forte de uoluntariis. ut c. ecclesiæ. de supplen. negli. præla. lib. vj. cum ibi not. per Ioan. mona. & uide infra *in una conclusione.* Præterea quia hoc sub suo uicariatu comprehenditur, & non reperitur exceptum, ut uidetur *in ratione cap. j. de inst. libro vj. alleg. de officiali generali deputato* ad causas non habente potestatem uicarii. Contrarium puto: quia ex sua commissione generali *ipse* non habet se intromittere, nisi de cognitione causarum: ut de officio uicarii. cap. ij. lib. vj. & cum talis constitutio non est de spectantibus ad cognitionem causarum. argumen. not. infrà in con. tūc puta rem secus: quia tunc ad causarum cognitionem pertineret. & facit nota. Ioan. Andr. in cap. ij. de officio uicarii. lib. vj. alleg. in no. non obstat prædictum. cap. ex frequentibus. quia non loquitur solum de officialibus ad causas nisi sub conditione. loquitur enim solum de officiali qui ex

generali uel ſpeciali cõmiſſiõe à iure uel cõſuetudine aut ab homine ſibi data hæc facere poſſunt. loquitur enim narratiue, dicendo, quia de iure inſtituere poſſunt &c. & ibi not. Inno.

a ¶ Vicarius. *Nota q uicarius ſeu uicẽ alterius gerens, ſic debet honorari in loco & in ſeſſione et in alijs: ſicut is cuius uices gerit. Vide Hoſt in proœmio ſummæ ſuæ. & not. q uicarius nõ debet eſſe laicus, quia indecorum eſt laicum eccleſiaſticos iudicare. xv. q. vij in noua actione.*

¶ De officio uicarii. Rub.

Concluſio XCIIII.

VICARIVS epiſcopi generalis etiam habens poteſtatem reſignationis beneficiorũ recipiendi, & etiã habens poteſtatẽ inſtituendi, nõ ideo põt a permutationes[a] expedire. arg. de re. permuta. c. quæſitum. iũcta l. j. primo reſpon. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. & de officio delega. c. ult. Conſilia. Hoc ſatis puto uerum: non quia epiſcopus non poſsit alteri committere ſpecialiter: quia puto quòd imo poſsit, cum hoc ſibi competat iure ſuo, ut ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. l. more. cum l. ſequen. facit de elect. c. quia proter. uerſicu. ſaltem. & c. cauſam. eod. titu. & quod no. in nouella. de offi. delega. c. fin. ſuper uerſi. prouideri. Non enim hoc caſu hæc reperio de excep. ſed quia in generali commiſsione non ueniunt ea quæ propter ſui pondero ſitatẽ certæ dignitati & nõ alteri à iure ſpecialiter ſunt cõmiſſa. ut d. l. j. in prin. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdictio. facit c. ij. de offi. uica. lib. vj. arg. de elec. ſtatutum. lib. vj. cum ibi no. per Ioã. Modo ita eſt permuta. quia eſt quædam dependentia contra conſilium & rationem maiorum: & non permittitur niſi cum magna cauſæ cognitione, neceſſitate uel utilitate eccleſiarũ pẽſata: ut d. c. quæſitum. Sed pone quòd dat epiſcopus uicario poteſtatem quaſcũque reſignationes recipiendi libere: ſed ex cauſa permutationis fienda inter perſonas eccleſiaſticas beneficium cũ cura uel ſine cura in ſua diœceſi obtinen. de eiſdem beneficiis: an renuntiationibus receptis per uicarium ex cauſa permutationis poterit ipſe permutationem complere & conferre hinc inde beneficia reſignata? Videtur quòd non. per proxime dicta. Item per cap. fin. de officio uicarii. libro vj. puto tamen contrarium poſſe per cõcluſionem ſuprà proximam, & rationẽ ſuã & ibidem alleg. Nam licet cauſæ cognitio in reſignationibus exiſtat cauſa cognitio recipiendi & ante eos ab initio requiritur, tamen factis renuntiationibus in conferendo non requiri

tur

tur causæ cognitio: imo tũc sunt collationes necessitatis, & non uoluntatis: ut cap. uno. de rerum permutatione. libro vj. eod. titu. in clementi. in cap. uno. Ex quo concludo quòd casu nostræ conclusionis non poterit renuntiationes recipere ex causa permutatiõis talis uicariis: quia sic posset conferre quod negatum est. Sed nunquid in casu nostræ cõclusionis poterit beneficia simpliciter in manibus resignata libere conferre? Videtur quòd sic propter uerbum, instituendum. Institutio enim habet uim collationis, quando fit in titulum. Sed breuiter puto contrarium. per cap. fina. de officio uicarii. libr. vj. & quia semper in genere uenit minus, ut in l. sem per. ff. de regulis iuris. & regula, semper in obscuris. eod. titu. lib. vj. Et puto quòd uulgaris intellectus uerbi instituere refertur ad institutionem necessariam, qui sequendus est de sponsalibus. ex literis.

a ¶Permutationes. *Not. quòd permutatio initium est emptioni: imo est emptionis species. Specu. titu. de loca. & condu. §. vj. Sed an & quomodo differat ab emptiõe, uide Bar. in l. j. & ij. C. de rerum permuta. Et de permutatione beneficiorum & aliarum rerum ecclesiasticarum: uide extrà de rerum permutatione. per totum.*

¶De iudiciis. Rub.

Conclusio XCV.

SI CAVSA penden. inter duos tertius utroque uiuente & ueniente ad causam pro suo interesse ad causam huiusmodi admittatur: & eo admisso & processu facto cum eo ad aliquos actus, alter duorũ primorum moriatur: licet instãtia quo ad mortuum pereat: non tamen perit quo ad illum tertium exẽplum patrono. Consilia. Hic indubitate procedit in causa beneficiali, si ambo inuicem agebant: uel uno solo agente moriente possessore uel moriente petitore: sed possessor nihilominus insistebat pro adiudicatione sibi facienda, per capitulum, si hi contra quos. ut lite pen dente. libro sexto. & clementi. una. eodem titulo. quia si de nouo admitterentur prius non admissi, ut ibi: fortius deberet processus inter eos continuari iam inceptus. argumento de his qui sunt sui uel alieni iuris. l. patre. Sed ubi reus & possessor non peterent adiudicationem, sed solum peterẽt se absolui &c. dubitarem magis. per no. suprà circa unam conclusionem. Sed ut dictum intellectũ prædictis not. & huic conclusioni: dico q̃ in casu isto ultimo, qui dubius remanet, quòd aut ab homine uel à iure citati fuerant tales qui

poterãt intereſſe,ut c.ſtatuimus de electio.lib.vj. & cauſa ſpecialiter commiſſa contra eos, & tunc procedat omnino iſta cõcluſio:& non procedãt dicta no.inquantum huic obſtãt concluſioni.ratio eſt quia intereſſe præcedens non uenit ad cauſam,tanquam acceſſorium,ſed tanquam principale,poſtquam ſpecialiter eſt uocatus.Si uero non eſt ita, tunc cuius ueniat acceſſorie & ceſſante principali acceſſorium ceſſare debeat, ut regula, cum principalis. habeant locum dicta no.pro quo argu. optimum eſt C.ſi reus uel accuſa.mor.fuerit.l.fina.

¶De re iudicata. Rubr.

Concluſio XCVI.

LICET actore mortuo in cauſa beneficiali reus ſi cõſtet &c. poſſet abſolui ab impetitione: non tamen ab inſtantia propter ſurrogandum, & illos quorum intereſt.Conſilia.Non intelligo hanc concluſionem: quia abſoluere ab impetitione eſt abſoluere ab inſtantia: patet primo: quia talis ſententia ſecundum omnes eſt diffinitiua: ergo imponit finem nedum inſtantiæ imo toti cauſæ.ff.de re iudica.l.prima. Item abſque petitione & parte non a petẽte uera uel ficta non poteſt eſſe nec fundari iudicium: quia ex parte actoris ius metimur.ff. ſi pars hæreditatis peta.l.prima. probatur.ff.de uerborum ſignificatione.forus.§.in omni. Item quia non debet accedi ad aliquam abſolutionem,niſi uocatis illis quorum intereſt, ut patet per ea quæ dixi circa concluſionem unam ſuprà.Igitur in eorum præſentia ad ueram uel fictam contumaciam procedi poterit ad utrumq; reſpectum,nec de ſurrogando eſt cogitandum: quia illud contra ius eſt & incertum,ut cap.primo.ut lite pendẽ. libro vj. Talia autem non ſunt cogitanda nec diuinanda nec præſumenda.Igitur &c. Fateor tamen quòd auditor ex hoc ſolo,quia mortuus eſt actor, non debet abſoluere ab inſtantia:ſed debet magis tendere ad finem cauſæ, ſi commode poteſt: ne poſtea illi quorum intereſt iudicium reſtaurarent.ut extrà de procura.cap.j.& de iud.cauſam. Et hoc eſt quod uoluit dicta cõcluſio.

¶ De appellationibus. De foro competenti. Rub.

Concluſio XCVII.

IVDEX appellationis poteſt pronũtiare ſup nullitate ſine alia commiſsione. Materia in c.

dilec

dilecto. de appellatio. per Inno. Consilia. Hoc tenet Inno. in appellatione interposita à diffinitiua. Secus enim dicit in appellatione interposita ante diffinitiuam & ab interlocutoria. Et placet hoc dictum do. Ioan. And. in Specu. eo. ti. in quadam additione magna: & probatur per cle. appellanti. qa nõ licet tũc appellare nisi certa uel in certis causis expressis nominatim & specifice. Nec licet alias prosequi quàm expressas, ut ibi: & tunc appellatur solum ex causa nullitatis expressa, & dubio caret. Aut appellatur ex causa iniquitatis à nullitate specie differentis solum: & tũc nõ uenit alia species. Aut in genere ratione iniquitatis: & tunc causa est nominatim exprimenda. Item non sufficit in genere allegare nullitatem: nisi causa inseratur quare sit nulla, per dictam cle. Sed hoc non obstante, hanc cõclusionem seruamus: pro eo quod sumus in præsentia papæ ad quem potest faciliter haberi accessus. Nec ob hoc permittimus nostram iurisdictionem prorogari.

a ¶ Super nullitate, *Nota quòd nullitas sententiæ in modum replicationis opponitur. uide per Inn. extra de procu. c. ex insinuatione. Et no. quòd qui appellat à sententia nulla, potest corã iudice appellationis dicere nullam. titu. de except. & replic. §. iiij. uersicu. item nota.*

¶ De re iudicata. De causa possessionis. Rub.

Conclusio XCVIII.

SENTENTIA lata *in* possessorio requirẽti tituli probationem, suspenso tamen petitorio, nulla est *ipso* iure. Consilia. Scriptor male scripsit istam cõclusionem, quia prout iacet, de iure non uidetur posse procedere. Licet enim sententia lata in petitorio suspensa nulla sit ipso iure: secus tamen de possessorio: etiam si sit tale quòd habeat causam proprietatis: & requirit tituli probationem. Ratio est, quia illa probatio non est propter se: sed est ad tollendum intentionem agentis, ut de restitu. spolia. c. ad decimas. lib. vj. Ideo non est considerandum di spositiue. C. de testamen. mili. l. ex his. & ff. familiæ erciscun. §. qui familiæ. Item quia non requiritur ibi probatio plene quæ posset ipsi petitorio afferre præiudicium: & sic propter solum possessorium: igitur. argumen. l. fin. de dolo & contuma. l. si cum. ff. de nouatio. & quòd requiratur minor probatio, uide infra in quadam conclusione, ubi hoc probatur, & infra conclusione proxima. Et quòd non afferat præiudicium in petitorio patet: quia hic ad alium finem agitur ergo. de ordi. cogni. c. cũ dilectus. de testi. c. ueniens.

¶ De restitutione spoliato. De probationibus. Rub.

Conclusio XCIX.

IN RESTITVTORIO quod requirit probationem tituli, ut in casu c. ad decimas. de resti. spo. li. vj. & in causa matrimoniali sufficit titulū probare summarie: quia de titulo non agitur ad finem pronuntiandū super illo: sed per modū cuiusdā preparamenti, uel pronuncietur sup possessione. simile ff. ad exhibendū. l. iij. §. ibidem. ff. de lib. a agnoscen. l. si quis à liberis. §. si uel parens. & quod not. Innocē. de notorio. de uerbo. signi. c. ueniens. Consilia. Procedit conclusio. Si uis alia motiua conclusionis huius, uide infrà in una conclusione. Ex his concluditur q̄ non obstante quòd tale possessorium requirat probationem tituli, quòd nihilominus potest sibi petitorium reparari à possessorio separatim: ac etiam potest suspendi petitorium, ut in ipso a possessorio[a] solum procedatur. Sic enim uidemus in causa beneficiali omni die suspendi petitorium: quanquam tamen non admittimus petentem restitutionem beneficii, nisi doceat de titulo aliqualiter, per Innoc. extrà de fil. presby. c. constitutus. Nec mirum: quia alio & alio modo a agitur de petitorio utrobique. quia in possessorio agitur de petitorio non propter se, sed propter possessorium ad dandum sibi fomentum & colorē: & ideo super petitorio tunc pronuntiari non potest. Sed cum agitur petitorio, deducitur petitorium propter se, id est principaliter, & ad finem quòd super eo pronuntietur. Ideo probationes tūc in eo plene requiruntur. sic de testi. c. ueniens. ij. de ordi. cogni. cum dilectus. Sic procedunt no. Inn. de foro compe. Romana. §. contrahentes. lib. vj.

¶ Possessorio. *Not. quòd consultius est agere possessorio quam petitorio. l. ij qui destinauit. & ibi Barto. ff. de rei uendica.*

¶ De rescriptis. Rub.

Conclusio C.

COMMISSIO facta sup appellatione nondum interposita, nulla est ipso iure. Cōsilia. Procedit conclusio constito pro claro q̄ appellatio nondum est interposita. Nam aliàs ratione rei dubiæ ualeret, licet surreptitia esset: no. Inno. de rescrip. super literis. & de appel. si duobus à contrario. Vide super hoc supra conclusione xxij. & conclusione xxviij. & conclusione lxxxiiij. Plus uult hodie noua constitutio domini nostri moderni, quam etiam postquam est appellatum, ante tamen dationem apostolorū: a cōmissio impetrata nulla est ipso iure: qd̄ tamen intelligitur in appellation

e

tionibus ante diffinitiuam interpositis: sed secus in appellationibus interpositis à diffinitiua. Fateor tamen ubi constaret appellationem nõ fuisse interpositam tempore commissionis impetratæ: commissio effectualiter nulla esset: quia ad futuram appellationem extendi non potest. extrà de rescrip. nonnulli. Si uerò dubium est: perinde est ac si nulla appellatio præcessisset. ut l. in lege. & l. Rutilia. ff. de cõtrahen. emptio. & si eadem die fuissent simul impetratæ, quod præsumeretur præcessisse, uideretur quòd excipiens contra cõmissionem probare haberet cõmissionem præcessisse. arg. no. glosſ. in clemen. literas. de rescr. in clemen. Caue de not. per Ioã. Mona. de elec. si confirmationẽ. lib. vj. & per Ioan. And. in nouel la. quæ non ob. si bene ponderetur solutio, quam dat ibi Ioã. Andr. in nouella ad capi. fin. de rescriptis.

a ¶Dationem apostolorum. *Apostoli secundum Hosti. dicuntur literæ testimoniales, quia testificãtur de appellatione facta: & licet semel sint petiti etiam instanter, tamen sunt iterum petendi. c. ab eo. ubi gl. in uer. instanter. de appel. in vj.*

¶Vt hîc pendente. Rub.

Conclusio C I.

SI CONSTAT de non iure petentis se restitui ad possessionem beneficii per modũ attentati ex priuilegio pendentiæ litis repellitur talis. Consilia. Glosſ. posita in c. significasti. de diuor. loquens in agente ad huiusmodi restitutionem directo iudicio habet communem rationem etiam ad casum istum: uidelicet ne iudex petentem authorizet in delicto. in hoc enim non priuilegiatur agens ex priuilegio litis pendentiæ &c. sed in aliis duobus. Primũ est, quia in hoc casu agitur summariè nõ dato libello. no. ut li. penden. c. ij. in clemen. in prima glosſ. Secũdum quia sufficit hoc casu sola detentio. secus in alio possessorio. hinc est quòd in isto iudicio attentatorum non oportet ex titulo possessionem colorare: super quo uide quæ scripsi super conclusione lxxvij. Ratio huius priuilegii est: quòd priuilegium litis uel appellationis, quod uult statum in aliquo interim non mutari, non habito respectu ad hoc an status ille sit legitimus uel illegitimus, ut lite pendente: extrà per totum. & appella. per totum. Secundo contemptus iudicis & superioris. plus autem est simul offendere partem & iudicem ac duas leges, uidelicet istam quæ punit uiolentias, & illam quæ prohibet aliquid attentari in præiudicium litis & appellationis, quàm solam partem & unam solam de dictis legibus offendere

ut de se patet.igitur &c.

¶Vt lite pendente. Rub.

Conclusio CII.

SI POSSESSIO beneficii tempore motæ litis fuit uacua, & pendente lite per alium litigantium occupata,censetur innouatum contra litem. Ego solus hoc dixi annuentibus aliis ut uidebatur. Ratio mea fuit ista: quia pendente
a lite [a] nihil debet fieri super re litigiosa,per quod conditio aduersarii efficiatur deterior. Et hinc est quòd lite pendente inter duos,si alter à principe aliquid super re de qua litigatur impetret,per quod cõditio partis alterius efficiatur deterior: illud uidetur attentatum:& non ualet.not. Innocentius,extrà ut lite pendente.in capitu.ultimo. in glo.additionali.ubi etiam uidetur esse tex.Modo sic est hic, quòd grauius est agere contra possessorem quam contra non possessorem,ut de se patet &c. Sed breuiter contrarium puto. Nam actor lite pendente potest sibi acquirere nedum in possessorio,uerum etiam in petitorio nouum ius agendi ex toto: ut probatur ad literam.de re iudi. cap.abbate.lib.vj.Non obst.cap. fina.ut lite penden.cum ibi not. per Innocentium, quia textus non dicit, nec etiam Innocen. quòd impetratio renũtietur per modum attentati:sed dicunt ꝙ ea non obstante procedi poterit in lite. Nam si impetratio nõ concernit nisi præiudicium partis,tunc surreptitia est, si de lite mentionem nõ facit:& ita procedit dictum Innocen.Et est ratio:quia non est uerisimile,ut dicit Innocen. quòd in præiudicium partis litis uellet princeps aliquid concedere.capitu.ut lite pendente.per totum.de emã. liberis.nec auus.de officio delega.super eod.Si uero concernit etiam aliam,tunc capitulum etiam tangens litis pendentiam non includit:& ita procedit dictum capitu.fin.uel si facit de illo mentionem, & non de lite, quo ad illud capitulum est surreptitia.Et hoc probat etiam capitu.j.eodem titu.cum multis.& ita in effectu not.Innocen.in dicto capitu.fina.facit l.si post acceptum.ff.de rei uendicatione. cum in multis.ibi omnino uide Innocen.Hostien.& Ioan.Andr. Caue,quia imo Ioan.And.& Paulus in clemen.ij.ut lite pendente. super gloss.ij.dicunt, quòd censetur fieri contra litis pendentiam, siue quis sua possessione spolietur,siue res litigiosa alienetur, siue priuilegium impetretur non facta mentione de lite: quod credo in iudiciis tenere: licet prius dictum mihi de iure uideatur probabilius: quia quod impetretur non est attentare:ut cap.abbate.ubi acquire

quireretur sibi ius, non est attentare, ut l. si post acceptū. alle. Sed q̄ per surreptionē impetretur, non est contra litem, sed contra impetrationem & principem attentare saltem ex dicta glossa & Pau. Concludas quòd medium huius edicti, ne lite pendente, concurrit cum remediis tribus illorum cum edicto, ut lite pendente. de aliena. iud. mutan. causa fac. & de litig. de quorum differentia uide per Cyn. ne lit. pēdente. l. j. Et caue & restringe hanc materiam per not. Innocē. de constitu. cum M. in fine. penulti. gloss.

a ¶Pendente lite. *Nota quòd lite pendēte res litigiosa in nullam partem transferri debet ante causæ cognitionem. xj. q. j. cap. ultimo. xcij. distinctione. si quis ordinatus. & capitu. sequen.*

¶De probationibus. Rub. a

Conclusio CIII.

NON DICITVR constare de non iure, quandiu potest de iure doceri: licet ex productis si aliàs non doceretur, probaretur non ius, nisi ex aliquibus coniecturis præsumeretur calumnia in petente restitutionem &c. Consilia. Caue, restringe, modifica & determina istam conclusionem per conclusionem unam infrà sequentem, quæ coram do. de Aragonia fuit obtenta. Saluo q̄ conclusio obtinet indubitāter casum, in quo illa fuissent producta post suspēsionem uel ante suspensionem: sed non fuit terminus seruatus ad dicendum cōtra, præsumitur contra uolentem impugnare de non iure. ultra ibi allegata inducti potest c. ad decimas. de restit. spol. lib. vj. Fateor tamen, q̄ si ex hoc capite impugnaretur, ipse posset dicta iura impugnare suspensione non obstante: quia ista est defensio nemini denegāda. de re iud. c. pastoralis. in cle. Sed si sic faceret, eidem aduersario liceret, argumen. regulæ, non debet actori &c. Caueatque sibi reus de mali tituli allegatione propter no. Innocen. decre. dudum.

¶De restitutio. spolia. De causa possessionis. Rub.

Conclusio CIIII.

LICET procurator [a] possidens nomine domini tradēdendo alteri possessionem priuet dominum, non tamē aliàs desinendo possidere: nisi pòst alius possessionē occuparet. per no. in l. fi. C. de acqui. pos. & l. iij. §. si seruus. ff. de acqui. pos. Consilia. Licet ista fuerit sententia Io. quam sequitur Accur. & quæ cōmuniter seruatur in iudicibus: uidelicet q̄ duo sunt casus, in q̄bus dominus per factū sui procuratoris colonī uel serui possessionem non admittit. Primus

cum etiam derelinquit ab ea recedendo dolo uel desidia. Secundus cum eam alteri prodit. ut alter eandem possessionem apprehendat, per dictam l.fi.C. de acqui.pos.quod tamen oportet intelligere,etiam si dominus negligeret eam adipisci per tēpus:non tamen omnino desinēdo possidere: uel etiam si alius eandem possessionem ignorante domino interim ingrederetur,ut per hoc d.l.fi. aliquid speciale inducat, & corrigat quo ad hoc.l.fi de eo.§.j. & l.peregre.§.quibus.ff.de acquiren.possessio. inquantum scilicet dicti duo §.limitabant.§.quod si seruus. alleg. & in hoc corrigunt Ioan. seu declarant Petr. & alii doctores,nihilominus in dicta l. finali.& bene ut credo: & quo ad hoc recedo à fine conclusionis nostræ,nisi eam intelligas in occupatione facta sciente domino & suspicante se posse repelli:quia tunc de facto ipsemet dominus deiici uideretur:ut ff. de ui & ui armata.l.prima.§.finautem corpore. Ratio huius dicti,quia saluo isto casu speciali satis erat prouisum per antiqua iura,& tamen lex ista intendit addere prouisionem nouā: & loquitur indistincte. Ideo oportet quòd saltem operetur in isto casu aliàs non prouiso ualde rationabili, ut uidelicet dolus uel negligentia deferentis uel recuperare nolentis seu aliū occupare permittentis domino absente & ignorante præiudicet,etiam si alius intret possessionem, uel etiam alio non intrante,si dominus non concurrit ita diligenter ad eam occupandam. Item quia ratio l. ad hūc casum ualde bene se extēdit:igitur. Item sunt alii duo casus in quibus dixit Ioan.& glossa. post eum possessionem domino perdi.Primus est, si procurator, colonus uel seruus fuisset deiectus : intelligo etiam domino ignorante. Secundus est, si ipse procurator seruus uel colonus dictam possessionem spōte alii tradidisset.de primo est text.ff. unde ui.l.prima.§.quòd seruus. de secundo.l.fi idem.§.primo.l. prima.§.quòd si seruus.ff.de acquiren.possessio.alleg.in primo casu omnes concordant.Ratio: quia l.fi.loquitur in casu in quo per dolum uel desidiam concludit.Igitur statur hoc casu antiquis iuribus non correctis:sed in secundo casu Petrus post doctores alios tunc modernos, & Cynus in dicta lege finali.& Ioan.recedunt:& dicūt quòd procurator,seruus uel colonus,tradendo possessionem rei quam nomine domini possident dominum huiusmodi possessione non priuāt,licet enim uerba dictæ l.fi.hunc casum expresse nō tangāt:tamē ratio est uniformis

& com

& cõprehendit casum istũ.alleg. in simili.l.rẽmq; nobis.ff.de acq. pos.licet fateantur opi.Io.Andr. in iudiciis prœualere:& bene puto eã de iuris rigore prœualere: quia certũ est, ꝙ l.fi.alleg. exorbitat etiã secundũ eos à iure cõmuni, & non loquitur in istis terminis,etiã ut ipsi fatẽtur. Modo ita est, ꝙ in exorbitantibus non arguitur de casu ad casum, etiã ex identitate rationis:ut probat extra de reg.iur.c.non solũ.& c. constitutionẽ. alleg. modo d.l. fi.non loquitur in casu traditionis, ut ipsi fatentur: igitur propter eius rationem ad istum casum extendi debet.

a ¶Procurator. *De materia procurationis uide plenè per Feli.in c.accedentes.& in c.ex officij.de præscri. aliquid.in cap cum olim.de re iudi. colum.iij.*

¶De restitu. spoliat. Rubr.

Conclusio C V.

AVTORITAS superioris ordine iudicis non præcedẽtis nõ tollit iudiciũ restitutorũ.l. meminerint.C.unde ui.

a Consilia. quia factũ iudicis[a] itademũ tenetur,si legitimũ fuerit: ut in regula iuris,factũ &c. facit ff.de decre.ab ordi.fac.l.ij. & de re.eo.l.magis puto. §. si tamen. & de transac.l.cũ hi. §.si prætor. optime facit ex qui cau. in pos. ea.eo. titu. l. Fulcinius.§.ij.& C. de iure fis.l.prohibitum.& C. de meta.l. deuotũ. cum simil. Nec ob.l.iuste possidet qui authoritate prætoris possidet:quia uerũ est ubi authoritas huiusmodi legitimè est interpoũta:ut ibi no. fa.l.fi.C. si per uim uel alio modo.uide ex hoc per Cyn. in d.l. meminerint. in quæst.j. & ij. ubi reperies hanc conclusionem fallere secundum Pet.ubi princeps hanc authoritatem scienter interposuisset. ar. ff. de re iudi.l. quidam consulebant.in fi. ff. de leg.l.princeps.

a ¶Factum iudicis. *Vnũ hic nota: quòd iudex debet absq; difficultate reuocare quod perperã seu de facto fecit:nec requiritur alia causa cognitio.Tex.est no.in l.j ff.si uen.not.*

¶De officio delegati. Rubr.

Conclusio C V I.

LEGATVS de latere[a] confert beneficia deuoluta ad papam.ut de præben.uenerabili.& ibi per Inno. & de hoc plene not.de offi.leg.c.j.lib.vj. Consilia.Hanc opinionẽ tenet Inno. & Goffre. in dict.c. uenerabili. Sed Vincen. ibi contra & male: & idem tenet Specu.titu.de leg. §.nunc tractemus.circa princip. Idem Aegidius & Bonag.de sup plen.negligen.præla. §. penult. Idem Franc. & Archidia. & Ioa. And.in ca.j.de offic. lega.lib.vj. alleg. & puto quòd sit casus in c.uenerabilis.quia papa prouisum à legato ibi mãdat sine alia collatione uel cõfirmatione ad possessionem admitti. Item uidetur

detur mihi casus in ratione cle. si de beneficio. quia ut ibi probatur beneficium, latiorem recipit interpretationem in his in quibus solum agitur de præiudicio concedentis: quàm in his in quibus ageretur de præiudicio concedentis & alterius. facit de donatio. cum dilecti. cum ibi no. per Inno. & de deci. & ex parte iij. & ff. de consti. princi. l. beneficium. & extrà de consuetu. cum dilectus. Item quia si hoc locum habet in literis beneficialib⁹ natura sua ambitiosis & restringibilibus: ut de pręben. c. quamuis. lib. vj. quãto magis in beneficio siue priuilegio principis perpetuo & per modũ generalis constitutionis proprio motu papæ in corpore iuris clauso? Ideo dubium non uidetur.

a ¶De latere. *Legatus de latere potest confirmare electiones exemptorum: alij uerò legati non sine speciali mandato papæ extrà de elect. cap. abbatem lib. vj. Et potest etiam cognoscere de causis exemptorum.*

¶De iure patronatus. Rubr.

Conclusio CVII.

PER COLLATIO*nem* executoris apostolici ad episcopi collationem spectãtem, factam de beneficio spectante ad præsentationem laici, nõ acquiritur episcopo, nec deperditur patrono aliqua possessio. Consilia. Nec mirum quia ex parte episcopi hic non interuenit corpus nec animus. ar. l. quẽadmodum. ff. de acquirẽ. possess. & l. iij. §. in admittenda. eod. titu. Dico uere nec repræsentatiue: quia licet tex. uelit hoc esse speciale in possessione quærenda, quod per liberam personã etiã meo iuri non subiectam nobis acquiratur. C. per quas personas nobis acquir. l. j. quod tamen in procuratore habet intelligi. ut l. j. §. per procuratorẽ. ff. de acqui. possess. quòd hoc sibi locum non uendicat: cum hoc intelligatur ubi talis persona haberet animum querendi alteri possessionem, & hoc faceret ad illum finem: aliàs secus. ut probat tex. ad literam. de acquiren. possess. l. j. §. cum autem. modò hic secus: igitur &c.

¶De procuratoribus. Rub.

Conclusio CVIII.

SI CANONICI etiam omnes simul in loco capitulari congregati ad causam capituli pendentis in curia nomine suarum præbendarum uel dignitatum constituant procuratorem, etiã bona capituli obligando: non censetur procurator nomine capituli cõstitutus. Consilia. Sicut nec econtra. ff. quod cuiusque uniuersi. nomi. l. ij. de quo dixi suprà conclusione x. Cùm quis enim diuersis nominibus aliquid facere potest, uel plura iura in sua persona repræsentat: & expresso uno nomi

nomine uel uno iure utendo disponit: aliud tangere non uidetur. ff. de his quibus ut indign. a l. tutorem. & l. Polla. & extrà de offic. deleg. cũ super. ff. de adop. l. si pater. §. qui duos. secus si nõ ita exprimeret: quia intelligeretur fecisse eo iure uel nomine quo in dubio melius potuisset. ff. de testamen. milit. l. miles. & extrà de præscript. cap. ex officii. cum ibi nota. per Innocẽ. Ratio est: quia in incertis & non a certis locus est coniecturis [a]. ff. de uerborum obliga. l. cõtinuus. §. cum ita. Nec obst. obligatio bonorum capituli: quia aut fecerũt eam nominibus propriis, & tunc non ualuit ipso iure, nec per consequẽs debuit aliquem effectum inducere. de regulis iuris. non præstant. libro vj. cum concordan. Aut nomine capituli: & adhuc non: quia alius pro alio se & sua obligare potest: ut ff. de pignor. l. hypothecis. §. fin.

a ¶Locus est coniecturis. *Quid sit coniectura, uide* C. *de furt. l. apud antiquos. super uerbo, per coniecturam. & ff. de legat. ij. cum proponebatur in fin.*

¶De dolo & contuma. Et de sententia excommunicationis. Rubrica.

Conclusio CIX.

DOMINVS citatus procuratorem mittens propter culpam procuratoris nolentis respondere libello, non est excommunicandus, [a] ut lite non contest. cap. j. Consilia. Hoc uerum, nisi culpa seu contumacia non comparendi domino fuisset principaliter ascribenda: ut quia citatus & personaliter apprehensus, cum procuratorem nondum constituisset ad certum actum. Nam siue procuratorem miserit, siue non, non purgatur eius contumacia: nec iudicis mandato paretur: nisi ipse uel procurator compareat in termino. Et ideo tũc propter propriam contumaciam potest puniri: ut probatur ff. manda. l. si procuratorem. §. si tutores. facit l. si non distinguemus. §. penult. cum ibi not. ff. de arbitr. & plenius dixi post Barto. qui hoc not. ff. si quis ius dicen. non obtemp. l. ista. §. si procurator. Item falleret hoc statim, quòd dominus contumaciam procuratoris sciret, & etiam non purgaret: quia tunc sua propria culpa esset: ut cap. j. ut lite non contest. in fin. Habet ergo locum hæc regula, cum procuratore constituto ad causam, & non domino fuit mandatum per iudicem, quòd compareret: & si ille fuit contumax, excommunicari debuit procurator, & non dominus: nisi postea sciens neglexisset purgare contumaciam procuratoris, ut dixi.

De

a ¶Non est excommunicandus. *Nota quòd subditus tantum potest excommunicari.extrà de offic. ordi. cap.dilectus.& scienS non ignorans extra de constitu.ut animarum. libro sexto.*

¶De præsumptio. Rubr.
¶De cõcessio.præb. Rub.
¶De offi.delegati. Rubr.

Conclusio CX.

PRAESVMITVR [a]prouisio facta impetrãti post acceptationem factam fuisse post præsentationem literarum executori factam, & receptionem earundem.Consilia. Istud dubiũ supponit aliud quod est maius: uidelicet quòd prouisio facta per talem executorem non ualeret,nisi esset post præsentationem & receptionem antedictas in casu in quo literæ non essent confectæ tempore prouisionis: magnum dubium non haberet. Sed ubi iam essent confectæ literæ, sed nondum præsentatæ, dubium magnum haberet. Super quo plenissimè scripsit Reuerendissimus pater & dominus meus do.Cardin.Sancti Eustachii: cuius scripta infra reperies immediate post præsentem conclusionem. Suppositio igitur quòd nõ ualeret collatio etiam confectis literis ante præsentationem earum, currit dubium huius conclusionis. Hanc conclusionem clarissimè potes deducere per ea quæ scripsi supra circa conclusionem lxvj. & quæ not.glo. in cle.literas. de reseri. quia constat intentionem impetrantis esse probatam: nisi per exceptionem oppositã & probatam eneruetur. ibi uide. Ad elucidationem clariorem præmissæ conclusionis hic interserere disputationem quandam subtilissimam Reuerendissimi patris domini Flandrini decretorum subtilissimi professoris, sancti Eustachii dyaconi Cardinalis, quæ hic sequitur. Istud factum circa quod multæ difficultates palatii uersantur, diuidi potest in tribus dubiis.Primum, si episcopus qui communiter deputatur in formis pauperum executor committat in genere officiali suo potestatem purificandi omnes gratias, in quibus est uel erit executor deputatus, utrum uirtute huius commissionis officialis possit purificare gratias nondum factas tempore cõmissionis factæ sibi per episcopum ipsum, licet postea fiant, & episcopus deputetur executor in eis:& istud dubium procedit solum in gratiis formæ pauperis. Secundum dubium, si non potest purificare iste officialis gratias nondũ factas tempore commissionis suæ,uel alios processus necessarios pro ipsarum gratiarũ executione facere:utrũ sal tẽ possit purificare gratias prius factas,

factas, super quibus nondū erāt literæ apostolicæ confectæ, nec executores super eis in cancellaria nominati, uel per ipsum dominum uicecancellarium deputati. Et illud dubiū procedit tam in principali executore, quàm eius commissario generali, quo ad omnes gratias, uel speciali quo ad certas tā in executione gratiæ quàm formæ. Tertium dubium, si non potest executor uel eius cōmissarius facere processus super gratiis etiam iam *factis*, super quibus nondū sunt confectę literæ nec executores per uicecancellarium deputati: utrum saltem possent super eis in quibus literæ confectæ sunt, sed nondum sunt per ipsum executorem receptæ. Circa primū dubium *licet aliqui hactenus* uoluerunt sustinere, quòd officialis episcopi cōmissarius per ipsum generaliter deputatus ad purificandam gratiam pauperum potest in uirtute istius commissionis purificare gratias etiā postea factas: ex eo quòd cū episcopi soli de consuetudine curiæ deputētur in talibus gratiis executores, hæc potestas sit uirtute consuetudinis iuncta ordinarię, *uidetur* sapere naturam eius cui iungitur de plano. Contrarium est tenendum & declarandum. Nam tales executores ut executores delegati sunt: & delegata iurisdictione in faciendis processibus utūtur nō ordinaria: de offi. dele. cū plures. & c. fi sup. & c. is cui. lib. vj. eo. tit. c. iudices. in cle. Antequam ergo sunt dati, nullam penitus habent potestatem, & per consequens nullam possunt alteri committere. j. q. vij. c. Daibertum. de iure patron. c. quod autē. & ita tenet expresse. Io. mo. de offi. ordi. c. Romana. lib. vj. Et idē Guilel. in quocunque delegato generaliter loquens: in Spec. tit. de leg. §. excipi potest. uer. quid si committentes. & idem Pau. de hęre. c. j. gl. j. inquisitionibus. in cle. Ratio in oppositum alle. nullo modo uera est. Nam nec semper episcopi dantur executores in forma pauperum: & si darentur, non reciperent potestatem suam ab illa consuetudine: cū sit nullum ius nullam potestatem penitus tribuens: sed ex sola superioris uoluntate dependens: sed eam recipiunt ex principis commissione. Circa secundum dubium multi sunt opinantes, quòd post quam pauperis supplicatio est signata, statim potest sibi executorem eligere: & eo ipso executor sit electus, etiam electis literis non confectis: imo nondum in cancellaria nominatus uel datus potest libere procedere ad gratiæ executionem. Et isti se fundant in hoc, quòd papa signando supplicationem partis, simul facit gratiam, & super ea dat

dat parti executores, licet non nominatos & certos. Ergo cum executor ex signatione principis sumat fundamentaliter potestatem suam: habet etiam cum eius exercitio ex tempore datæ supplicationis: de rescript. cap. eam te. & eod. tit. c. tibi qui. & c. si eo tempore. lib. vj. de præben. c. si cui. & c. sæpe. eo. lib. cũ similibus. Et hoc ut uidetur istis inconuincibiliter probant literæ quæ postea super gratia conficiuntur, quę eis indispositiue cõtenta est: sicut est datio executoris: sic probant efficaciter, quòd ista probatio per aliquam aliam contrariã perimi potest. de proba. c. ex literis nostris. in cle. cum ibi not. per gl. Pau. Et isti pro se allegant tex. pro determinatione. de rescript. pastoralis. §. fina. æquiparantes dationem executorum incertorum commissioni super rebus incertis & cõtra incertas personas, & declarationẽ seu specificationem partis rerũ & personarum incertarũ declarationem seu specificationẽ partis incertorum executorum. Isti etiam pro se allegant glo. doct. dicentium, quòd gratiarũ quarũ pars est executoris datio. de off. deleg. c. si super gratia. lib. vj. potest fieri sine literis: & sup literas præuenit, ut uidetur text. de sepul. dudum. in fin. in cle. ubi hoc not. per Inno. de rescrip. c. constitutus. per Archi. in proœmio. vj. lib. Sed contraria opinio uidetur esse clara de mente Inno. & pro ea declarãda. Nam papa ad cuius uel sui cancellarii officiũ pertinet dare executores certos & nominatos & nullo modo partis: est ille à cuius potesta te ipsorum executorũ potestas & officium omnino dependẽt: & ex hoc, sequitur, quòd partis nominatio uel electio nihil operatur omnino quo ad dandum executorum potestatẽ uel usum exercitium potestatis. hoc satis clare probat text. de rescrip. tibi qui. lib. vj. ibi, à nobis certo executore concesso &c. Non ergo certus & nominatus executor recipit potestatem uel exercitiũ uel usum potestatis à nominatione uel electione partis, sed à concessione principis, quam facit per se uel per suum ministrũ ad hoc officium deputatum. de crimi. fal. ca. quàm graui. cum ibi not. lib. vj. ibi, similiter. & per eã q̃ totaliter illi ab ipso solo Romano pontifice conceditur &c. de præben. c. j. in cle. ibi, quanquam confectis super ea literis sit incertum &c. aliàs incertum pro hac parte, quòd iudex delegatus cuiusmodi est executor. de offic. deleg. c. iudices. in cle. si incertus sit datus, non habeat potestatem uel usum potestatis, etiam si ex electione partis reducatur ad certitudinẽ, nisi primo ad speciem sit descensum ex

princi

principis ſpecificatione. uidetur b
caſus ſecundū uerum intellectū
doc. de reſc. ad hoc ſummus. per
quem ſolū ſi non eſſent alii hæc
pars eſt tenēda: aliàs ſequeretur
q̄ executorē electū per partē do
minus uicecancellarius inuitus
dare teneretur: q̄d eſt abſurdū:
cū inferior nō poſsit imponere
legem ſuperiori ſuo. xxj. diſtin.
inferior. de maio. & obe. cū infe
rior. de elect. ne Romani. in cle.
& ſi inſpiciantur tex. ſuper geſtis
executorū loquentes, clare ſem-
per innuūt literas poteſtatis eo-
rum per prius eſſe factas, & ap-
parere pōt cuilibet inſpicienti,
& magis declarabitur in ſequēti
dubio, dūmodo allegata in op-
poſitū non ob. Primo non obſt.
quod allegatur, ſcilicet q̄ exe-
cutores qui cū gratia ſimul dan-
tur, recipiunt poteſtatē ſuā fun-
damentaliter ex ſignatione fa-
teor ſupplicatiōis. Sed quia gra
tia facta per principē ante con-
fectas literas eſt quædā res uni-
formis, quæ poſtea in cōfectio-
ne literārum formatur, politur,
& ad ſuū eſſe perfectū per addi-
tionē clauſularū neceſſariarū &
dationem certorū executorum
reducitur: ideo executores in
ea deputati antè nō uidētur poſ-
ſe exequi, quàm ipſa eſt ad ſuū
eſſe perfectū reducta, & ipſi exe
cutores per illū qui potuit ſpe-
cificari & nominari. Inde dicunt
docto. q̄ in beneficialibus lite-
ræ habentur loco tituli b, ut no.
Compo. de reſcrip. ſuper literis.
ad finē. Archi. & Io. And. de hoc
no. de litis conteſt. c. uno. lib. vj.
Igitur antequam fuerint cōfec-
tæ literæ non uidetur habere
pars titulū ſaltē in ſuo eſſe per-
fecto, per illud quod præmiſi, &
per conſequens: nec executio
uſum ſuæ poteſtatis cū acceſſo-
rium nō præcedit ſuū prīncipa-
le, ſed ipſum ſequatur. de reg. iu.
c. cum acceſſor. lib. vj. Ad c. lite-
ris noſtris. de probat. in cle. re-
ſpondetur, quòd iſta probatio,
ſcilicet q̄ executores, qui pro-
ceſſum fecerunt ſolum & dun-
taxat nominatim & in ſpecie &
in cancellaria, dati & conceſsi
fuerūt poſt factos proceſſus, eſt
probatio partem releuans & in
nullo perimens diſpoſitionem
prolatam per literas. Iſta enim
ſunt cōpatibilia. Iſti iudices fue-
rūt ex tempore datæ literarum
conceſsi, quia ex generalitate
ſupplicationis comprehenſi ſi-
cut probant literæ una cum ipſa
ſupplicatione, ex qua extrahun-
tur, & de longo tempore poſt
fuerūt nominatim ſpecificati in
confectione literarum, ſicut ha-
bet partis probatio, quæ per cō-
ſequens infert, quòd pro tem-
pore quod effluxit medium in-
ter datam ſupplicationis, in quo
non ſpecificātur, & ſpecificatio-
nem ſeu conceſsionem de no-
minatis in cancellaria factā ni-

hil facere penitus potuerũt, per superius allegata per cap. pastoralis. §. fi. Non obstat quia specificatio iudicum non pertinet ad partem, sed bene pertinet ad partẽ specificare res super quibus & personas cõtra quas agere uult. Non obst. quia licet datio executorum in genere præcedat literas; descensus tamen de genere ad speciem, & nominatio iudicum quæ debet præcedere quemcunque actum per ipsum gerendum: cum actus sint indiuiduorum, primo metaphysicæ, non generum, sic in confectione literarum. Circa tertium dubiũm, ubi iacet lepus, magis instandum est: in quo multi tenent indubiè, q̃ executor quicunque ante receptionem literarum habet potestatem plenariam exequendi ac ipsius potestatis exercitium, mouentur ex hoc, quia princeps dans executorem statim cum dat certum & nominatum transfert in eum & iurisdictionem seu potestatem exequendi ac ipsarum potestatis & iurisdictionis exercitium: cum in istis tẽpus datæ sit considerandum, ut in iuribus suprà in aliis dubiis allegatis: & maxime procedit hoc in executione principis, qui potest inuitum & ignorantem dare. ut ix. quæstio. tertia. cap. per principalem. cum ibi not. sicut potest & ab inuito & ignorãte iurisdictionem reuocare. C. de iudic. l. iudicium. de concess. præben. cap. quia in cunctis. in §. ex parte. libr. vj. Et si dicatur per aliquos, quòd habet potestatem, non habet exercitium: non uidetur istud uale re: quia cum cõstet quòd habet potestatem re ipsa, & non constet aliquo iure determinatum exercitium huius potestatis esse legatum: dicendum est ipsum exercitium inesse potestati, & concurrere cum ipsa, ut satis clare probauit allega. decret. quia cunctis. & eodem tit. & lib. cap. si soli. & c. cum ei quem. in cle. Alii, & maior pars tenent oppositum: dicentes quòd nullus executor habet potestatẽ quoquomodo procedendi ad executionem gratię, in qua executor deputatus antequam recipit literas suæ potestatis, saltẽ quo ad deducendum potestatem ipsam in actum, & si faciat, totũ, quicquid facit est nullum. Mouentur ex hoc, quia princeps gratiarũ executoribus gratiarũ semper mandat potestatem eorum per suas literas certam formam continentes, ad cuius formæ obseruationẽ executor ipse astringitur mero iure. de rescrip. cum dilecta. de restit. spol. c. Pisanis. de præben. c. cui. de non. libr. vj. ergo simul cum literis, per quas mandatur, ipsa potestas potestatem ipsam & eius exercitium recipiunt ipsi executores. per l.

qui

qui absenti.ff.de acquiren.poss. & facit ad hoc quod not. nij. q. v.c.quisquis ibi, postquã ipsum literas recepisse cõstiterit. sic in simili no.glos.de cle.ex.mi cap. ad apostolicę.glos.magna.& ij. q.v.cap.quanto.& maxime quia postquam princeps arctat executorem ad formæ obseruationem in literis ipsis contentæ,de qua executor non potest habere plenam notitiam aliàs quàm per ipsarum literarũ inspectionem, ut probatur de rescript.c. si qui.& c.cum adeo.de fi.instru. c.contingat.& clarius de priuil. c.porro.de mente ipsius principis cõiecturari uidetur, quia ea tunc demum utatur, cum receperit literas,per quas de intentione ipsius habeat plenius informari,cui menti standum est, etiã si uerba hoc non haberent. de rescrip.c.causam.de uer.sign. c.intelligẽtiam.j. §.j. marchion. xxxvij.distinct.c.relatum. in cle. de iureiur. c.Romani principes. pro hac parte facit. Nam quicquid sit de iure ciuili,Canonistę ut plurimum tenẽt, quòd iurisdictio seu potestas delegata nõ acquiritur, nisi scienti & consentienti:ut uidetur text.xxiij.q. ulti,spe. & ibi not.idẽ not.Archi,de offi.deleg.c iudex.lib.vj. Et facit ad hoc,quia sub clausula impotentiæ includitur uoluntas, ut est expressum de officio delega.c,prudentiam. c.addicimus.quasi si non uult,nõ transferatur in eũ iurisdictio, & per consequens non possit.cũ iudex nõ sit.de rescrip.scisitatus. Nec secundum istam opinionẽ obst. quod opponitur huic rationi.sci licet quod officiũ iudicandi est minus necessitatis, quod mero iure inuito uel ignoranti quæratur:sed quia ad hoc munus subeundũ potest quis inuitus compelli.de offic.delega.c.pastoralis.primo responso.Et istius opinionis uidetur esse clare Inno. de concess.præben. c. quia cunctis. §. ex parte.& Ioan.Andr.& alii moderni post ipsum, sicut de beneficio est expressum. de præben.c.si tibi absenti.lib.vj.& eo.lib.de rescript.c.gratia.Cõsentire autem non potest,ut potestatem executiuam acquirat & eius exercitium, qui ipsam potestatẽ ignorat, & eius formam. de præbẽ.c.si beneficia. quæ decret.cum not.ibidem:bene facit ad hanc partẽm, & uidetur expressum in l.si per errorẽ. ff. de iurisdictio. omniũ iudicum. in his quæ not. de offic. delega.c. p.& g. Quid dicendum? Maiori parti cõsilii usum fuit,quòd executor quicunque non potest exequi illud quod sibi ad exequendum mandatur, nisi primo receperit literas suæ potestatis uniuersaliter allegat.Et licet aliqui magni uoluerunt facere distinctionem inter executorem, qui

c dictio

fine aliqua cognitione potest procedere ad executionem eorum, quæ sibi iniunguntur, & illum qui habet præmittere causæ cognitionē parte uocata uel ex suo officio: satis uidetur de mente iuriū & docto. authenticorum iuris canonici esse, quòd nullus executor possit procedere, nisi primo receptis literis suę potestatis, & quicquid hactenus obseruatum fuerit. ita uidetur mihi debere declarari, & nō procedens per domum rationum, sed inductionum tantum: breuitatis causa uidetur mihi, & hanc partem satis probant clare iura infra scripta. Primò probāt hoc decret. mandatum. de rescrip. & decret. sequens. etiam decre. per literas. de præbend. in clementi. quòd eodem modo faciunt ibi mandatum apostolicum ad te directū. Nam ille terminus pro te supponit pro termino ad quē cum sit de præterito, denotat actum perfectum, hoc est, attigisset terminum rescriptum ad quem dirigebatur, scilicet executoris: alias non esset directum sed in dirigēdo esset efficacius. facit c. Abbatem. eo. titu. ibi, qui mandatum apostolicū iam suscepit communi, ex tunc possit procedere ad prouisionem, non antea. Ad idem efficaciter facit de appellationi. c. super eum, ubi tenent hanc partē, reputant tex. nec procedit solutio aliter opinantium & dicentium quòd illa decreta. bene probat quòd ubi iudici præfigitur tempus infra quod causam debet finire, tempus incipit currere à receptione literarum, quasi ante non sit negligens si non procedat: sed bene probat, si ante uelit procedere, quod non posset: dato quòd hæc solutio nō procedat. Ratio: quia pone quòd iudex delegatus datus cum certi temporis adiectione ante receptionem literarum processit multū in causa, aut ualeat processus aut non. Si non, habetur propositum. Si ualet: ergo in potestate iudicis taliter dati erit principis intentionem frustrari procedendo multū in causa antequam literas receperat, ut illud ad tempus præcedens receptionē habeat de lucris: quod non est dicēdum. Sit ergo mens illius literæ, quod tempus ideo incipit currere, quia antedatus iudex nō potest procedere, per cap. quia diuersitatem, de concessio. præben. cum suis similib. Item alia opinio esset uera: ergo non uideo quare ille tex. nō determinasset tempus debere currere illo casu postquam incepisset procedere, si hoc posset ante receptionem literarū. similiter facit eodem tit. cap. ut debitus. cum suo uero intellectu. Ibi enim patet quod impetrans primum rescriptum, quod

nond

nondum est præsentatum, non potest excipere de ipso contra secũdum,quod iam est præsentatum:donec ipsum primũ præsentet:quare hoc esset si uirtute primi nondum præsentati posset procedi,non uideo:sed quia ante receptionem primi iudex per ipsum datus nõ potest procedere ut pars contra quam est impetratum non maneat impedita,sed semper habeat iudicem corã quo posset prosequi suam iustitiam. Ideo ante receptionẽ *primi* de ipso & de eius prioratu excipi non potest cõtra secundũ,quasi non uideatur effectualiter esse antequam iudex *per ipsum* datus possit procedere.de pœ.distin. j.cap.hæc autem uerba. de cleri.non resid.c. relatum.cum simil. Ad idem facit c.cum teneamur.*in* princ.de præben.ibi,si mandatum nostrũ pro alicuius prouisione recepe ris.& de rescri.suscepti̇ũ.in prin. ibi, suspectum ab apostolica sede mandatum. & eodem titu.c. si pro te.sed efficacius facit eodem titu.duobus. §. si uero. ubi patet, quòd quãdo illi quorum gratiæ per omnia sunt æquales, concurrunt in data:ille præfertur qui primo præsentat suas literas executori habenti potestatem prouidendi. Et ita fuit determinatum in rota me præsente.Indubitatum est autem,quòd si executor nondum præsentatis literis posset facere processus, quòd nõ præfertur alio executori literas præsentans: imò ille qui per suum executorẽ primo fecisset fieri suos processus, per ea quæ not.ibi Ioan.And.in no.glos.mag.uer.hoc addo. Ad idem eod.lib.de præben.cap.ij. in secundo responso. ibi,siue literas super aliquorũ prouisione generales, siue etiam speciales sub quocunque uerborum rece perit.& eodem titulo.cap.si pro clericis.*in* prin.ibi,literas.ut *eis* de beneficiis prouideas etiam si animarum cura sit annexa eisdem recipere.cap.contingat. & cap.si clericus.ibi,à sede apostolica recepisti. & eodẽ modo de offic.delega. cap.quoniam abbas.ibi, mandato nostro susceptο.& de restitu.spol.cap.audita. Præterea satis efficaciter facit, qui bene respicit ordinem literæ.eod.lib.de concess. præben.c.quia cunctis. ubi allegans tex.quòd ad hoc,ut per potestatem datam executori de prouidẽdo auferatur ordinario prouidendi potestas,& promittens exceptionem literarum executoriarum & notificationem earũ factã in iudicio,infert quod adhuc est necesse ut executor notificet &c. fit in processibus quæ fiunt per executorẽ,ut quælibet docet practica.Et si cõtrarium diceretur omni die executores mentirentur in processi-

bus, in quibus semper ponunt, nouerius &c. Et breuiter quantum mihi apparet, omnes text. de hac materia loquentes hanc partem innuunt: & nullum text. reperi qui efficaciter oppositū innuat. partem autem hanc tenent omnes notabiles canonistæ. Primo hoc uidetur esse de mente Ioan. xcvij. distin. c. nobilissimus. & fin. quod ipse idem not. iiij. quæst. v. cap. quisquis. & xxiiij. quæstione ultima. cap. sæpe. gloss. ergo ibidem uidetur esse clara de mente Inno. Nam licet in cap. in quæstione. de restitu. spo. opiniones recitat non eligendo, tamen in decret. cum olim. de priuile. ad finem clare innuit istā partē. Ibi enim quærens utrū delegatus possit probare per testes uel aliàs, quàm per rescriptū suæ delegationis potestatē: dicit q̄ nō, antequam sibi fuerit præsentatū rescriptū, & per ipsum receptū, per c. sanci mus. xxv. quæst. secunda. Sed si post receptionem perdatur, poterit probari per testes uel aliàs per communia iura: quare hoc esset, nisi quia iudex delegatus ante receptas literas suæ potestatis non potest uti iurisdictione sibi demandata: & per consequens non potest recipere probationes, q̄ iudex est, qui iam exerceret iurisdictionem probationes super hoc recipiendi prius quàm haberet exercitium iurisdictionis: quod est impossibile. Ad idē bene facit, ut ipse idem no. de concess. prēben. cap. quia cunctis. §. ex parte. ubi tenet quòd consensus principis committentis & executoris deputati debent concurrere antequam quæratur potestas: quod non uidetur posse esse antequā recipiat literas suæ potestatis: cum ante cōsensum debeat certus esse de potestate sua: quod non est antequam recipiat literas suæ potestatis. per alleg. cap. si beneficia. cum ibi no. per Archid. de præben. lib. vj. Item eandem opinionē clare tenet. Sed contrà ibi uidetur Innoc. & contrarium ibi Ioan. de Ligna. & dominus meus dominus præsertim mihi gratiosus, omnes tenere hanc contrariam partem: & ibi uide quæ scripsi post eum pro solutione ad cap. super eo. & ad cap. ut debitus. Hostien. in alleg. cap. ex quæstione. & Ioan. And. ipsum recitat non probando. Eandem tenet clare Guiliel. in Specul. de compe. iudi. §. penultimo. ante fin. quem Ioann. And. nedum non reprobat: imò alleg. concor. eiusdem opinionis. pro eo etiā bene facit quod ipse Ioan. not. de præbend. cap. si cui nulla. ij. responso. in not. ubi innuit, quòd nedum ante præsentationem, imò post, antequā sit processum ad aliquem ex actibus requisitis ad perpe-

tuatio

tuationem iurisdictionis res in literis formæ pauperum censetur integra, ut expiret obitu concedentis: quod non posset esse, si ante præsentationem executor posset facere processus, cum illi ad perpetuationem sufficerent. Sed clarissime tenet & clarissime remittit ibi ad Specul. hanc partem ipse Ioan. de offic. delega. c. quoniam abbas. suprà allega. super prima gl. Eandem opinionem tenet Archidiaco. de procurato. cap. is qui. libr. vj. & Guiliel. de mon. lau. de elect. c. constitutionem. in cle. Et Collect. etiam clarè loquens in executione gratiarum, qui fuit omnium ultimus & practicus curiæ Romanæ. Dic de rigore iuris hæc opinio est tenenda, in allega. decret. ex conquestione. de restitut. spolia. auditis. etiam licet nō habeam dicta sua, quòd Fed. de Senis in executione disputauit istam quæstionem & determinauit pro ista parte nō reperiri & contra disputationem, sed in consiliis suis conclusio. xxv. ipsam tenet Ioan. de Ligna. clare idem in reportatis suis. de officio delega. cap. quoniam. & plenius in allega. decre. ex conquestione. de restitu. spolia. unde uidetur iudicio meo nō esse tutum à tantorum uirorum opinione, quā nullus glossator reprobauit recedere: maxime quia in ratione & mente iurium fulcitur. Nec obstat quod alleg. ad oppositum: uidelicet quòd cum in istis rescriptis etiam in beneficialibus consideretur tempus datæ ex ipsius tempore executor suam potestatem, cuius exercitium cum non reperiatur iure ligatum, uidetur debere concurrere cum eadem. Respondeo & dico, quòd in rescriptis diuersa tempora consideranda sunt. Si enim quæratur de ipsorum rescriptorum efficacia quo ad hoc quòd possint uel nō impugnari propter aliquod tacitū uel expressum: fateor quòd attenditur tempus datæ: & pro hac parte allegatum est. Sed si quæratur de ducendo potestatem datam per literas in exercitium, & de ipsius potestatis perpetuatione quo ad ipsius iudicis personam: attenditur tēpus receptionis literarum per iura alleg. pro hac parte. Et ita notat de plano Guil. de mon. lau. de rescrip. c. literas. in cle. pro hac parte facit, quia dantur tres iudices cum clausula, quòd si non omnes &c. si alter sit impeditus procedere & recuset, nō propter hoc possunt alii duo reuera cum iurisdictionem habente procedere quousque ad eorū notit. am hoc peruenerit. ut de rescript. scisitatus. uer. dummodo. & de offic. deleg. c. prudentiam. circa prin. ibi, in hoc autem casu. licet Ioan. Andr. aliter distinguat, uide-

licet inter impedimentum perpetuum uel temporale ineuitabile, in quo non est opus exceptione: & tũc sufficit ex illa: quia tunc probatione non est opus, & impedimentũ temporale euitabile, puta incommoditate uel uoluntate: & habeat locum opi. Inno. per quod tunc talis collega ipso iure non perdit iurisdictionem, & opus esset prorogatione uel exceptionis propositione: quæ prorogatio in delegatis non habet locum: uide in regula, cum qui. in quæstione, sed tamen. Barto. tenet contrarium indistincte. ff. de condi. & demonst. l. multum. in fi. & ff. de iudi. l. ij. facit quia talis hæsitatio concernit fundamentum iurisdictionis. simile ff. de hæredi. instit. hæres institutus. in fi. cum multis similibus allega. in cap. eum qui. in quæstione per Ioan. And. Secus si aliqualiter subsidium concerneret. ut l. secunda. ff. de iudi. in fi. nisi esset apposita: quod si bene, uideas per teipsum. & uide Bar. ubi suprà.

a ¶Præsumitur. *Præsumptio secundum Goffred. in summa, est alicuius facti dubij quandoque plena, quandoque semiplena probatio. Et nota quod præsumptio concipitur ex circunstantia facti. xxxij. quæstione v. nec solo.*

b ¶Loco tituli. *Titulus quot modis dicatur, uide gloß. in cap. fin. de offi. Archi. & in cap. dudum ij. de elect.*

c *& ibi doct. in gl. in uer. utrunque.*

¶Iurisdictio. *Quot modis sumatur iurisdictio: qualiter diffiniatur: & qualiter diuidatur, not. in auth. de defen. ciuit. §. ipsos quoque. & §. oportet.*

¶De probatione doli. Rub.

Conclusio CXI.

SI MVLIER quæ dicitur in ætate xvj. annorum recognouisse sensum, dicat se per dolum aduersarii ad hoc inductam, audienda est, licet nõ dat in articulis in iudiciis, per quæ probandus est ille dolus. Consilia. Salua omni reuerentia puto quòd si super dolo aduersarii directe principaliter & immediate se fundet: debet omnino deducere aliqua specialia, quæ possunt cadere in mentes testium, ex quibus dolus ueri-similiter potest præsumi. ratio est: quia qualitercunque quis ci uiliter uel criminaliter agat, uel excipiat de crimine uel facto famoso quod alteri impingit: nõ admittitur cum tali alterius uerbo uel discrimine, nisi specificet & declaret. ff. de accusatio. l. libellorum. & de iniuriis. l. prætor edixit. in princ. extrà, de procurato. de electio. ca. primo. & cap. ut circa. lib. vj. & cle. constitutionem. eodem titu. de test. cap. præsentium. lib. vj. & de excep. pia. eo. lib. Et est ratio: quia licet probata exceptio ipso iure

non

non infamet infamia iuris, nota tamen est de facto eius opinio: ut de ordin. cog. cum dilectus. in fi. cum ibi not. & de testi. testimonium. in fi. Quæ quidem infamia facti grauis est: quia repellit quem à dignitatibus. l. ij. C. de digni. lib. xij. notat Innoc. de elec. per inquisitionem. ideo non mirum, si sub tali discrimine uagari non liceat.

¶ De probationibus. Rub.

Conclusio CXII.

SVRROGATVS tenetur iustificare ius illius ad quod seu in cuius locũ surrogatur: & per cõsequens probare omnia expressa uel tacita in gratia primi quæ ipse primus probare tenebatur. Cõsilia. Hic enim proprie locum habet regula, cum quis in ius. de regulis iuris. libr. vj. Nec obst. quòd ius autoris nõ tenear ita clare probare, sicut meum proprium: iuxta ea quæ no. infrà in pluribus cõclusionibus, quia illud habet locũ, cũ ius autoris in dubiũ nõ reuocatur, nec super eo principaliter agitur, & dubitatur, sicut in proposito lis principaliter hic uertitur super iure autoris. fa. not. Innoc. in cap. primo. de concess. præben. libro vj. Item quia in lite & litis onere iste est surrogatus, & hoc regulariter uerum. Quandoque tamen ad aliqua arctaretur autor si uiueret, ad quæ non deberet arctari surrogatus, iuxta ea quæ no. j. in una conclusione: & maxime super habilibus & promotiõe ad ordines ac legitimitate ipsi⁹ autoris: qa facilius fuisset ipsi autori ista probare, quàm surrogato.

¶ De probationibus. Rub.

Conclusio CXIII.

MAGISTRATVS in artibus expressus in literis impetrantis probatur bene per literas nationis Gallicanæ. Consilia. Ratio est: quia sufficit probatio minus plena. a ut probat conclusio proxima sequens.

¶ Probatio minus plena. *Quot sunt gradus probationum: quæ sit plena & semiplena & plenissima probatio, & ex quibus inducatur: & an sit dare mediũ inter probare & non probare: & quæ sint scripturæ quæ probant: uide plene per Bar. in l. admonendi. ff. de iureiuran.*

¶ De probationibus. Rub.

Conclusio CXIIII.

SI IMPETRANS expressit se magistrum uel presbyterum uel aliam talem qualitatem habere: oportet quòd probet ista, si negantur: & nõ oportet plene probare, sed sufficit summaria probatio. Ideo sufficit quod probet famam seu habitum & reputationem. de hoc per Ioan. And. in c. exceptionis. de litis contesta. & regula, infamibus. de regu. iur. lib. vj. Consilia. dic de his ut dixi suprà conclusione. lxxvj.

¶De reſcr. Et de præb. Rub.

Concluſio CXV.

FALSA expreſsio litis pendētiæ uel appellationis, interpoſitæ facta in gratia ſuper ſurrogatione obtenta in iure & lite, licet impediat ſurrogationem in lite: non impedit ſurrogationē in iure. Cōſilia. Item q falſa expreſsio ſeu quę nō induc it ad citius cōcedēdū nō utitur gratiā. no. Inn. in c. in noſtris. uide ſuprà cōclufione iiij. Iſta cōcluſio habet duas partes. Prima pars huius cōcluſionis nō habet dubiū: quia in eo qđ nō eſt, quis ſurrogari nō poteſt, de iure pat. cap. quòd autem. de eccle. edifi. cap. ad audientiam. Sed ut hic fiat dubiū, pone quòd lis erat facta: fuit mentio de lite & ſtatu litis falſa: ut quia non ita ſe habebat ſtatus litis, ut narratū eſt, uel nō eſt bene ex toto expreſſus ſtatus litis: nunquid erit per hoc gratia ſurreptitia quo ad litem? puto quòd non, per motiua quę circa partem huius quæſtionis ſtatim ſubdam. Secunda pars huius concluſionis prima facie uidetur dubia propter falſam expreſsionem, quæ uidetur mouiſſe ad concēdendum: quia forma literæ habere ſolet, quòd papa procedit ad ſurrogationem faciēdam, ne lis careat legitimo defenſore: ergo occaſione litis uidetur facere gratiam. Sed nihilominus ſto cum concluſione: quia nō omnia falſa expreſſa reddūt gratiam ſurreptitiam: ſed ea ſola, de quibus eſt ueriſimile, quòd eis non expreſsis papa non fuiſſet ita facilis ad concedendum, ut deduxi ſuprà. iiij. concluſione. Modo ita eſt, quòd iſta falſitas non eſt talis, quòd de ea ſit ueriſimile quòd eius expreſsio mouerit papam ad cōcedendum: ſeu quòd ea non expreſſa non fuiſſet ita cito conceſſurus: imò uidetur de iure totum cōtrarium: uidelicet quòd debuiſſet mouere potius ad denegandum, quia de iure beneficium quod uacat lite pendente donec lis pendet nec eſt conferendum nec in ea ſurrogatio faciēda. extrà ut lite penden. cap. primo & ij. lib. vj. etiam per papam, niſi uellet uti de plenitudine poteſtatis. ut clemen. j. eod. titul. ueriſimile autem eſt, quòd princeps uelit plus facere ſecundum ius quàm contra: *ut l. digna nox. C. de legi. ff. de lega. iij. l. ex imperfecto.* Nec eſt ueriſimile papā uelle uti in dubio plenitudine poteſtatis. no. Inno. de elect. innotuit. in fine. Sed pone ut ſ. dixi, quòd facta fuit mētio de lite minus plena, uel non ex toto uera, quo ad ſtatū cauſę: certe adhuc puto, q nec quo ad ſurrogatione in lite, nec in iure eſt ſurreptio. Nam quandocūq; uariatio qualitatū ſeu ſpecierū ſub genere cōtentarum nullum

effect

effectū inducit: nil ad rumbū: de eorū expressione no. gl. de exc. pra. super uer. speciē. li. vj. & do. Bar. de accus. l. liberorū. in dicto eius bene notabili. Modo ita est quòd in quocūq; statu sit causa, ita cito papa esset concessurus uel denegaturus: igitur semper est locus deductioni quam fecit in iiij. cōclusione. Nec ob. c. intermonasteriū. de re iud. cū cōcor. quia loquitur ubi agitur de causa de uno iudice in aliū trāsferenda. Et est tunc ratio: quia secundū quòd iudex plus uel aliter processit in causa: secūdum hoc presumitur ipse esse melius de causa informatus: & secundū hoc quòd presumitur melius informatus, secūdum hoc præsumitur quòd papa minus uelit cām ab eo auferre: ut ff. de excu. mino. l. penul. in princ. §. si post actam causam. ratio: quia papa propter delegatiões intēdit nō personis delegatorum sed personis litigātium prouidere. extrà de offic. deleg. c. communi. Nec ob. quod dictū est, uidelicet q; sit forma literarū: ut cā nō careat legitimo defensore &c. di co enim quòd cū papa prouidet de beneficio litigioso, seu surrogat ipse in eo duas gratias facit. Vna est quòd cōtra ius commune. c. alle. extrà ut lite pen. lib. vj. & in cle. j. eo. titu. ipse dispensat. Alia est, quia ipse prouidet, unde licet dicta clausula, ut causa &c. apponatur in prin. literarū: nō debet ad secūdā gratiam, sed ad primam referri: ratio est quare non ad secundā, quia si ad eā referretur, mala esset causa, per iura alleg. extra ut lite penden. c. j. & ij. lib. vj. in cle. e. tit. c. j. sed quòd referatur ad primam gratiā bene est: quia per hoc q; datur specialis defensor causæ, presumitur q; lis meliori Marte incedat. arg. c. fi. de electio. libr. vj. & l. fin. C. si per uim uel alio modo. Alibi fit mētio de pluribus gratiis similibus, quare una cōcessa nō uidetur alia cōcessa, nisi sit expressum. de preb. non pōt. lib. vj. Nec inefficacia unius aliā uitiat. de reser. si eo tēpore. li. vj. quia hoc casu uidetur abūdās cautela inutilis. C. de testa. l. testamēta omnia. Et hoc uerum cū inutilis est absq; uitio surreptiōis solū ex defectu materiæ. Si em̄ esset uitiosa dispēsatio ratione surreptionis: ut puta quia fuissent aliqua expressa falsa tāgētia statū causæ ad mouēdū papā ad cōcedēdū, & quæ mouere de iure ueri similiter potuissent: tunc prouisiuā gratiā etiā uitiaret, quia sublata uia per quā solā pōt ad terminū ueniri, terminus ex toto uidetur esse sublatus: ut c. dudū. uersi. insuper. cū simi.

¶ De proba. De præb. Rub.

Conclusio CXVI.

SI petēs cōfirmationē uel surrogationē in. ius aduersarii dicat

dicat se fuisse beneficium canonice assecutum: sufficit probare quòd autoritate ordinaria fuerit illud assecutus: licet assecutio non ualuerit obstãte impetratione aduersarii, in cuius locũ surrogatio dicitur esse facta. [a] Consilia. Ista conclusio habet duas partes. Prima de cõfirmatione. Secunda de surrogatione. & ad secundã refertur clausula, obstãte impetratione aduersarii &c. posita in fin. Venio ad primam partem de cõfirmatione: & dico ueritatem obtinere, dummodo totum hoc propter quod assecutio huiusmodi cõfirmatione egebat, aliàs sit bene expressum, aliàs secus: quia papa non uidetur uelle tollere quod ignorat. extrà de cõstit. c. j. lib. vj. cum concor. Et ideo confirmatio nõ ualidat nullitatem, nisi ex scientia certa. de fid. instru. inter dilectos. §. cũ igitur. & quia una nullitate sublata alia remanet: ut ar. ff. de serui. urb. prædio. l. si domus. extrà de fil. presby. c. j. de usu pa. ex tuarum. de priuile. pastoralis. Nec ob. uersi. canonice, quia intelligitur illud uerbũ ciuiliter. subaudi nisi inquantum impugnari posset ex impedimẽto expresso, ut uerba reducãtur ad mentẽ, uel contrarietatẽ euitent. ar. de uer. signi. super his. in a c. intelligẽtia. iuncto c. cum expediat. de elect. lib. vj. nisi enim timuisset de impedimento, non supplicasset pro confirmatione. Vel exponitur canonice, habito respectu ad canones cõmunes, secundũ quos collatio facta per ordinariũ est legitima: licet ius speciale reseruationis ipsam impugnet. Nũc uenio ad secundã partẽ conclusionis: uidelicet de surrogatione: & hic repetantur quæ dicta sunt circa primã partem, inquantũ ualent hic cõuenienter adaptari. Ratio huius secundæ partis est, quia cũ per surrogationẽ uoluerit surrogatus nouum ius siue nouum titulũ sibi acquirere, quod non potest fieri, si ex primo titulo iam ius habuerat: ut ff. de uerbo. obliga. l. ubi autem non apparet. §. fi. & instit. de actio. §. sic itaq;. fateri oportet quòd ad canonizationem ipsius surrogationis non oportet omnino probare ueritatem tituli primi & eius iustificationem: quia ista esset contrarietas per proxime dicta. Sed fateor bene quòd debet probare narrata eo modo quo dixi suprà conclusione lxxvj. & sufficit etiam per cõsequens, quòd probetur factum carẽs adminiculo iuris: uidelicet præcedens collatio uel impetratio obtenta à superiore: licet de facto & non de iure, prout conclusio habetur.

¶ Subrogatio dicitur esse facta.

Nota quod subrogatio quæ fit à iure in loco alterius rei quæ res haberi non potest: sapit naturam eius in cuius

L

ius locum subrogatur. Sicut ergo nō ualet alienatio rei litigiosæ: ita nec ualet alienatio rei æquiualentis quæ in locum eius subrogatur. ut in c. ecclesia. ij. ut lite pendente.

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio CXVII.

SI APPELLETVR à gra-
uamine extra iudiciū ab epi-
scopo ad archiepiscopū: nō po-
test appellatus uel appellans pe-
tere, quòd primo cognoscatur de articulo grauaminis: quia ille *est idem* cū articulo principali: sed potest petere ut primo co-
gnoscatur de appellatione an
sit talis quæ deuoluat obiiciēdo
appellatū nō fuisse infra x. dies:
a uel apostolos[a] debite non esse petitos: sed si nō obiecit hoc, & appellatio sit alias deuoluens processus factus super articulo grauaminis illa cognitiōe omis-
sa bene ualet. uide de appella. Romana. §. si uero uocatis. li. vj. & no. in c. Romana. de foro cō-
peten. in additione. circa princ. a gloss. Consilia. Ista conclusio est indubitata in terminis suis, uide-
licet cū de episcopo ad archi
episcopū appellatur. Ratio pri-
mi dicti est, quia ubi non est di-
uisio materialis & suppositalis: ibi separatio fieri non potest, ut de se patet. Et per hoc concludi tur idem fore dicendū ubi ap-
pellatur à diffinitiua: quia ibi etiam est articulus grauaminis, diuisionem nō recipit à negotio principali: & probat identitas rationis. De secundo est ca-
sus in d. §. si uero uocatis. Ter-
tium etiā non habet dubiū. Rā-
tio est: quia illa quæ annullant, nec uitiāt ipso iure, sed ope ex-
ceptionis oppositę si tacite omis sa fuerit, nō nocent: quia impu-
tet sibi appellatus quæ potuit ex
cipere, & non excepit, ut C. sen. rescindi nō posse. l. ij. cū simili-
bus. Ideo dixi in suis terminis, quia si esset appellatum ad pa-
pam, & fuisset processum etiam omisso articulo grauaminis iu-
dicialis illati ante sententiam à qua fuisset appellatum, ualeret processus, si partes non cōtradi-
xissent. ut ca. cordi. de appel. lib. vj. imo altera parte uolente se-
cundū Innocen. ibi: saluo tamen iure expēsarum. Et ita seruamus saluis his quæ notaui circa hoc supra cōclusione xxxvij. per quæ ista omnino intelligas, suppleas, modifices & restringas.

¶Vel apostolos. *Quid sint apo-
stoli, unde dicantur, & de quadru-
plici eorum specie & eorum formis, uide Specu. in iij. parte in tractatu libel. §. sequitur. uer. apostoli. Et no-
ta quòd communiter seruatur, quòd expensis appellantis sint tradendi.*

¶De fide instrumento-
rum. Rubri.

Conclusio CXVIII.

SI instrumentum de datione
apostolorū & petitione eo-
rum

rum habeat bonam datam, quo ad pontificatū, sed malam de toto uno anno quo ad numerū annorum domini: nihilominus statur ei. Consilia. Sed cōtrà uidetur: quia contrarietas uitiat totum. argu. ff. de regu. iur. l. ubi repugnātia. C. de fide instru. l. scripturæ. & extrà eo. tit. c. imputari. Item. ar. no. de simo. si ad sacros. ff. ad l. Corne. de fal. l. eos qui. Itē quia sic alterum saltem habetur pro nō scripto, & cū saltem annus est substantialis, igitur. ff. de uerbo. signifi. l. Paulus. facit ff. de excusatio. tut. l. ij. & alia allegari possent quæ reperies per Ioan. Andr. in data. lib. vj. Dici potest quòd in actu de quo agitur q̄ est executiuū appellationis præcedentis, præsumitur appellans diligens in appellādo, sicut expectans in acceptando. no. Pau. de concessi. præben. c. j. in clem. Item quia illud est de modicis, & non tam præiudicialibus. Itē fa. alleg. de errore per Ioā. And. in loco prælleg. uidelicet super fin. lib. vj. licet cōtra uidean tur facere no. per Dy. alleg. per Ioan. Andr. super dicta data. Et hāc partem uidetur tenere Dy. facit quia per hoc quòd agitur de petitione apostolorum super certa appellatione, præsumitur quod post appellationē &c. qa aliàs petitio fuisset super re inexcogitata, quod nō est præsumendum: uideatur ergo qualiter constat de data appellationis. Et per hoc poterit haberi concordia, de qua not. Ioā. And. super dicta data.

¶ De procuratoribus. Rub.

Conclusio CXIX.

LICET procurator ad agēdum à domino constitutus posit omnia quæ sunt necessitatis quo ad expediendū ea quæ sunt iurisdictionis cōtentiosæ: non tamē potest facere gratiosa & uoluntaria. Ideo nō potest se offerre ad uoluntarie confitendū: nec etiam facere *gratiā*, quòd ad uidendū testes iurare ipse uel dominus eius non debeat euocari: sicut de uicario: ut de ōffi. uica. c. fi. li. vj. iuncto c. ex frequentibus. de insti. facit c. ecclesiæ. de sup. negli. præla. lib. vj. cum ibi not. per Io: mo. *in* fin. glo. suæ. iuncto c. de institu. eo. lib. & c. illa. ne sede uacan. quod dicitur notasse Cyn. in l. ij. C. de iura. calum. circa primam oppositionem. not. in ca. j. ut lite non contesta. Consilia. Vide de *ista* conclusione infrà. . .

¶ De probationibus. Rub.

Conclusio CXX.

IAVDITOR corā quo est causa ubi uidet q̄ articulus est de iure partis & de bona materia: licet sit nimis generalis: debet & potest dicere parti quòd se declaret: aliàs quòd articulum repellet. Consilia.

filia. Plus dicit Fa. de ra. ut recitat Cyn. C. ut quæ desunt aduo. super quod si aliquid sit notum iudici ut priuato: iudex potest hoc reducere ad memoriã partis; ut puta pactũ de non petendo reo factum. Plus dicit ibi Cy. post Pe. quòd ea quæ cõcernunt aptitudinem uel ineptitudinem causæ potest iudex supplere in facto; ut C. de procura. l. exigendũ. modo hoc cõcernit ineptitudinẽ: uidelicet uaga generalitas articulorum uidetur, quanquàm in aliis curiis fieret de hoc maior difficultas. Ista tamen curia quæ ueritatem exquirit, admittit bene, quòd iudex suppleat quãdoq; de facto: maxime dubia mouẽdo parti. Et hoc est quod dicit Cyn. in d. l. una. C. quæ desunt aduoca. quia iudex potest supplere de facto quærendo. alleg. l. asiduis. ff. de lega. iij. & facit pro hoc, quia mouere dubia, non est supplere reuera in facto, sed in iure. Et hũc modum quasi adinuenit uel magis frequẽtauit in palatio dominus quondã bo. me. dominus Neapolitan. dum fuit auditor. quemodum multũ sequor: quia per hunc modum ueritas multũ faciliter aperitur: & qui seruat hũc modum uix potest in causis decipi. Itẽ solemus in palatio supplere uel auisare in facto præsertim circa ea per quæ reddetur processus nullus: quia interest iudicis, quòd processus eius non sit nullus: & sic potest intelligi dicta l. exigendũ. secundum unum intellectum: de quo uidebitis infrà in quadam cõclusione, & notorie resultantibus ex actis. Et hoc est quod dicit Cy. in d. l. una: quod in notorio iudex potest supplere de facto. ut ff. fini. re. l. si ruptione. §. inter. & de feri. l. ij. modo generalitas reddens articulũ repellendum, est uitium notorie resultans ex actis: non tamẽ debet dare modum parti articulos reparandi: quia tũc supplereret officiũ aduocati: quod esse non debet: ut l. si quis. & l. prætor. ff. de iurisd. om. iudi. Caue: quia talia non cõsueuimus facere in materia criminali, uel obiectiua: sed solũ dum agitur de coadiuuanda ueritate circa ius partis. Nec debet fieri in casu in quo aperietur per hoc graue præiudicium parti contra quam: quia iudex non tantũ debet uelle coadiuuare ueritatem unius partis, quòd alteri nimis obsit.

¶ In notorio. *Nota quòd notoriũ triplex est scilicet iuris, facti, & præsumptionis: de quibus uide in dictionario Albe. de ros. sub ista dictione, notorium.*

¶ De appellatio. Rubri.

Conclusio CXXI.

IUDEX succesiue pluribus uicibus idem grauamẽ & omnino simile intulerit, & pri

prima uice fuerit ab illo appellatum in scriptis & in debita forma:an si post alia uice ab alio grauamine primus appellãs de nouo uerbo appellat secundũ formã schedulæ primæ appellationis,quam quo ad istum effectum producit & petit inseri in actis,ac uult haberi pro insertis,nihilominus dicitur appellatio fine scriptis facta,quia uerbo appellauit licet secundũ formam schedulę.Diuisa tamẽ fuerunt consilia.Ego enim cũ quibusdam tenui appellationẽ uideri esse factam in scriptis:quia si illam schedulã tenens dixisset uerbo se appellare secundũ illam schedulã,sufficeret:ergo & hoc casu cũ ibidem sit porrigere & porrectam de nouo producere.Illa enim schedula quæ tũc repræsentauit appellationem à primo grauamine:nũc repręsentat appellationem a secundo,& nomina significant ad placitũ: & considerãs est effectus & mẽs plus quàm uerba.Nec ob.quòd uiua uoce appellauit: quia debet intelligi quòd uiua uoce dixit se appellare secundũ illam schedulam:sed hoc non obstañ. maior pars noluit exaudire.Cõsilia.Puto q; consilia bene processerunt,quia appellãs talis tenetur causam inscribere.ut ca. cordi.de appella.in vj.quod nõ facit iste: quia pro huiusmodi appellatione scripturam nullã facit.Præterea quia aut talis secundũ schedulã appellat:id est, quia uult modo uerbo appellare,modo consimili,sicut appellauit tũc dum per illam schedulã appellauit:& tũc non in scriptis, sed uerbo appellat,ut de se patet.Aut ideo appellat secundum istam schedulã, quia uult q; illa schedula habeat modo tãtũ importare suam appellationẽ quã uerbo fecit,& nõ ante uel post: & hoc certe esset contra mentẽ c.cordi:quia scriptura nõ requiritur pro momento,sed pro deliberatione iudicem instruendo & partem.Aut ut pro modo & post pro semper importet & significet suam appellationem:& tũc aut uult per hoc quòd desinat significare,& importat primam appellationẽ : & hoc certe non est uerisimile. Aut uult quòd simul significet ambas appellationes:& hoc certè est impossibile:quia uerba restricta ad unum suppositum solum, simul & semel duo suppositа importare non possunt saltem uniuoce, & in eadem oratione:ut probat c.abbate. §.pen.de re iudica.lib.vj.Modo prima appellatio erat una singularis loco & tẽpore & facta singulariter descripta:nec potest dici suppositaliter seu materialiter eadẽ appellatio nunc quæ tunc:nec eadem pars,nec idem grauamẽ:licet enim nunc uerbo possit dicere

cere & formare facere, quòd scriptura apta ex sui dispositione unicam appellationem importare & importãs in actis unã iam factam eodem significato manente aliam licet omnino similem appellationẽ importet: quia hoc esset in unico supposito materiali ponere pluralitatẽ: quod est impossibile.

¶De probationibus. Rub.

Conclusio CXXII.

SI IMPETRANS Vrbaninus reuocatus per Grego. possessor dicat se admissum p ordinarium, nedum ut apostolicus, sed etiam ut ordinarius, & Gregorianus impetrans det p imo apostolicus & non aliter: materia Gregoriani licet sit bona, tamen minus generalis est: ideo repellenda est. Fui tamen in contrarium per cap. tertio. de proba. secũdum me quòd testes super materia dicta nõ possunt deponere redden. causam, ut in d.c. Nec ob. quòd si non fuerit tunc receptus ut ordinarius, potest esse quod aliquo tempore &c. quia negatio præcedens totum tempus etiam sequens negat: ut ff. de rebus dubiis. l. is qui ecclesia. §. utrum. Sed super hoc fuit responsum per domi. Pe. de Sarcen. p quia materia negatiuæ prædictæ de natura sua nõ ualet nisi coarctata ut articulus admittatur: oportet quòd detur articulus coarctatus: & ita non sufficit generalitas antedicta. Consilia. Facere uidetur pro ista responsione, quòd articulus est obiectiuus, & requirit specificationem. de elec. ut cap. circa. & c. constitutionem. & de testi. præsentium. & de exceptio. pia. lib. sexto. Sed nihilominus supposito facto credo me bene dixisse: quia ita erat in facto, quòd eodẽ tẽpore pretendebat dictus Vrbaninus se fuisse utraq; authoritate receptum: & hoc nitebatur per unum instrumentum probare, in quo prima facie caueri uidebatur eodem tempore utrũq; factum: uidelicet receptionem apostolicam simpliciter & pure: & receptionem ordinariam factam fuisse sub hac conditione, si prima receptio non ualeret: & certe satis tunc esset coarctata huiusmodi negatiua. per not. Ioannis Andræ. de electionib. bonæ. in nouella. quia si præsens fuit tunc in capitulo, debuit uidisse & audiuisse quæ tunc ibi fiebant. Sed dic mihi an receptio conferens titulum potuit fieri sub conditione prædicta? Et uidetur quòd non. per cap. ij. de electionibus. libro sexto. cum ibi not. Dicitur enim quòd electio incerta non ualet nec alternatiua nec conditionalis: & glo. ibi no. quòd idem in collatione & in conditione etiam tacite subintellecta, nisi exprimatur.

Breuiter puto contrarium: quia conditio tacite subintelligebatur, & eo modo quo fuit expressa: quia ius in re ex pluribus causis nō quęritur, sicut possessio. ff. de acquir. poss. l. ij. §. ex pluribus. ff. de uerbo. obliga. uersic. autem. §. fin. instit. de actio. §. sic itaque. Et de fide instru. inter dilectos. §. cæterum. in fi. Igitur nō uitiat per not. per me suprà satis clarè conclusione xvj. & qualiter respondeatur ad not. in dicto ca. ij. dic omnino vt dixi suprà cōclusi. lxxvj. & tene menti.

¶De probationibus. Rub.

Conclusio CXXIII.

TENVIT Pet. de Sarce. cū magna parte dominorum quòd processus iudicis remissionis deputatæ ad partes pro eo quòd præsentata fuit per unam de partibus principalibus, & q̄ altera pars non fuit citata ad uidendum aperiri & ad cognoscēdum sigillum &c. non est nullus: aliis tamen contrarium asserentibus. Consilia. Vera est opinio do. Pet. quia iura dicentia sententiam latam non uocata parte nullam esse, loquuntur in diffinitiuis: secus in interlocutoriis & aliis processibus: not. Innoc. de procura. auditis. In his enim reperitur ius irritans: igitur ualet cum sit factum. circa quod uide omnino quod scripsi super conclusione xcij. Hic sunt tria dubia in effectu. Primum: quia commissio & remissio fuerunt præsentatæ per partem principalem, non per nuntium iuratum: sed hoc non reddit factum nullum. Ratio est in promptu: quia aut consideramus literas apostolicas directas iudicibus, & in illis non est dubium: quia etiam productę per partem fidem faciant, cum sint apertæ & bullam habeant, sicut etiā quælibet publica instrumenta producta per partem. aut ponderamus rotulum articulorum & interrogatoriorum missum sub sigillo auditoris intercluſum: & adhuc licet iudex remissionis potuisset exigere probationem sigilli, & aliàs in negotio supersedisse: tamen quia fidem adhibuit & processit, & processum suum cum dicto rotulo & literis apostolicis remisit, non est super hoc ulterius disputandum. ratio est: ex actis originalibus auditoribus habitis in curia inter partes, apparere potest manifeste, si illi articuli & illa interrogatoria iudicibus præsentata fuit illa quæ fuerat destinata ad partes. Si uero interlocutoria non fuerint reportata, adhuc illud nō uitiat ipso iure. ut c. per tuas. de testi. cum ibi not. Secundum dubium facit, quia pars non fuit citata ad uidendum aperiri, sed illud est solutum per dictam cōclusionem xcij. Tertium dubium, quia sigillum non fuit recognit

cognitum: sed solutum est per ea quæ dicta sunt circa dubium primum.

¶De sententia excommunica. Rubri.

Conclusio CXXIIII.

SI PRAELATVS contra quem literæ ad beneficium sunt impetratæ executoribus præcedentibus dicat se uelle parere, & post ex causis probabilibus dicat se parere nolle & appellet, & ideo excommunicetur: non censetur excommunicatus pro manifesta offensa[a]. Cõsilia. Nec mirum est, quia uoluntas huiusmodi etiam non est de natura sui obligatoria, imo est ambulatoria: ut ff. de iurisdi. omn. iudic. l. si conuenerit. nec dat iurisdictionem alias nõ habenti: ut l. priuatorum. C. de iudi. nec potest ualidare literas alias nullas. c. auditis. de elect. nec eas ampliare seu impugnare, cum non ab ipso, sed à papa emanent, & dependeant solum & duntaxat. Prima quia possibile est quòd ignoraret tunc huiusmodi causas, & nũc eas sciat: igitur cum causarum probabilitas quam nunc prosequitur reddit rem dubiam: propter talem voluntatem præcedentem nudam & crudam non potest reddi res huiusmodi ita certa. fa. c. venerabilibus. §. secus. de sent. excommu. lib. vj. Præterea potuit esse quod voluit tunc & male ex ignorantia iuris vel facti vel male ex inordinata sua voluntate & in prejudiciũ sui, & q nunc non velit, & bene faciunt lecta & not. C. de sacrosanct. eccle. l. iubemus. §. sani.

a ¶Excommunicatus pro manifesta offensa. *Nota quòd in ecclesia nulla est maior pœna quàm excommunicatio. xxv. q j. corripiantur. ideo iudex debet incipere a suspensione seu interdicto personæ: & demum uenire ad excommunicationem, quod est contra prælatos nostri temporis: qui immediate pro qualibet causa fulminant sententiam excommunicationis: & frequenter ecclesia ducitur in contemptum. Notat Abbas in c. clericos. de coha. cle. & mulie.*

¶De probationibus. Rubri.

Conclusio CXXV.

SI APPELLATVS uel appellans in commissionis impetratione per eum facta & producta narrat sententiam esse latam: talis narratio fidem facit. Consilia. Facit not. Ioan. andr. de iureiurando cum impositionibus. in nouel. lib. vj. ubi deducit qualiter narrata in iudicio probant etiam in alio iudicio. Sed contrà: quia uerba narratiua non prolata propter se, sed propter aliud, confessionem non inducunt. C. de testa. mili. l. ex his uerbis. & ff. famil. herciscũ. l. qui familiæ. Solutio. Dico quòd si illud tale prolatum

latum propter aliud nihilominus est tale qd, de quo pro nũc etiam principaliter agitur, uel quod inter partes in dubiũ reuocatur: tunc certe bene uerba super hoc narratiue prolata facerent confessionem, & probationem: quia tunc non censentur proferri incidenter, sed principaliter: & ita propter se, ut si respondendo interrogationi partis aduersæ uolentis contra me agere communi diuidundo narratiue ipsum esse hæredem pro parte, cum de hoc dubitaretur uel ageretur forte in modum a causæ: ut ff. de donationibus. l. quidam. & ff. de interrogatoria actio. l. de ætate. §. qui interrogatus. & ita intelligo not. Ioannis Andræ. posita in dicto capitulo, cum impositionibus. alleg. Idem credo si ad aliquid consequendum & principem mouendum &c. Ita procedunt not. Ioã. Andræ. posita in dicto capi. cum impositionibus. allega. Idem dispositiue in articulis ut admittatur ad id probandum. hoc dicat pars: quia his casibus nõ censentur uerba simpliciter narratiua, sed dispositiua. Item quia qui uult consequens &c. l. illud. ff. de acquirenda hæreditate. Et ista colligere potes ex dictis Cyni in l. j. C. de fal. cau. adie. aliter uerba narratiua non probant: ut l. ex his. & l. qui familiæ. alleg.

¶ De rescriptis. Rubr.

Conclusio CXXVI.

IN EXECVTORE deputato ad confirmationem electionis habet locum c. statutum. de rescrip. lib. vj. uidelicet si impetrans impetrat specialiter cõtra certum, & sunt ambo eiusdẽ diœcesis & impetratur in tertia: totus processus erit nullus. Sed si impetretur contra illos quorum interest generaliter nullo certo competitore expresso: tũc secus secundum aliquos. Tenui contrarium: quia tacitum nõ ualet plus quàm expressum a. l. qui ad certam. ff. loca. Si tamen impetret episcopus diœcesis alterius: Papa uidetur tunc ex certa scientia, non ob. c. statutum. uelle quòd ualeat processus habitus extra communem diœcesim &c. quia narrata &c. dixi in c. j. de consti. lib. vj. in repetitione. & in hoc fuimus concordes. Cõsilia. Ista conclusio habet tres partes. Prima est clara coniungendo. c. fi. de elec. lib. vj. cum c. statutum. alleg. Secunda pars habet dubium: quia necessario requirit distinctionẽ. Nam aut loquimur de parte illa illius c. quę loquitur de qualitate personarum, quæ possunt à sede apostolica uel eius legato tunc deputari: & ponitur in §. j. Aut loquimur in parte tertia, quæ dicit ubi deputati iudices possint procedere: & ponit in §. nullo quoq.

Aut

Aut quærimus de secunda parte quæ statuit ad quæ loca seu cum qua distantia ualeant iudices huiusmodi deputari: quæ ponitur in §.cum uero.& §.cũ autem. Aut loquimur in aliis partibus quę ponũtur in §.insuper.& §.sequentibus.usque ad fi. Si loquimur de prima, tertia & aliis partibus dictæ decretalis præter secundam, credo huic secundæ parti huius conclusionis locum non fore, sed potius primæ, quæ habet dictæ decretali locum nõ fore: quia non subest ratio quo ad illam, quare recedi deberet quo ad eam à dicta decre. cum conuenienter in eis ualeat obseruari: & non reperitur cõtrarium esse à dicta decre. exceptũ. Sed in secunda parte decre. satis est dubium. Sed hic subdistinguo: quia aut loquimur de huiusmodi interesse prætẽdere ualentibus seu prætendẽtibus, qui sunt in ecclesia, de cuius confirmatione agitur, & qui potuerũt uerisimiliter prouideri: & tunc dicamus illos contra formam dictorũ §§.cũ uero. & sancimus. trahi non posse. Nam ponendum est huiusmodi edictum in loco in quo uerisimile est tales esse: ut not. Accur. ff. ex qubus causis in possessionẽ eatur. l. hęc autẽ. §. j. ubi sunt clerici & subditi ac prælatus illius ecclesiæ: quia illi sunt quos tangere põt, & qui possint uerisimiliter prætẽdere interesse: ut no. de elect. lib. vj. quocirca in glo. quorum interest ut canonici &c. facit in ratione c. scriptum. & c. postquã. de elect. Aut loquimur de aliis qui ualent prætendere interesse, qui non possunt uerisimiliter præuideri: & tunc propter impossibilitatem oportet fateri, quòd in eis non seruetur forma. Idem si hi qui uerisimiliter præuideri possunt, non sunt in eadem ciuitate nec in eadem diœcesi, nec prope ad duas dietas: sufficit enim tunc quòd in ecclesia fiat, ut sunt illi quorum principalius præsumitur interesse, quia in dubio, nisi quòd magis principale etiã debet ad se trahere id qđ est minus principale. ff. de statu hominum. l. quæritur. habetur oppositum ff. de ui & ui arma. l. & si non sunt. §. præueniamus. de præben. c. si is cui. de casi. de consecratio. eccle. uel alta. c. uno. libr. vj. & cap. quod in dubiis. eodem titu. in antiquis. cum similibus. Licet secundum ueritatem tales non uideantur trahi nec ultra formam non ultra locum dict. cap. Tertia uero pars nostræ conclusionis patet per nota. Cy. C. si contra ius uel utilitatem publicam. l. finali. post Iacobum, Petrum & Innocentium, cap. primo. de rescriptis. gloss. capitu. primo. de constitutio. facit ff. de actione empti. l. prima. in fine. & l. em-

ptorem, secundo respon. de edilitio edicto. l. j. §. sed si quæratur. ff. de excu. tut. l. Vlpianus. §. fin. & est hoc no. menti tenendum, imo tota conclusio, saltem partes iij. uel ij.

a ¶Expressum. *An uitiato expresso uitietur tacitum: uide ff. de uulg & pup. substi. super rub. in materia sub stit. in materia uulgaris. circa fin. in pluribus partibus. Et not. quòd taciti & expressi eadem est ratio, & idē effectus, nisi diuersitatis ratio appareat. Panor. in c. cum ecclesia. de causa pos. & proprieta.*

¶De re iudicata. Rub.

Conclusio CXXVII.

SENTENTIA lata in causa talis confirmationis uel informationis electionis est nulla ipso iure, nisi pars ad eam audiēdam sit uocata: quia talis sententia est diffinitiua. Consilia. Vt ff. quæ sen. si. appel. rescin. l. j. §. Itē cum ex edicto. quia de lōgo ordine hic cuādum non est: ut cle. dispendiosam. de iudi. iūcta cle. sæpe. de uer. signi. licet secus de iure antiquo. no. Inn. & alii doc. in d. c. fina.

¶De iure patrona. Rub.

Conclusio CXXVIII.

a SIVNVM patronū de possessiōe iuris patronatus[a] eiecit episcopus sine præsentatione alteri conferendum, sic quòd collatio habet effectum, & postmodum alia uice uni conferat executor deputatus ad collationem episcopi: alii uero conferat executor deputatus ad præsentationem patroni eandem ecclesiam &c. obtinet collatio executoris deputati ab episcopo uel ad collationē episcopi. Sed dubito: quia eiiciens non potest dici bonæ fidei possessor. Quid si non fuit deputatus executor ad præsentationē patroni, sed ipse patronus episcopo pręsentauit? episcopus præsentatum admisit, instituit, & in possessionē induxit per nūtium apostolicum? hoc casu præferri. de quo dubito: qa eoipso quòd episcopus admisit præsentationem suam omnino renuntiare uidetur. Sed dices & non potest in præiudicium impetrantis cui iam ius quæsitū extitit ad hoc beneficium: ut clem. constitutionem. de elec. & c. ab eo. de appella. lib. vj. Item quòd si episcopus non eiicit patronū, sed executor deputatus ad collationem episcopi illud beneficium spectans ad præsentationem patroni tanquam spectaret ad collationem episcopi cōtulit: & collatio habet effectum, & potest dici quæsito possessorio episcopo, & per consequens non potest dici patronus etiam perdidisse. Dubito de his tribus conclusionibus. Consilia. Ista cōclusio habet tres partes. Quo ad primam puto sic posse distingui. An episcopus qui sic contulit absq; præsentatione patroni

sci

Iciuerit an ignorauerit patronũ esse in possessione iuris præsentandi, & ad eum ius huiusmodi pertinere: quia si sciuit mala fide egit ipsum patronum spoliando. Ideò de iure non ualuit sua collatio, nec potuit ius conferẽdi quæri illo modo. per no. Inno. de iur. patro. c. cura. Ideo a executor datus ad eum grauandum si conferret, nõ ipsum, sed patronum grauaret. Ideo non poterit, ut cap. cum in illis. in fine. & cap. mandatum. de præbẽ. lib. vj. si ignorasset secus: quia licet uno actu non inducatur consuetudo secundum communem opinionem: tamen uno actu bene acquiritur possessio: quia text. in plurali apprehensiones non requirunt: & facit ff. de publi. l. cum sponsus. §. fi. Sed quis probabit scientiam? dico quòd allegans eam. ff. de probationi. l. & regula præsumitur. Sed si probetur publica uox & fama, per aliam partẽ præsumitur sciẽtia extrà de postulatio. prælato. cap. j. qui ma. accu. poss. cum in tua. xvj. distinctio. quid dicitis. ni si patronus per episcopum allegaret excusationem, puta episcopum illum in locum alterius nouiter successisse. quia tũc præsumeretur ignoratia faciliter: argumen. regulæ qui in alterius. & l. fina. pro suo. maxime propter ius commune quod debebat credere sibi cõpetere. per hoc credo secundam partem dictæ secundæ conclusionis fuisse declaratam distinguendo ut suprà: quia dissolutio rationis oppositæ in simili facto mihi placet. Tertia uero pars non habet dubium, per ea quæ dixi suprà centesima septima conclusione.

¶ Iluris patronatus. *Secũdum Gof fre. Ius patronatus est authoritas siue potestas proueniens ex beneficiis ante consecrationem ecclesiæ collatis. Et prouenit ex fundatione, donatione, & ædificatione, uel sola collatione. ut xxvj. quæstione vij. filius. Adde quòd præsentatus ab eo qui ius præsentandi habet, & idoneus non admissus à prælato: si patronus non uariet, habet ius in re. & potest agere contra institutum à nemine uel à falso patrono præsentatum. de re iud. cap. cum Bertoldus. Si autem uerus patronus uariat, primus præsentatus non habet ius ad agendum contra secundum præsentatum & institutum: sed potest agere contra prælatum qui eum præsentatum idoneum malitiosè non admisit, differendo eum instituere, & difficultates ingerendo ut prouideat ei in beneficio competenti. iuxta ca. pastoralis. eod. titu.*

¶ De appellationibus. Rub.

Conclusio CXXIX.

QVANDO appellatur à grauamine de partibus uel ab auditore cameræ, omittimus

articulū appellationis ſaluis expen.& procedimus ſtatim in negotio principali. Cōſilia. Verum eſt altera parte uel utraque hæc petēte. Et hoc eſt uerū: quia nunquam remittimus cauſam ſiue pronuntiemus bene proceſſum ſiue male, ſed ſemper remanet cauſa in palatio terminānda. Dic tamen de hoc melius & plenius prout dixi ſuprà in concluſione xxxvij.

¶De conceſsione præbendæ. Rub.

Concluſio CXXX.

PAVPER impetrās ante purificationem gratiæ ſuæ acceptare poteſt. Conſilia. Vide iſtam concluſionem repetitam infrà.

¶De conceſsione præbendæ. Rub.

Concluſio CXXXI.

PRAESVMITVR acceptatio facta infra tēpus. Cōſilia. Dic de iſta concluſione qđ Pau. in cle. cum ei quem. de cōceſsione præbendæ. prout dixi infrà in quadam concluſione.

¶De præſumptioni. & De præbendis. Rub.

Concluſio CXXXII.

PRAESVMITVR beneficium eſſe infra taxam. Hoc intellige ſi impetrāns in genere expectati certę taxę. Secus enim ſi certum beneficium impetraret cum expreſsione certæ taxę: ſuper quo tamen dic, ut infrà dicam quadam concluſione. Ratio diuerſitatis eſt: quia plus obſunt expreſſa quàm tacita: ut l. nonnunquam. ff. de conditio. & demonſtratio.

¶De officio delegati. Rub.

Concluſio CXXXIII.

INFORMA pauperum hodierna in qua mandatur epiſcopo, quòd ſolus ipſe faciat: & ſi non uult uel non poteſt, q̄ duo alii id exequantur: epiſcopus poteſt committere. Et intelligitur iſta concluſio ſi non uult uel non poteſt: uidelicet nec per ſe nec per alium: licet fuerit de hoc pluries dubitatum. Conſilia. Vide ſuper hoc nota. de officio delegati. capitu. cum plures. libro vj. An poſsit fieri ſubdelegatio [a], non debet dubitari. ut de officio delegati. licet undiq;. & capitu. coram. eodem titulo. cū ibi not. ubi legitur, & not. quòd collega tenetur admittere ſubdelegatum collegæ cum ſimilibus. Sed eſt dubium an neceſſe ſit impedimentum eſſe tale & tantum quòd impediat ſubdelegationem ſeu ipſius delegationis facultatem. Caſus autem dubius iſte non eſſet in eo qui fuiſſet in procedendo requiſitus: quia ſi procedere per ſe uel alium uoluiſſet, uel per ſe non potuiſſet, nec delegare uoluiſſet, claro loco eſſet. per cap. prudentiam. §. addicimus. de offic. deleg.

delega.iuncto cap.ſciſcitatus.de reſcriptis. Nec puto tunc opus fore quòd delegando requireretur:quia illud de delegatione licet ſit facultatis: ut in c.quoniam.de offi.delega.tamen ſub uerbis conditionis non comprehenditur expreſſe.facit ff.de re iudic.l.miles. §.j.cum ſimilibus. & ſibi imputet qui iuris facultate ſibi data uſus nõ eſt,cum poſſet:ut de officio deleg.cum ſuper. Caſus igitur remanet dubius in uere impedito procedere per ſe, qui tamen potuiſſet ſubdelegare qui non fuit requiſitus,& qui forte ſubdelegaſſet, ſi ſciuiſſet.Sed per nota.in cap. coram.deciditur:quia in caſu in quo propter impedimẽtũ perpetuum uel temporale ineuitabile non poteſt per ſe,nec collegæ tenentur eius collegã admittere:& hoc caſu dictam requiſitionem non requiremus. aliàs ſecus.uide Ioan.And.in dicto c.coram.ſuper pen.glo.& in regula eum qui. libr.vj.in q.ibi per eum diſputata.& ex illis colligе proxime dicta.

a ¶Subdelegatio. *Nota quòd delegatus eſt cui cauſa committitur terminanda uel exequenda,uices delegantis repræſentans:& in iuriſdictione nihil proprium habens.ut ff.de offic. eius cui manda.eſt iuriſd l.j.in fi.& extrà de offi.deleg.ſane. Subdelegatus autem eſt cui per aliquẽm habentem iuriſdictionem demandatur in iudicio aliquid,uel extrà iudiciũ faciendum non iure proprio,ſed de iure mandantis.Et quot requirantur ut delegatio ualeat, uide Bart.in l.j. C.qui pro ſua iuriſdi.*

¶De præſumptionibus. Rub.

Concluſio CXXXIIII.

HABILITATES nõne gatæ præſumuntur: ſed in hoc plures contradixerũt. Conſilia.De hoc dic ut dixi ſuprà concluſione lxxvj.

¶De præſumptionibus. Rub.

Concluſio CXXXV.

SI EPISCOPVS ſuo officiali infirmo deputauerit aliũ donec ille curaretur ad decẽ dies: poſt ille alius expediuerit aliqua uirtute dictę cõmiſſionis: præſumit infirmitas duraſſe uſq; ad illos decẽ dies:ut acta ualeat potius quàm pereant:facit C.de mino.l.ſi minorẽ.Conſilia.Dicta l.bene facit.Itẽ facit ꝙ conditio ſanitatis non facit poteſtatẽ datam conditionalẽ.Cũ ergo conſtet de poteſtate pure qui excipiendo dat ipſam eſſe finitã per conditionẽ ipſius ſanitatis euentum,probet conditionẽ euenisſe.per d.l.ſi minorẽ.& per generalia duo.Primum ꝙ nõ probatur ex illa actus cõditionalis:niſi probetur purificatio cõditionis.ut ff.de cõditio.inſti.l.ſi quis itaq; hæreditatẽ.Et ſecundũ eſt, quia in exceptionibus reus eſt

actor.ut ff. de proba.l.in exceptionibus.Et facit quia in facto recēti nō præsumitur eius mutatio ita subita,nisi probetur.facit quod le.& no.præsertim Cy.de proba.l.siue possidetis.modo satis recēs tēpus decē dierū:ergo.

¶De officio iudicis. Rub.

Conclusio CXXXVI.

PROCVRATOR si de articulo ꝓbato per ꝓducta suæ partis cōtra producta aliqd detrahit, quod inficit ius partis suæ,auditor pōt sana cōscientia pro ueritate habēda illi procuratori hoc reuelare. Tū quia ꝓcurator id facere nō potuit. Tū qa de uolūtate sua propria id fecisse uidetur,ut uidetur. Cū qa nō est uerisimile q̄ unquā dominus a id mādasset.Cōsilia. Quo ad uerificationem, & probationē dictorum motiuorum: & de materia & uerificatione cōclusionis, uide suprà conclusione.cxxj.

¶De renuntiatione. Rub.

Conclusio CXXXVII.

PROCVRATOR legitime cōstitutus appellās post cōmissionē sup appellatione factā auditori & terminū seruatū per eundē in uim appellationis & commissionis prædictarum coram auditore præfato, potest renuntiare & renuntiat si compareat citatus coram iudice à quo appellauit terminum prorogationis factæ per illum iudicem à quo, inter ipsum appellantem & illum contra quē appellauit ad id agendum.Consilia. De domino satis esset clarum per cap.gratum.de officio delega.cum ibi alleg. & c.sollicitudinē. de appel. & c.ex ore. de his quæ fiunt à maio. par.cap. & c.licet.de testi. cum allega. in iuribus istis.de procura.idem dicendum est:tum quia ipse est dominus.C.de procu.l.neque. & l. nulla.& quia eius est nolle &c.in regula iuris:ergo eodem modo ficut appellarunt, ita appellationem renuntiant.

¶De locato. Rub.

Conclusio CXXXVIII.

LICET conductor nō posset locatori referre quæstionem dominii,ª cum pro eo non potest quis esse conductor rei suæ post quæstionē dominii ab utraque parte intentā: nō potest actor accumulare, sed super eadem re quæstionē pensionis.Pro primo, C. locati. l. si quis conducibilis.& ibi satis no. Pro secundo, eodem titu.l. qui rem propriam. Consilia. De secundo plenius uide in materia cumulationis per Cy.C. de edē. l.edita.q. viij. per Dyn.in regu. nullus pluribus.lib.vj. uerum est quòd coniunctio materiæ l. qui rem propriam. ad naturam cumulationis prælibatam satis facit:quia absolutoria lata in prima perit exceptione rei iudi. In secūda ; in eo quia in re propria

quis

quis non potest conductionem recipere, ut l. qui rem. alleg. Sed non est ita clarum pro eo quòd processus habitus in secũda nullum affert præiudicium in prima: quia in secunda non quæritur directe nec indirecte de dominio: sed solum de contractu ut probat. si quis conductiones. alleg. ubi probatur quòd ita bene agit dominus, sicut non dominus ex illo contractu. Tu cogita per te.

2 ¶ Quæstionem dominii. *Nota quòd dominium & iurisdictio æqui parantur. ut l. qui furem. ff. de stat. hom. Et adde quòd quando fit mentio dominij de directo intelligitur. ut est glo. secundum Bald. singu. in l j. §. qui in perpetuum. ff. si ager uectigal. & quid sit dominium plenum, uide Bart. in liij. de usufruct.*

¶ De iudicijs. Rubri.

Conclusio CXXXIX.

TERMINVS resumptionis causæ præsentia uel contumacia partis non est de necessitate ordinis iudicis. Consilia. Patet quòd resumptio causæ huiusmodi non est nisi quædam admonitio & auisatio partis expressa: modo tantum ualet tacita facta per citationem emissam ad procedendum in causa. ff. si cert. pet. l. certum.

¶ De officio delegati. Rubr.

Conclusio CXL.

IVDEX surrogatus uidetur a surrogatus cum omni ea potestate, maxime quo ad modum procedendi summariè, sub qua potuit procedere primus iudex. Consilia. De hoc uide quæ scripsi suprà conclusione xxxvij.

¶ De officio delegati. Rubr.

Conclusio CXLI.

SI PRIMVS iudex fuit deputatus super præstimoniis a ciuitatis & diœcesi. & surrogatus fuit datus ad eã causan alias resumendum in eo statu non facta mentione, nisi de præstimoniis diœcesis, nihilominus cognoscere poterit de præstimoniis ciuitatis. Consilia. Quoniã qui est de diœcesi, satis de ciuitate esse intelligitur. ar. ff. ad muni. l. q ex uico. de cens. l. forma. §. si uerò. C. de epis. & cle. l. nulli. circa fin. xvj. q. vij. omnes basilicæ. xxiij. distin. quando. de consc. dis. si quis etiam. ff. de ser. expor. l. cui. C. eo. l. ult. Nec ob. de rescript. Rodulphus, quia ibi est speciale in noua impetratione rescripti ad partes & ad lites. ut not. glo. de rerum permu. c. uno. lib. vj. in gl. ij. & Ioan. And. in nouella. in d. c. Rodulphus. Modo ista commissio quæ non est noua nec uoluntaria, imo de iustitia nõ est odiosa, sed fauorabilis. Præterea hæc est irrationabilis, per l. nulli. C. de iudi. & cap. dispendia. de rescript. libr. vj.

¶ Super præstimoniis. *Præstimonia quæ sint & quibus dentur, nota*

per

per Compoſt. de elect. c. ſtatuimus. §. ſed poſtquam. & qualis mentio debeat fieri de præſumonio, uide per Felin. in c. poſtulaſti. uerſ. circa ſecundam. de reſcript.

¶De libelli oblatione. Rubr.

Concluſio CXLII.

TACITA libelli omiſsio [a]data tamẽ petitione uerbali per notarium deſcribenda in actis, & facta litis cõteſt. ſuper ea non uitiat proceſſum appellationis à diffinitiua, etiã in cauſa prophana. no. Accur. in auth. offeratur. & gloſ. in cle. ſæpe. de uerb. ſign. in glo. datur. per hoc intelligo quod not. Inno. de offic. deleg. cum cõtingat. & Ioan. And. de teſta. Raynaldus. in nouella. Super hoc uide Archi. de iura. calum. c. ij. libr. vj. Conſilia. Vide & dic de materia huius cõcluſionis, ut ſcripſi infrà, in quadam concluſione.

a ¶Libelli omiſsio. *Quid ſit libellus, & unde dicatur: uide per Spe. titu. de libel. concep. §. ij.*

¶De procuratoribus. Rub.

Concluſio CXLIII.

MINOR uigintiquinque annis, [a] maior xvj. etiã in negotiis ad quæ procurator deputatus eſt, in iudicio procurator eſſe non poteſt: quod ſi factum fuerit etiam parte tacite conſentiente, proceſſus tamen ipſo iure non tenet, per l. exigendi. C. de procurato. circa medium. & ff. de procurato. l. minor. & eod. titu. lib. vj. qui generaliter. in fin. Conſilia. Nec facit ut tunc dicebam poſt Guil. gal. tacita aduerſarii renuntiatio: quia ius iſtud concernit publicam utilitatem. infrà de foro competen. ſi diligenti. & per not. in cap. ſtatutum. de reſcrip. lib. vj. & in hoc fuit concors conſilium excepto uno legiſta. Nũc tamen credo contrarium: quia Ioan. Andr. not. in cap. non iuſte. de procurato. & d. cap. qui generaliter. quòd ualet proceſſus, ſi non fuit exceptum. ratio, quia cum perſona aliàs eſſet talis, quæ pro ſe poteſt in iudicio interuenire, licet prohibeatur, ſi non excipitur, tunc ualet proceſſus. not. Dominus Ioan. poſt Abba. in c. in noſtra. de procurato. arg. eod. titu. l. filius. ueterum. & C. eod. ita demum. Modo ſic eſt de minore, pubere tamen, ut l. exigendum. & capitu. fina. de iudic. libr. vj. alleg. in fin. optime not. Innocen. in capitu. præterea. de æta. & qualita. Nec obſtat quòd illud concernit publicam utilitatem: quia plus id concernit officium iudicandi & ponendi, & ita tollitur iſta ratio. per leg. j. §. præſentiam. ff. de poſtu. & cap. cum uiceſimum. extrà de officio delegati. & l. quadam. ff. de re iudic. Item tollitur. per leg. milites. C. locat. & conduct. iuncto §. ueteris. alleg. In ſecũdo tollitur per l. minor, alleg.

alleg. quæ aliam rationem assignat. & l. cum mandato. ff. de minorib. Motiuum simile: quia fœmina de iure prohibetur fieri procuratrix. ut ff. de procurato. l. neque fœmina. & tamen ualet processus habitus cum ea, si non fuerit exceptum. ut Accurs. in l. ita demum. C. de procurato. dicens idem de omnibus similibus esse dicēdum, cum diuersitatis ratio non occurrat. Idem notauit ille maximæ authoritatis & scientiæ doctor Com. ut not. Ioan. And. de rescript. scisitatus. Et idem uidetur ibidem notasse Innocen. licet fatetur quòd alii contrarium dicunt. Et licet etiam dicat Compræ. quòd contra dictam opinionē de fœmina uidit sententiam retractari: & inter cætera rogo, quòd perspicaciter studeat curiosus rationem prohibitionis. Illa enim non est publica utilitas uel authoritas iudiciorum: quia sic nullo casu admitteretur minor ad procurandum in iudicio contra superius alleg. & patet argumentum, quia in omni casu huiusmodi ratio esset uniformis. Nec est illa ne propter imperitiam minoris lites habeant intricari: quia maior peritia requiritur in aduocato & iudice, in quibus contrarium est statutum, ut per superius alleg. Sed est illa sola ratio, quam ponit iurisconsultus in l. minor. alleg. uidelicet ne pars aduersa effectu finali in uita præiudicium ex minorum priuilegio patiatur: uidelicet cum minor aduersus male gesta, de quibus non dominus, sed ipse teneretur restituere. Super quo uide Ioan. Andr. in cap. non iniuste. & capitu. qui generaliter. de procurato. in vj. alleg. Modo regula iuris antiqui est, quòd licet cuique tacite & expresse renuntiare his quæ pro se introducta sunt. l. penul. C. de pactis. Et rogo quòd hoc casu ponderetur authoritas Bon. & Ioan. Andr. in c. non iniuste. & cap. qui generaliter. de procuratori. in vj. quòd saltem in dubio potius ualeat quā pereat. de uerbo. significa. abbate. Non obstante quòd hoc fuerit oppositum & iudicatum per processum errore expresso, cui tamen finem acquiseuerunt ambæ partes. Diuisa fuerunt alia uice consilia: quia quatuor tenuerunt de processu, uidelicet domini Simon de regno, Robertus de stratton, Galhardus de noua ecclesia, & ego. & cæteri quinque contra, uidelicet domini Petri de Sarcen. Thomas de amañ. Guil. gal. Ioann. de Bayrolis, Arnoldus carran. & Petrus de narra. Ratio principalis per text. cap. qui generaliter, in fin. qui loquitur per uerbum

bum deputari nequibit. & per not. Cyn. in l. exigendi. C. eod. uidelicet de procurato. Item quòd persona minoris est ipso iure minus legitima, imo inhabilis standi in iudicio. C. qui le. per. stan. in iudi. hab. quasi per totum. Saluo casu, capit. si annum. de iudic. lib. vj. alleg. fuerunt no. in cap. religiosus. de procurato. in clemen. & not. Ioan. Andr. in nouella. de procurato. in vj. in nostra. super glos. quando dicatur in secunda suppositione, allegabatur, quòd sententia non potuit de non procuratore facere procuratorem. not. Innoc. in cap. super literis. de procurato. nec etiam consensu partis nec iudicis cum inhabili dispensare contra legem superioris. Item quòd error sententiæ malè tollit præsumptum consensum partis. Item allegatur glos. cap. si in annum. In contrarium mouebatur ex not. Hostien. Iacob. de aret. & Ioan. Andr. de procurato. non iniuste. eod. titu. qui generaliter. lib. vj. in nouella. ubi Ioan. Andr. hoc tenet expresse. Item mouebar ex aliis per me suprà alleg. Dicebam enim quòd minor curatorem non habens per se non est inhabilis ipso iure: licet in hoc habeat personam non legitimam: quia repelli potest, ne in præiudicium partis condemnatus restitui posset. Sed in hoc non fui exauditus: & forsan bene. per l. clare. C. de author. præstan. & ibi not. per l. fin. C. de legiti. tutori. & per not. in l. non eo minus. per Cyn. & per not. Innocen. in capi. præterea. de ætat. & qualita. & per l. si curatorem. C. de in integr. restitu. mino. à contrario responsum fuit, quia loquitur in extraiudicialibus. Sed in ueritate hoc saltem mihi negari non potest, quin uidelicet pro se saltem in sui fauorem ualet processus habitus cum eod. ut l. non eo minus. & econtra se in casibus infrà nota. Ex quo concluditur quòd non est ipso iure omnino inhabilis: antequam enim emanarunt iura inhabilitantia, habilis erat, ut de se patet. Iura enim quæ reddunt iudicium nullum habitum cum minore &c. sunt iura specialia solum inducta in fauorē minoris contra ius commune primæuum. ut l. non eo minus. ergo ab eis faciliter recedatur. ff. de testamen. milit. l. eius militis. in auth. de re. eccle. non alien. §. quia uerò uerisimile. & ff. de pact. si minus. §. pactus. uersicu. quòd in spem dotis. Item nec debent talia extendi ad alios &c. ut regula priuilegium. & regula, in argumentum. de regulis iuris libro sexto, imo & uerius loquar, non

est

est inhabilitatus per iura, licet iura processum habitum cum eo inquantum sibi præiudicat reddant nullum: sicut de præscriptione dicitur. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria. l. finali. & hic subtilius. Præterea nec sunt talia extendenda extra casus expressos: quia uidentur exorbitare à primæuo iure. argumen. regulæ, quæ à iure: nec reperies text. contrarium: quia text. dicēs personam minorum non esse legitimam, loquitur solum ubi pro se minor, & in sui præiudicium in iudicio interuenirent: & ita uidetur expresse notare glos. quòd licet non pro se, tamen pro alio potest interuenire minor in iudicio, quia sibi imputet &c. Instit. qui & ex quibus causis manu. non possunt. §. penulti. argumen. ff. de minoribus. l. cum mandato. in fine. non enim uideo quare non potest ita bene esse procurator, sicut aduocatus uel iudex. per hoc est responsum ad alleg. in contrarium. ad textum enim in capit. qui generaliter, in fine. cū dicit deputari nequibit, subaudiam, uidelicet cum effectu: quia repelli poterit per partem. ut opiniones concordentur. Ad not. in capitulo, religiosus. & capitulo, in nostra. responsum est, minorem non esse omnino inhabilem: quia imo certis casibus &c. ualet cum de momentanea possessione agitur. C. qui legit. perso. lege finali. & not. in. l. clarum. alleg. §. item pro coniunctis personis. ut ibi not. & in l. minor. ff. de procuratoribus. Secundo in causa beneficiali. capitulo, si annum, allega. quarto semper in sui fauorem. ut l. non eo minus. quinimo dicit l. quòd censetur legitimus defensor in casibus, quibus non potest restitui. ut dicit l. minor. proximè alleg. Licet contrarium uideatur notari ibidem, quod intelligo parte opponente.

¶ Minor uigintiquinque annis. *Nota quòd minor annis uigintiquinque dicitur qui agit annum uigesimumquintum. ff. de adul. l. si maritus. §. minorem. non tamen qui diem supremum anni uigesimiquinti agit. ff. de manumi. l. prima. quo ad honores tamen annus inceptus pro completo habetur. ff. de muner. & ho. l. ad rempublicam. quo ad alia non, ut dicta lege, ad rempublicam. & de minoribus. lege secunda.*

¶ De rescriptis. Rubrica.

Conclusio CXLIIII.

CVM GRATIAE abinitio sint æquales, licet ex postfacto per hoc quòd ambo

bo expectantes eiusdem datæ ad eandem collationem idem beneficium acceptauerunt: reductæ sunt ad æqualitatem, uel saltem ad contrarium, præfertur simpliciter habens gratiam fauorabilem pinguiorem uel laetiorem. Nec attenditur ibidem quis primo præsentauerit. & hoc credo casum. in capitulo duobus. de rescriptis. Consilia. Super hoc uide conclusionem plenissimè disputatam, quæ incipit, factæ fuerunt.

¶De probationibus. Rubrica.

Conclusio CXLV.

a LICET VERBA instrumenti [a] sententiæ narratiua processus habiti ante sententiam nõ faciant aliàs plenam probationem de processu, per ea quæ notat Innocentius de probati. quoniam cõtra. in glo. & per hoc patet. Sufficiunt tamen ad probandum declarationem nominis procuratoris, quòd non fuit in relatione curforis, qui citauerat ad sententiam expressam: quia facilius proceditur ad actum declarationis expediendæ: quàm ad dispositionem inducendam. per not. ff. de testamentis. l. hæredes palàm. §. sed si notan. Petrus de sarcena. imo debebat allegare §. si quid post testium. uersiculo, quid uerò: sed non uideo quòd faciat: quia licet minor solennitas in declaratione requiratur: tamen quoniam ipsa declaratio sit plene probanda, non probat ille textus, nec ibi not. Ideo crederem considerandum, an eodem die facta citatio & sententia lata: & tunc instrumentum sententiæ etiam quo ad citationem, sit loco actorum, in quibus soli notario siue testibus creditur. ut capitu. quoniam contra. cum ibi. not. aliàs esset dubium forte in quo uellem declarari.

a ¶ Verba instrumenti. *De probatione quæ fit per instrumenta, dicit Spe. secunda parte, titulo de probatio. §. iij. per totum.*

¶De exceptionibus. Rubrica.

Conclusio CXLVI.

ARTICVLVM quo dicitur plus fuisse uel aliter fuisse scriptum in instrumento quàm actum, non ualere nisi magis specificè declaretur. Consilia. Ratio quia talis non caderet in mente testis: sic res quæ petitur est specificanda. l. si rem. ff. de rei uendic.

¶De solutionibus. Rub.

Conclusio CXLVII.

De anti

DE antiquiori debito contra creditorē agentem ad effectū impediendū condemnationem opponi nō potest. Consilia. Et probatur dū agitur reali. ff. de rei uendi. si is à quo. & in a personalibus probatur, quia tale non concernit res uel bona, sed personā: nec respectū habēt ad difficultatē præstationis: ut l. fideicōmissum. §. tractatum. ff. de iudic. & l.j.§.hæredes. ff. ad Treb. iuncta l.ij. §. ex his. ff. de uerborum oblig. & l. continuus. §. illud. eodem titu. imò occupatio per debiti receptionē ex causa exequendi sententiam prioribus creditoribus personalibus præiudicat: ut ff. de re. au. iudic. possī. l. si non expedierit. §. j. & de priuile. credit. l. qui autem. §. sciendum. cum §. sequen. & l. pupillus in fi. Saluo quòd crederē hoc casu tolli ius hypothecæ uel pignoris: quia idem sequitur, & est super hoc omnino: uide quæ plenissime dixi in lectura mea in regula, qui prior. libro sexto. &c.

¶De re iudicata. Rub.

Conclusio CXLVIII.

a SENTENTIA[a] lata super articulo attentatorū sic censetur uim diffinitiuæ habere: quia in ea non habet locum cle. appellanti. motiuum principale: quia articulus prædictus non differt à possessorio reintegrandæ, nisi quia ordo iudiciarius non requiritur hoc casu. Consilia. Vide primo notata Guil. Gal. suis cōclusionibus infra. & supra conclusione. liiij. Et ex illis cōcludo ad propositum.

¶Sententia. *Nota quòd hæc dictio, sententia, simpliciter prolata, diffinitiua intelligitur. ff. quādo appellandum sit. l.j.§. biduum.*

¶De probationibus. Rub.

Conclusio CXLIX.

CASV quo in principali nō fuerunt producta nisi extraordinaria, uel nō fuerunt recognita signa & sigilla, productio originalium & recognitio signorum & sigillorum factæ in causa appellationis censentur probationes nouę. Cōsilia. Non habet dubium.

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio CL.

SI IVDEX appellationis ab interlocutoria surrogetur iudici à quo ad negotium principale, nihilominus si procedit super articulo grauaminis habet locum clemen. appellanti. Consilia. Ratio quia cle. loquitur indistincte. Item quia solum hic cognoscitur de iniquitate iudicis primi. c. per tuas. de appel. & de mala appellatione propter expēsas. Modo licet ex alio capite posset interlocutoria per nouiter actitanda, allegāda, uel probanda reuocari: nihilominus stat q̄ primus iudex æque

processit: & quòd pars tunc male appellauit: & quòd debet succedere condemnatio expensarum, sicut dicimus de mutante libellum ex iusta causa, qui nihilominus in expen. est cõdemnandus. C. de eden. l. edicta. & C. quomodo & quando iudex. qui semel.

¶ De appellationibus. Rub.

Conclusio CLI.

SI A tribus grauaminibus appellantem iudex in termino reponit in statu de duobus, & super tertio non reponit, nec dat apostolos, sublatus uidetur totus effectus appellationis, sic ꝙ citandus est ad omnes actus sequentis appellationis, dummodo id tertium grauamen nõ existat. Consilia. De quo summe miror, quia cum à grauaminibus pluribus appellatur, quot sunt grauamina, tot censentur appellationes. ff. de uerborum oblig. l. scire debemus. Sed constat quòd si à grauamine prætenso tertio etiam friuole talis appellasset: si iudex super huiusmodi appellatione requisitus non daret apostolos, saltem refutatorios: eo ipso processus pòst habitus per eum esset nullus: ut clarissime no. de appella. ut super. in glo. ulti. lib. vj. igitur hoc casu idē erit. Præterea quia appellanti persistenti in appellatione post plenam reductionem instatum, sunt de necessitate dandi apostoli: ut no. Ioan. And. in dicto c. ut super. in nouella. ideo fortius nõ plene reducta, uel nouiter appellãt. Præterea, quia alias sequeretur ꝙ nunquã super appellatione friuola essent apostoli dandi, nisi dilatorii, contra decre. cum appellationibus. de appella. lib. vj. Præterea apostoli sunt literæ iudicis à quo, quæ emanant ad instructionem iudicis ad quem & certificationem appellãtis. Modo ista ita bene requirũtur, cum appellatio est friuola sicut alias. igitur.

¶ De appellationibus. Rub.

Conclusio CLII.

APPELLANTEM qui necessario sibi in termino assignato ad dandũ & recipiendum apostolos illos non petierit, necesse est postea citare ad alios actus, cũ uideatur suæ appellationi renuntiare. Consilia. Sed nec dictũ nec ratio huiusmodi uidẽtur procedere, ut expresse no. Ioan. Andr. de dol. & contuma. eum qui. lib. vj. Et tamen nec in isto passu nec proxime præcedenti, nec in alio, uidelicet suprà proxime disputata potui exaudiri.

¶ De præbendis. De dilationib. Rub.

Conclusio CLIII.

PAPA dispensando cum eo qui tenuit ecclesiam parrochialem non promotus & in minori

noriętate per plures annos, nũc tamen fictus maior committat executoribus quòd dummodo antea iste dimittat totaliter istã ecclesiam à data directarum literarum à sede apostolica ipsis executoribus se faciat ad sacros ordines promoueri, annus dicitur tunc currere non à die adeptæ possessionis pacificæ, sed à data dictarum literarum. Consilia. Tenui tamen quòd nõ quo ad effectum priuationis: de qua in c. licet canon. de elect. libr. vj. *non* currit à dicta data, imò à die adeptæ possessionis seu tempo*ris* quo per eum stetisset. & c. licet. ij. de præben. libr. vj. Fundamentum huius opinio. est, quia c. *licet* canon. imponens pœnam *non* est ipso iure aliqualiter extendendum, per c. statutum. eo. titu. Et discutitur per Ioan. And. de regul. iur. in pœnis. libr. vj. In quæstione fuerũt plures mecum sequentes me. Sed domi. Pet. de sarce. licet fateretur dictũ meum procedere facta relatione & interpretatione uerborum dictarum literarum, secundum ius tamẽ dicebat quòd põderata mente papæ quæ in abbreuiatione temporis iuris, uidelicet dicti c. *licet* canon. de elect. lib. vj. propter culpam præcedentem uoluit illũ punire. Et maxime considerato quòd continue possessioni intẽdebat, præsumitur per hoc uerisimiliter cõtinuo etiam stare per eum si statim nõ renuntiaret sibi quæ faceret prouideri per suos executores & possessionem assequeretur. Dicendum erat, q̃ imò annus de quo in c. licet canon. currit à data literarũ. Cum reuerentia tanti patris iste uidetur mitior: quia pœna c. licet canon. non est admissio iuris ad rem, sed iuris in re: nec pœna imposita per papam uidelicet faciendo se promoueri infra annum, si pœna dici debeat extendenda: maxime quia per c. licet canon. quia illud nõ imponit pœnam priuationis iuris ad rem, sed in rem, quod nõ potuit isti competere, quousque esset sibi prouisum de nouo: qa prius ius nõ habebat, licet aliq uelint quo ad hoc facere æquparationem de iure in re ad ius ad rem. per l. si quis in tantũ. C. unde ui. coniuncto cum l. extat. ff. quòd metus causa. cum no. in dictis iuribus. Melius per c. eum qui. de præben. lib. vj. Sed prima iura non imponũt pœnam ipso iure, sed si bene imagineris, soluere poteris ad ca. eum qui. per teipsum. de hoc dixi infrà in quadam conclusione.

a ¶ Papa dispensando. *Nota quòd dispensatio per episcopũ uel aliũ inferiorẽ à papa non ualet nisi in casibus permissis & causa cognita. Bar. in l. Barb. ff. de offi. prato. Et quãdo dispensatio contra ecclesiastica institutа potest fieri per papã: dic ut per*

glo.in c.proposuit.de concess.præben. Adde quòd sicut in procellis merces de nauibus iactantur propter maius bonum,sic dispensatio aliquando fit propter maius lucrum.j.quæstio.vij. dispensationes.

¶De proba.De excep. Rub. Conclusio GLIIII.

VTRVM si in casu præsentatus per patronum ad dictã ecclesiã tanquã ad uacañ. per nõ promotionẽ dicti impetrantis cõtra illũ qui cum dicto impetrãte permutauit post annũ à data prouisionis per executores illi impetrãti factæ,& multos menses ante prouisionem à data literarum ipsius impetrãtis cõputandos in articulis dictum impetrantẽ nõ fuisse promotũ infra annũ:sit materia obiectiua. Secundo quis eam probare tenetur: uidelicet an præsentatus an permutatus. Communis opinio est, quòd est obiectiua, & quòd eam tenetur probare permutatus pro eo quod petit sibi adiudicari.Consilia. Quod materia in modo in quo datur de natura sua non est obiectiua: quia oportet certum modũ uacationis exprimere & probare cuilibet petenti sibi adiudicari beneficium tanquam suum.Dixi præterea ꝙ non incumbit probatio permutatiuo. Ratio:quia non incũbit probatio principali impetrãti,de quo supra: ergo nec permutatiuo:patet cõsequẽtia: quia minus probare habet permutatiuus qui de iure alterius agit, quàm principalis qui agit de iure suo: probatur antecedens: quia in illo non fundatur ius impetrantis, sed bene priuatio illius iuris: modo ego non uideo, quòd & si petens adiudicationẽ beneficii teneatur probare ea per quæ cõstituitur ius eius:quòd tamen teneatur probare ea nõ esse uera per quæ dici potest suum ius fuisse extinctum. Nec potest dici quòd per conditionem *in literis* appositam de faciendo se promoueri infra annum à data literarum apostolicarum prędictarum, uideatur quodammodo gratia cõditionata.Hoc non est uerum: quia illa uerba non sonant conditionem;imo solum in quãdam admonitionem: qđ pulcherrime not.Io.mo.Et si sic, ergo materia putatiui quantum tangit tempus præcedens nouam prouisionem impetrantis non ualet.Et dico præterea ꝙ si incumbere deberet per not.Inno.in c.ueniens. de uerb.sig.secundum unum dominorũ meorũ:sed de hoc dubito.Sed quicquid sit,dico quòd si permutatiuus habuit ius tali tempore,de quo dicitur, uidelicet eodẽ die anno reuoluto:quo tẽpore conSiderato non potest dici à tempore adeptæ possessionis pacifice per ipsum impetrãtẽ cucurrisse

rissse annum: nec ita per consequens ius quod eidē impetranti ex collatione executoris cōpetiit amissum esse, nō artatur ipse permutatiuus probare permutationē: [a] imo plus dico, q nec admitti deberet materia præsentatiui contraria, cū per prædicta appareret, tūc esse impossibile de iure: igitur &c. licet in cōsimili hoc fuerit pōderatum. Sed do. Pet. de sarc. quem multi secuti sunt, dicit quōd imo ille impetrans probare haberet se promotum fuisse propter mentem papę, & propter culpā præcedentē: sed hoc non uideo, maximè ante adeptā possessionem uel culpam negligentiæ adipiscendę commissam: uel infra annum ab adeptione uel culpa huiusmodi computandum: neque uideo quōd postea: cū illud non inficiat, ut dixi, acquisitionē iuris sui. Pone enim quōd beneficium tuum impetraui tanquam uacans per nō promotionem, & statim te spoliaui: agimus tamen inuicem: petit quilibet adiudicationē: quis probabit promotionem uel non promotionem? Nullus diceret promotionem probandam: nec aliquid facit quantum ad hoc clausula posita in literis, de qua suprà.

a ¶ Probare permutationem. *Nota quōd permutatio initium est emptio. imo est emptionis species: ut dicit Spec. titu. de loca. & condu. §. vj. uersi. cxxj. Sed an & quomodo differat ab emptione, uide Bart. in l. j. & ij. C. de rerū permuta. De permutatione autem beneficij, uide aliqua per Feli. in c. cū uenerabilis. in princ. & iij. colum. in fi. uer. utrum permutantes. de exceptio.*

¶ De iudicijs. Rub.

Conclusio CLV.

SI principalis & procurator uenerunt ad causam, nō sufficit, quo ad effectū citandi per audientiā, relatio de principalis recessu à curia. Consilia. Ratio: quia modus citandi per audientiā est subsidiarius: nec ad eum recurritur, ubi pars præsens in curia reperitur: modo procuratore præsente, qui recipit onus, pars censetur præsens: igitur &c.

¶ Vt lite pendente. Rub.

Conclusio CLVI.

MORTVO actore etiam in causa beneficiali, surrogatóque alio per papam, necesse est reo absenti, contra quem procedebatur per audientiā intimare surrogatum, uenisse ad causam aliquo casu & econtra: quōd nō credo. Consilia. Ratio diuersitatis: quia mortuo actore reus est cōsecutus suā intentionē de iure, quia re ipsa ab actoris petitiōe absolutus, quia mortuo actore, moritur cum eo sua petitio, cū sit personalis. in authē. de nup. §. deinceps. ideo finita est lis, nisi reus uelit plus prosequi. no. in nouella, in c. ut

hi cõtra quos. quod nõ est præ- a
sumendũ, quòd uidelicet reus se
expen. & lite fatiget sine causa.
ff.de inoffi.testa.& l.j.& ij.sed in
actore secus: quia donec habeat
sententiã, lis non est finita, quo
ad eum: sed durat eius petitio,
quæ dirigenda est contra illos,
quorum interest, ut dicto cap. ut
hi contra quos. igitur primo ca
su opus est intimare rem ueri-
similẽ. Secundo casu huiusmodi
uerisimilitudine cessante secus.

¶Vt lite pendente. Rub.

Conclusio CLVII.

AVDITOR potest inhi-
bitionem quam coauditor
à quo ad eum fuit appellatũ fe-
cit intimare ad partes, non ta-
men inhibere: domini dubita-
uerunt. Consilia. Primum nõ ha
bet dubiũ. Secundũ eget distin-
ctione: quia aut uult inhibere
in tota causa: & tunc nõ potest,
nisi periculum immineret: quia
non habet iurisdictionẽ in prin
cipali, nisi in euentum. Aut uult
simpliciter inhibere, ne aliquid
in præiudiciũ iurisdictionis ta-
lis, quam habet in lite, quæ corã
eo pendet, attentetur: & tũc po-
test: quia lis censetur, licet talis,
qualis coram eo pendere cita-
tione ab eo decreta & executa:
ut cle. ij. ut lite penden. & est ita
iustum tunc nihil attentari, sicut
aliàs: igitur.

¶De regula. De proba. Rub.

Conclusio CLVIII.

MONACHVS a dicẽs se
electũ ad studẽdũ ad pen
sionem xxxv. librarum, secundũ
benedictinã, sibiq; satisfactum
de pensione per triennũ & ab-
inde cessatum, ob hoc agens in
petitorio nõ probat per literas
testimoniales uicariorum abba
tis, de quorum uicaria: u nõ con
stat: confirmatur, dum cõuentus
bona & administratorem bo-
nis abbatis & abbatiæ distincta
non habeat: nec per literas spe-
ciales narrãtes electionẽ factã,
licet non secũdum formam be-
nedictinæ, & ea autoritate apo
stolica ex certa scientia confir-
mãtes: nec per præmissa omnia
simul. Consilia. Cõclusio ista ha
bet quatuor partes. Prima pars
est clara: quia idem iudicium de
his quæ non sunt, & de his quæ
non apparẽt. ff. de contra. empt.
l. in lege. Patet secũdus: quia cõ-
firmatio extraiudicialis & uolũ
taria prælati, uel procuratoris
ecclesiæ, uel domino nõ præiu-
dicat: no. & probatur à cõtrario
extrà de in inte. restit. aduersus.
lib. vj. & no. de conuersio. coniu
ga. ex parte. Patet secundum per
c. edoceri. de rescr. cum ibi not.
Patet tertium: quia ista narratio
non procedit à uerbis papæ, per
clem. j. de prob. cum ibi no. Nec
ob. uerbũ ex certa scientia: quia
illud uerbum non tollit expres-
sam surreptionem, quæ papam
decepit ad ita faciendum & di-
cendum

endum:sed tollit effectum expressum de benedictina nō seruata.Nā ad excogitata sola certa scientia refertur.l.si per errorem.ff.de iurisd.om.iudi.Modo non est uerisimile, quòd papa cogitauerit narrata fuisse falsa: imò uerisimile est, q uoluerit suā affirmationē intelligendam fore sic,scilicet si preces ueritate nitantur.de rescrip. ex parte. Patet quartū per l.spadonem.§. qui iura.ff.de cura.tuto.&c.

a ¶Monachus. *Monachus secūdum regulam beati Benedicti in claustro morari præcipitur.xvj.quæst.j iuxta Calcedonense. unde etiā præceptiue dicitur,quòd monachus claustro sit contentus:quia sicut piscis sine aqua caret uita, ita monachus sine claustro.ea.cau.& q.c.placuit.*

¶De regulari.De alim.Rub.

Conclusio CLIX.

IN CASV proxime maximè post conclusionem non est locus alimentorū monachi antedicti. Cōfilia. Pro iustificatione huius conclusionis uide ea quæ scripsi suprà in cōclusione lxxxviij.& no.de accu.ex parte.in fi.

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio CLX.

SI à tempore publicationis processuū executorū arctantiū infrà vj.dies &c.ille contra quē &c. existens in loco remoto ad quinque dietas appellauerit infra xxv. dies ex causa probabili,probaueritq; per tres testes insinuationē factam solū per tres dies antè:danda est absolutio ad cautelā.Consilia:Ratio:quia illi vj.dies solum à tempore scientiæ cōputantur. ff. de cal.l.annus.ff. de ædili.edic.l.cū sex. Modo legitima appellatio in tēpore huiusmodi intermedio hoc casu bene suspendit:ut c.præterea.de appell.& ibi not. per Innocen.

¶De probationibus. Rub.

Conclusio CLXI.

MONACHVS priorātū habens impetrans primus in data priorātum aliū in articulis quos cōtra secundū in data dedit:det se expresse professum,& aduersarius negat,tenetur probare professionem:sed si aduersarius confitetur illū fuisse priorē, & producat literā abbatis factā etiā lite pen. in qua narretur quòd ipse abbas facta inquisitione cū monachis sui monasterii reperit ipsum esse expresse monachū, & à iuuentute ibi monachatum, iurétq; & ad mādatū auditoris idē monachus se expresse professum:sic uidetur sufficiēter probata professio.Cōsilia. Materiā huius cōclusionis quę eo modo quo ponitur dubium nō habet: uide suprà conclusione lxxvj.

¶De cōcessione præb. Rub.

Conclusio CLXII.

MONASTERIVM cōtra impetrātē ad eius col

lationē qui uicariā parochialis ecclesiæ acceptauit dans dictam ecclesiā totā cū omnibus fructibus & pertinētiis eiusdē pertinere ad ipsum: admitti debet ad probandū. Cōsilia. Ergo uicaria pōt uniri & annexari monasterio rectoria penes aliud monasteriū existēte. Si enim loqueremur de monasterio habēte rectoriā, nō esset nisi quædā cōsolidatio: quia penes eundem rectoria & uicaria esse nō possūt, sicut nec proprietas nec ususfructus: ut l. usufructui. ff. si ususfruct. pe. cum simil. Sed hoc non obstante aliqui reputāt dubium: puto tamen conclusionē intelligi, dum totā ecclesiam monachi sibi uendicāt negantes perpetuam uicariam ibi esse.

¶ De iure patronatus. Rub.

Conclusio CLXIII.

COLLATIO facta sprēto patrono nulla est ipso iure. xvj. q. vij. decernimus. licet Hug. exponat ibi irritam, id est, irritandā, contra uerbi proprietatē: à qua tamē in dubio nō receditur. ff. de legi. in l. nō aliter. Nec ob. c. nobis. de iure pa. in fi. quia ibi exponendum, irritanda, id est, irrita nuntiāda: ne corrigat decernimus. ar. l. ista. C. de inoffi. testa. Simile de elect. cum post petitionem. in fi. uide suprà Alex. post Fede. de lap. qui id tenere uidentur. de re. permuta. c. j. lib. vj. in iij. uel iiij. parte. j. uel ij. q. Dic de hoc ut infrà dixi.

¶ De confessis. Rub.

Conclusio CLXIIII.

CONFESSIO procuratoris nocet dño etiā reuocati, si reuocatio ad aduersariū uel iudicē nō peruenit. de confes. c. ulti. iuncto c. mandato. de procu. Cōsilia. Vide de materia huius cōclusionis infra in quadam conclusione, in c. mādato. allegato. & cle. cū illusio. de renuntia. per Paulum & alios.

¶ De fide instrumen. Rub.

Conclusio CLXV.

SI NOTARIVS qui ex commissione superioris de prothocolo notarii a mortui extraxit instrumentū super uenditione certæ domus, posuerit hanc clausulam in instrumento, uidelicet, domum inquantum se extēdebat à solario usque ad cœlum, quæ tamē in dicto prothocolo non erat casu quo in solario superiori erant cameræ superiores nō pertinentes ad uenditorem, & omisit interlineaturam: quę uidetur esse de eadem manu, qua dicitur istam domū uenditam confrontari cum illo solario superiori, tale instrumētum eo ipso probatur falsum, & quōd uerbū &c. positum in prothocolo se non extendat ad tales clausulas substantiales. per no. Inno. in c. fraternitatis. circa prin. de hæreti. Consilia. Ratio, quia instrumentū quod plus uel

aliter

aliter continet, quàm res gesta in ueritate se habeat, maxime circa substãtialia, falsum est: per not. Inn. ubi supra. Modo ita est, quòd istud instrumentum plus continet in hoc quod addit de suo ultra tenorẽ prothocoli, & aliter quàm res se habeat in hoc quod omittit id qđ declarabit quantitatẽ rei uẽditę: igitur &c.

a ¶ De prothocolo notarii. *Quid sit prothocollũ, & unde dicatur, uide in aut. de tabellio. §. ul. in gl. Et an prothocollũ fidem faciat, & alia de prothocolo, uide quod notauit Alber. C. de fide instru. l. contractus.*

¶ De officio deleg. Rub.

Conclusio CLXVI.

CAPITVLVM sede uacante, non potest uti iurisdictiõe à papa pro mortuo episcopo delegato: nec per consequens processus pauperũ expectan. purificare loco episcopi. fa. no. Io. And. de hæret. ad abolendam. super ult. gl. ubi hoc tenuit etiã in delegatione iuris, quod fortius est, licet Io. mo. cõtrariũ. in c. uno. de maio. & obe. libr. vj. Cõsilia. Pro quo Io. mo. facit de rescri. eam te. Solutio. ibi loquitur in mandato oneroso mandatorio de prouisione fienda, quod nõ dirigitur successori. i. cap. nisi cum successione. Et nos ibi loquimur in mandato iurisdictionis, quod cõcernit solũ dignitatẽ cui dirigitur: & est stricte tenendũ in terminis suis, ut ibi not. Innocẽ. Dic ut not. super dicta glo. ultima.

¶ De rescriptis. Rub.

Conclusio CLXVII.

PER illa uerba, si non sit alterius quæsitum, tollit ius ad rem. Cõsilia. Verũ est de iure ad rem quod quæritur ex acceptione: quia id palatii usurpatio seu obseruatio obtinuit: & ita seruatur papa sciẽte & tacite approbante: secus autem secundũ Martinum de salua, & alios modernos plures, & quasi hodie uidetur uelle seq palatiũ de iure ad rem alio modo quæsito, uidelicet per electionẽ, aut per patroni clerici uel laici præsentationẽ: quia illud non uidetur papa uelle tollere in dubio. no. Ioan. And. de præb. si postquã. Et ipse post Compo. de rescrip. causam. Præterea clausula prædicta ponitur ad diminutionẽ. igitur nõ debet operari augmentum &c.

¶ De libelli oblatione. Rub.

Conclusio CLXVIII.

IN causa prophana nõ potest articulari de non cõtentis in libello: quia in illis non potest dici testata lis. Consilia. Intellige uel de facientibus directe uel indirecte necessario uel adminiculatiue ad illa.

¶ De iniurijs. Rub.

Conclusio CLXIX.

SI ILLE de cuius iurisdictione non constet, cõdemnauit in actione famosa ca-

pitulariter aliquem: punitur ac si priuatus talē sine causa occidisset seu diffamasset: ut ff. ad l. Iul. repe. l. Iulia. in fi. & decernitur sententia nulla. C. si à non compe. iudic. per totum. Consilia. Non habet dubium: quia casus est ubi suprà.

¶De iniurijs. Rub.

Conclusio CLXX.

ACTIO inde competens non dicitur prætoria, sed perpetua. C. de fa. l. una. cum ibi not. & ff. de iniur. l. Corn. cū ibi not. Consilia. Vide materiam in remissionibus hic tactis: & per Cy. de iniur. l. si non conuicii. & Io. An. in additione Spec. eo. tit.

¶De iudicijs. Rub.

Conclusio CLXXI.

a CITATVS[a] personaliter coram papa de mādato uel iuramento fidelitatis, quo imperatori astringitur, se non bene excusat, nec pro eo quod accessus per terrā imperatoris nō sit tutus: sed bene exceptio de senio uel corporali debilitate: qđ itinerare uel equitare impediat. Consilia. Ratio primi: quia in quocunque fidelitatis iuramēto uel persona semper supremi superioris censetur excepta, ut extrà de iureiuran. uenientes. cum concor. ibi no. in l. imperialem. §. fi. de prohi. feu. alie. per Federicū. Ratio secūdi: quia imperator qui est uassallus ecclesiæ, ut cap. ego Ludouicus. præsumitur una cum suis terris ad ecclesiā Romanam, deuotionē & fidelitatē habere: igitur. ff. quod met. cau. l. non est uerisimile. Tertiū est de se euidens.

¶Citatus. *A lex. consi. vj. incip. uisis. col. vij. uersi. & non dubium. in j. volumi. dicit quòd princeps potest semper tollere citationem causa subsistente, per gl. quam dicit notabilem. in l. ante pe. ff. ex qui. cau. maio.*

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CLXXII.

COLLATIO facta canonico regulari de beneficio cōsueto solū clericis secularibus assignari, est nulla: nec excusat negligentiā conferre uel præsentare habentis quominus habeat locū deuolutio ad superiorem. Cōsilia. Non ob. not. Ioan. de cōces. præb. cū nostris. quia loquūtur in casu quo collatio tenet ipso iure, licet priuari possit ꝓpter crimē: ut c. inter dilectos. de excess. præla. & c. accedēs. de accu. & no. Cōpo. de elect. ꝙ sicut. & Ioan. de cōces. præb. proposuit.

¶De probationibus. Rub.

Conclusio CLXXIII.

ARTICVLI de priuilegio Vrbani quarti cōcesso certo collegio regulariū, ꝙ ad talia beneficia, in quibus patronatus tēpore priuilegii habebāt & possunt suos canonicos præsentare: item quod pro eo tempore in tali beneficio ius patronatus habeant: sunt boni & sufficientes

ficientes ad eneruandū materiā dictę deuolutionis. Cōsilia. Conclusio dubium non habet.

¶De sent. excommu. Rub.

Conclusio CLXXIIII.

VBI per cōtrarias assertiones partiū cōtumacia pro qua est aliquis excommunicatus redditur dubia, probabiliter nō impeditur absolutio: nec ante omnia arctandus est excōmunicatus ad satisfactionē expensarum: uel ad deponendū pecuniam pro eisdē: ut c. uenerabilibus. §. idē est. & de sent. excom. lib. vj. Consilia. Intelligo conclusionem de assertionibus ex probabilibus & ueris similibus causis factis: quia aliter dubiū nō faceret. per not. Cyn. C. de procura. l. prima.

¶De sententia excommunicationis. Rub.

Conclusio CLXXV.

a SI NON cōtumax[a] ut contumax excōmunicetur per iurisdictionē alias non habentem, ualet excommunicatio: sed iniusta est. Cōsilia. Probatur: quia talis eget absolutione. text. de sent. excommu. sacro. §. j. fa. xj. q. iij. cap. j.

a ¶Contumax. *Not. quòd cōtumax secundū Isido. est qui cōparere debet in iudicio, & non cōparet. Et dicitur quandoque uere: quando dicit expresse iudici uel eius nuntio ipsum citanti, quòd non comparebit coram ipso. Fictè dicitur quādo latitat, aut facit quòd citatio ad ipsum nō perueniat: uel qui uocem iudicis audire contēnit: licet hoc ultimo casu posset dici uere contumax, & non præsumptue.*

¶De offic. deleg. Rub.

Conclusio CLXXVI.

AVDITOR cui mandatur quòd si inuenerit illum cuius beneficium est impetratum tanquàm uacans per eius non promotionem &c. per uerisimiles coniecturas non fuisse promotū, præfigit ei tempus infra quod doceat de promotione uel de impedimento aut dispensatione ipsius in formatione huiusmodi. debet primo uocare partē. Cōsilia. Ratio quia uerbum repereris, propter quod adiicitur in persona iudicis & circa materiam iudicialē accipitur pro uerbo, si cōstiterit. ar. ff. loc. si. uno anno. cum in iudicialibus semper requiratur partis uocatio. de maiori. & obedien. inter quatuor. de testi. In nomine domini. Item forsan secundum quendam dominū aliter: & non ualet præfictio tanquam facta forma non seruata. de officio delega. cap. uenerabili. de rescript. cum dilecta. de restitu. spoliato. Pisanis. de elect. prouida. lib. vj. Sed hoc dominis nō placuit, quia ordo ille secūdū eos nō apponitur hic studiose

diose per papam ut faciat formam.alleg.no.Innocen.in d.ca. cum dilecta.in glo.not.pro ordine.Item quia uocatio nõ tam ordinem quàm ordinis formam quàm partis iustitiam cõcernit.

¶De offic.delegati. Rub.

Conclusio CLXXVII.

IN CASV cõclusionis proxime præcedentis, si talis &c. nõ probauit infra terminũ promotionem,impedimentum uel dispensationẽ:tamẽ iudex æquitate dictãte propter graue præiudicium maxime aliquo uerisimili colore faciente pro illo: poterit alium terminũ dare:maxime si aliquod probabile allegetur:puta dispensatio autoritate apostolica facta &c.Nõ ob.c. coram.de resti.in inte.quod pro contrario alleg.Cõsilia.Facit ff. de iudic.l. nonnunquàm.& l.& post edictum.in princi.ubi post peremptorium datur aliud. Eo quòd tenui suprà in una conclusione permutationẽ factam non a ualere,[a] mouebar hoc motiuo: quia facta per episcopũ cõtempto patrono est nulla.xvj.q.vij. decernimus.nam non collatio, sed institutio ad eum pertinet: igitur &c.arg.cũ in illis.de præben.in vj.Item quia debet patronus uocari renũtiatione.per no. in c.admonet.& c.quòd in dubiis.& c.cum illusio.quod dicit culpam in faciẽtibus renuntiationem nõ uocatis patronis qui debuerunt inquiri:& in hoc casu locum nõ habet æquitas.c.licet.in vj.& cle.unica.de re.permuta.quæ habet locum carentibus:& ita uidetur notasse Ioan. And.super glo.quid in penultima suppletione.itẽ qa illa æquitas exorbitans nõ habet locum, nisi in cessione iuris utẽtibus & permutãtibus secundũ formam iuris:modo est forma iuris,quòd uocentur patroni &c. & aliter faceré est contra iura &c. Item quia æquitas exorbitans *inducta* in fauorem certarũ personarum debet sic interpretari,quòd aliis non noceat,nisi quãto minus potest &c.l.nec annus.C.de emanci.libe.& c.quãuis.de rescrip.in vj.Igitur æquitas.c.licet.& clem. alleg.sic est interpretãda in fauorẽ permutare uolẽtiũ:ꝙ quanto minus potest præiudicet patronis,de quorũ prẽiudicio principaliter non est cogitatũ:ut uidelicet præsentetur uel fiat præsentatio uoluntaria eius quẽ uoluerint:& fit in potestate eorum permutationem eorũ impedire uel saltem necessãria,ut satisfiat iuri eorũ in præsentatione permutãtium.aliqua enim quãdoq; fiunt solũ ut satisfiat iuri.de renun.c.si de causa.sic hic ultra uertitur interesse patroni,qui se poterit contra permutationem opponere pro suo interesse.tũc autem dico locũ esse necessario

præ

præsentationi: cum uidelicet patronus uocatus fuit, & in renuntiatione cõsensit: uel cum permutatio fit propter utilitatẽ ecclesiæ, euidenter, & uocatus patronus non habet iustã causam, quam posit opponere contra ipsam. arg. de his quæ fi. à maio. par. ca. c. j. ubi uocatus non esset patronus nec renuntiationi cõsensit: uel uocatus cõtra eum iusta causa reclamaret: tũc diceremus locũ esse præsentationi uoluntariæ. Ratio primi membri quo ad primã partem. per not. in cle. unica. alle. in glo. penul. in fi. Ratio quo ad secundũ, quia quo ad utilitatem ecclesiasticam, nõ debet aliquis contra episcopum ad quem principaliter pertinet, sine causa rationabili exaudiri. per c. j. alleg. cum similibus. Ratio secundi mẽbri quo ad partẽ primam: quia æquitas. c. licet. & cle. j. alle. locum habent secluſa culpa ex parte permutantiũ pro notatis in suppositione proxime alle. Itẽ & solum in permutãtibus secundũ iura. in d. c. licet. & in confessione iure utẽtibus, ut in cle. alle. & ita optime facit glo. in d. cle. Quo ad secundam partem ratio est clara: quia aliàs frustra uocaretur per rationẽ c. j. de his quæ fi. à ma. par. ca. Præterea maius præiudicium esset patronis permutationem uale re, licet irritanda foret, quàm si irritata esset ipso iure: quia primo casu impediretur præsentare illa nõ cassata. per no. de electio. cõsideramus. Secundo casu non: & tamẽ per rationẽ tactam de minori præiudicio interpretandũ est. Itẽ consensus inquirẽdus secundũ omnes eandẽ uim habere debet, sicut haberet ius præsentandi cũ loco illius succedat: & maxime, quia c. quæsitũ. de re. permu. nullo modo de illius patroni præsentantis præiudicio cogitauit: igitur &c. faciũt iura dicentia, ℔ res subrogata &c. licet fatear quòd aliàs sit generale, uidelicet quòd cũ expeditio alicuius actus spectat ad aliquem cũ consensu uel cõsilio alterius: expeditio facta sine huiusmodi cõsensu uel cõsilio bene ualet ipso iure. de elect. quòd sicut. de præscript. cum in ecclesiis. de his quæ fi. à prela. cũ uos. de arbi. cum olim. xij. q. ij. si qua de rebus. per no. Inno. de re. eccle. non alie. c. j. in vj. & glo. in regula, ratum. & regula, is qui tacet. in vj. in quæstionibus ibidẽ disputatis. & adde ad hæc ea quæ dico infrà in quadam conclusione.

¶ Non ualere. *Nota quòd autoritas de permutatione suorum inferiorum non pertinet ad episcopum, nec ualet: nisi ad ipsum pertineat collatio uel institutio illorum beneficiorum: sed pertinet ad eum ad quem collatio uel institutio pertinet. ar. c. ad hoc. § fin. de offic. Archi. & in v. super*

super eo.in fin.in uer.præsentandus.

¶ De rerũ permutatio. Rub.

Conclusio CLXXVIII.

NON promotus ultimo die anni,de quo in c.licet canon:& c.cõmissa.de elec.lib. vj.non potest permutare secundum Io.An.in q.per eũ disputata in regula,mora.lib.vj.Consilia.Ego fui contra:per glo.in c. unico.de re.permuta.in cle.sed nõ fui exauditus.uide super hoc no.Io.An.in q.per eum disputata in reg.mora.de regu.iur.lib. vj.Item ℘ si priuatus per c.licet canon.obtinuit habilitatẽ & gratiam de prouisione nouiter faciendã,sic ℘ ante dimitteret ecclesiam,& quòd infra annũ à data gratiæ faceret casu quo ei fieret prouisio ad sacerdotium promoueri:currit annus cũ repetitione pœnæ.c.licet canon.à data præsentiũ,sicut in c.cum ex eo.eo.titu.& li.ego cõtra per rationem.c.statutũ.eod.tit. & li.& no.Ioã.And.in regula,in pœnis. & Guil.gal.sed nõ fuimus exauditi,licet eadẽ pœna.c.licet.tollat ius in re &c.& adde hæc ad dicta suprà cõclusione xvj.Itẽ super hoc utrum ualeat processus habitus cũ procuratore minori xxv.annis.Non ob.℘ de hoc fuerit oppositum,si fuit iudicatum pro processu errore expressato: an tamen sententię acquieuerũt ambæ partes,diuersa fuerunt cõsilia:quia quatuor tenuerũt pro processu,& cæteri quinq; contra:de quo dic plenissime,ut dixi suprà in quadam cõclusione.

¶ De rerũ permutatio. Rub.

Conclusio CLXXIX.

PERMVTATIO facta cõ tempto patrono, ualet ipso iure.Ego contra per dictã glo.& id quod no Ioan.And.eod.tit.licet.lib.vj.super gl.quid si in suppositione antepenul.sed nõ fui exauditus. allegabam alia quæ omitto.

¶ De electione. Rubri.

Conclusio CLXXX.

I priuatus per c.licet canon. obtinuit habilitatem & gratiã de prouisione noua fienda:sic quòd ante dimitteret ecclesiam,& ℘ infra annum à data gratiæ se faceret casu quo ei prouisio fieret ad sacros ordines promoueri:currit annus cũ repetitione pœnę.c.licet canon. à data præsentiũ,sicut c.cũ ex eo. eo.titu.& li.Ego contra per rationẽ c.statutũ.eo.tit.& li.Et no. Ioan.And.in regula,in pœnis.& Guil.gal.& non fuimus exauditi,licet adderem ℘ pœna c.licet,tollit ius in re.

¶ De rerũ permutatio. Rub.

Conclusio CLXXXI.

INEO quod tenui permutationem factã contẽpto patrono non ualere:mouebar hoc motiuo:quia collatio facta per episcopũ contẽpto patrono est

nul

nulla.xvj.q.vij.decernimus. Nã non collatio,sed institutio ad eũ pertinet.igitur.ar.de præben.cũ in illis.lib.vj.Itẽ quia debet patronus uocari in renũtiatione: per not.in c.admonet.& c.quod in dubiis.& c.illud.quod contra dic.culpam in faciẽtibus renuntiationem non uocatis patronis qui debuerunt inquirere, & in hoc casu non habet æquitas.c.licet canon.lib.vj.& cle.unica.de re.permuta.quod habet locũ carentibus. & ibi uidetur notasse Ioã.And.in glo.in uer.quid si in penul.suppositione.Itẽ quia illa æquitas exorbitans nõ habet locum nisi in cõcessione iuris utẽtibus & permutantibus,secundũ formam iuris nõ forma iuris q̃ uocentur patroni &c.Et aliter facere est contra iura,igitur &c. Itẽ quia exorbitãs inducta in fauorem certarũ personarũ debet sic interpretari: quia aliis non noceat,nisi quantũ minus:& est lex,nec cuius.C.de emanci.libe. & c.quãuis. de rescriptis. lib.vj. Igitur æquitas c.licet canon.& cle.alleg.sic est interpretanda in fauorem permutare uolentiũ:ut quantũ minus potest præiudicet patronis,de quorum prejudicio principaliter nõ est cogitatũ, ut [a] uidelicet præsentent:[a] uel præsentatione uoluntaria,uidelicet quem uoluerint:& sit in potesta te eorum impetrare:uel saltem necessaria,ut satisfaciat iuri eorum in præsentatione permutari. Aliqua enim sic fiunt quãdoq; solum,ut satisfaciant iuri.de renuntiatio.c.fi.de cau.pos.cũ ecclesia.Sed hic ultra uertitur interesse patroni,qui poterit formam cõtra permutationẽ oppo nere pro suo interesse.Tũc autem dico locum esse necessariæ præsentationi: cũ uidelicet patronus uocatus fuit:& in renuntiatione cõsensit,uel cũ permutatio fit propter utilitatem ecclesiæ euidentẽ,& uocatus patronus non habet iustam causam, quam posset opponere contra ipsum.argu.de iis quæ fi.à maio. par.ca.c.ij.ubi autẽ nõ esset uocatus patronus,nec renuntiatio ni consensisset,uel uocatus cum iusta causa reclamaret:tunc dicerem locũ esse præsentationi uoluntarię.Ratio primi membri quo ad primam partẽ per no.in clemẽ.ista alle.in glos.pen.in fi. Ratio quo ad secundã:quia contra utilitatẽ ecclesiarum nõ debet aliquis cõtra episcopum,ad quẽ principaliter pertinet sine causa exaudiri,per c.j.alleg.cum simil.Ratio secũdi membri quo ad primam partẽ: quia æquitas c.licet.& cle.alle.locum haberet secluſa culpa ex parte permutantiũ.per no.in suppositione proxime alle.Item & solũ in permutationibus secundũ iura,ut d.c. licet.& in cõcessione iure utentibus:ut in clemẽ.alle.& ita optime

me facit glo.j.dictæ clem.Quo ad secundā partē,non est clara: a quia frustra uocaretur aliàs per c.ratione.in c.j.de his quæ fiunt à maio.parte ca.alleg. Præterea maius præiudicium esset patro nis permutationem uelare,licet irritanda foret,quàm esset si irri ta esset ipso iure:quia posito ca su impedirentur præsentare illa non cassata,per no.de elec.cōsi deramus.Secundo casu nō:& ta men per rationē tactā de mino ri præiudicio interpretandum est.Ité consensus requirēdus se cundū omnes eandē uim habe re debet sicut haberet ius præ sentādi,& loco illius succedat: & maxime quia c.quæsitum.de re.permut.nullo modo de illius patroni præsentantis præiudicio cogitauit &c.faciunt iura dicen tia,quia res surrogata &c. licet fateor:quia aliàs sit regulare,ui delicet quòd cum expeditio ali cuius actus spectat ad aliquē cū consensu uel cōsilio alterius:ex peditio facta sine huiusmodi cō silio uel consensu bene ualet ipso iure.de elect.quòd sicut.de præben.cum in ecclesiis.de his quæ fi.à præla.cum uos.de arbi. cū olim.xij.q.ij.si qua.de re.ecc le.non alie.ca.j.in fi.lib.vj.& in re.nō firmatur.eo.lib. Saluis no. iuris regu.rati.& regu.ratum.& regu.is qui tacet. lib.vj.in quæ stione uidelicet disputata de hoc per Alexand.post Fede. & Lap.in capi.licet.

¶Præsentent. *Nota quòd præsentatio pertinet ad patronos. Et de duobus præsentatis quis sit potior: nota extrà de iure patro.cum antē. Et de tali præsentatione nota per Gof.& Hosti.in sum.& Specu.eo. tit.de iure patro.*

¶De procura.De iudi.Rub.

Conclusio CLXXXII.

AN ualet processus habi tus cum procuratore mi norum xxv.annis,non obstante quòd de hoc fuerit propositū & iudicatum pro processu errore expressato,cui tamen sententiæ acquieuerunt ambæ partes.Di uisa fuerunt Cōsilia.Quia qua tuor tenuerunt pro processu:ui delicet domini Simō de regio, Robertus de straton,Galhardus de noua ecclesia:& ego.Cæteri quinq; contrà: uidelicet Pet.de sar.Tho.de amanticis,Guil.gal. lo.de uayrolis,Arnoldus terreni,& P.de narra.Ratio principa lis per text.c.qui generaliter.in fin.qui loquitur per uerbum,de putari nequibit.& per not.in l. exigēdū.C.eo.uidelicet de procu ra. Item ꝙ persona minoris est ipso iure minus legitima, imo inhabilis standi in iudicio. C.qui legit.personam standi in iudi.habeāt.quasi per totū.C.de procura.non eo minus.Saluo c. si annum.de iudi.lib.vj.alle.fue runt not.in clemē.religiosus.de procu.in cle.& no.Io.An.in no uel.

uel.de procura. in noſtra. ſuper glo.quando dicatur in ſecunda ſuppoſitione.allegabatur etiam quia ſentẽtia ſuper hoc lata nõ potuit de non procuratore facere procuratorem. not. Innoc. in cap.ſuper literis.de procura. Nec etiam conſenſus partis nec iudicis cum inhabili diſpenſare,cõtra l.ſuperioris: item quia error ſententiæ male tollit præſumptum contrarium partis.allega.gloſſ.c.ſi annum. In contrarium mouebar ex no.Hoſtiẽ. & Iacob.de Are.& Ioan.And.de procur.non iuſte. ſuprà eod.lib. vj. qui generaliter. in nouella. ubi Ioan. And.hoc tenet expreſſe. Item mouebar ex tactis per me ſuper folio.iiij.collat.ij. Dicebam enim quòd minor curatorem non habens per ſe nõ eſt habilis ipſo iure: licet in hoc habeat perſonam non legitimam: quia repelli poteſt ne in præiudicium partis condemnatus reſtitui poſſet. [a] ſed in hoc nõ fuit exauditus: & forſan bene per l. clare.C.de autori.præſtan.& ibi no.per l.ſi.C.de legi.tuto. & per not in l.non eo minus.in princ. & ad no.Innoc.in c.prẽterea.de æta.& qualita.& l. ſi curatorem. C.de in integ.reſt.minor. A contrario reſponſum fuit, quòd loquitur in extraiudicialibus. Sed in ueritate hoc ſaltem mihi negari non poteſt, quin uidelicet ſaltem pro ſe & ſui fauore ualeat proceſſus habitus cum eo, l. non eo minus. & contra ſe in caſibus infrà no.ex quo concluditur, quòd non eſt iure ipſo omnino inhabilis: antequam enim emanarent iura inhabilia, habilis erat, ut de ſe patet. Iura enim quæ reddũt proceſſum nullum habitũ cum minore &c.ſunt iura ſpecialia ſolum inducta in fauorem cõtra ius cõmune primæuum. ut l. non eo minus.ergo ab eis faciliter receditur. ff. de teſt.mili.l.eius militis.in authent.de re.eccleſi.non alien. §. quia uero ueriſimile. & ff. de pact.ſi unus. §.pactus. uer.quod in ſpecie datur. Item nec debẽt talia extendi ad alios &c. ut regula,priuilegiũ.& regula,in argumentũ.de regu.iur.lib.vj.imò ut uerius loquar, non eſt inhabilitatus per iura,licet iura proceſſum cum eo habitum inquantum ſibi præiudicat,reddant nullum: ſicut de præſcrip. dicitur.C. in qui.cau.in integ. reſtitu. non eſt neceſſ.l.fin. Et hoc ſubtilius. præterea nec ſunt talia extẽdenda extra caſus expreſſos:quia uidẽtur à primæuo iure exorbitãtia.ar.regulæ,quæ à iure.nec reperies aliquod ius in contrariũ: quia text.dicẽtes minorem non eſſe perſonam legitimã,loquuntur ſolum, ubi per ſe minor in ſui præiudicio interueniret: & ita uidetur expreſſe notare glo. uidelicet, quõ pro ſe,tamẽ pro

alio potest minor interuenire in iudicio: quia sibi imputet &c. institu. qui pe. & ex quibus cau. maio. non poss. §. penulti. ff. de minor. l. cum mandato. in fi. nō enim uideo quare non posset minor esse ita procurator, sicut aduocatus, uel iudex: & per hoc est responsum ad alleg. in contrarium. Ad tex. enim c. qui generaliter. in fi. cum dicit deputari nequibit. subaudiam, uidelicet cum effectu: quia repelli potest per partem: & opi. concordētur. Ad not. in cle. religiosus. & in c. in nostra. responsum est, minorem omnino non esse inhabilem: quia imò certis casibus &c. uidelicet cum de iure perso næ agitur. Ç. quando leg. per l. fin. & not. in l. clare. allega. Item pro cōiūctis personis, ut ibi not. l. minor. ff. de procur. Tertio in causa beneficiali. ç. si annum. alleg. Quarto semper in sui fauorem. ut l. nō eo minus. quinimò dicit lex, quòd censetur legitimus defensor, in casibus quibus non potest restitui. ut dicit l. minor. §. alleg. licet contrarium uideatur notari ibidem, quod intelligo parte opponēte &c. conIunge hoc cum eo quod habes suprà. folio. iiij. in fine.

a ¶Restitui posset. *Nota quòd minor postquam impleuit. xxv. annū, potest petere restitutionem in integrum, non solum in læsione quæ demit de patrimonio: sed etiam in læsione lucri cessantis: de his tamen solum, in quibus læsus est infrà xxv. annum. uide gloss. in cap. ij. de restitu. in integ. in uer. restituimus.*

¶De testibus. Rub.

Conclusio CLXXXIII.

ASSERTIONI Cardi. creditur in his quæ aguntur coram eo in causis sibi commissis. de accusa. cum dilectus. in gloss. hodie autem. Item quòd si legatus asserens episcopum sibi obsequentem de mandato ab ipso uiua *uoce eidem* facto recepisse resignationem beneficii ex causa permutationis, illud conferat & partis aduersæ procurator positionē de ueritate dictæ assertionis factā confessus fuerit: dictæ assertioni standum est: licet aliàs confessio partis *in* beneficialibus non sufficiat: maxime quo ad effectum adiudicat, notat Ioan. Andr. de eo qui cogno. consanguí. uxo. suæ.

¶De procuratoribus. Rub.

Conclusio CLXXXIIII.

PROCESSVS habitus in prima & in secūda instātia cum Albisō de medicis, ut cum procurator constitutus tamen sub nomine Bartholomæi ualet: maxime si non est alius habens tale nomē: & præsertim si fuerit hoc per constituentem in tertia instantia declaratum.

claratum.

¶De procuratoribus. Rub.

Conclusio CLXXXV.

LICET cum agitur contra uniuersitatem ciuiliter nomina constituentium uniuersitatem nõ sunt exprimenda.no.Innocen.de ordi. cogni.cum dilectus. tamen cum agetur contra consules uel alios uniuersitatem constituẽtes,maxime propter crimẽ,exprimenda sunt nomina in commissione citationis ac libelli:ita quòd aliter citatio facta per edictum ne personaliter comparẽdo nõ arctat.per not.in dicta glo.quia successor non tenetur de delicto prædecessoris. hoc casu no. Innoc. de immunitate ecclesia. aduersus.&c.

¶De his qui ui. Rub.

¶De libelli oblatione. Rub.

Conclusio CLXXXVI.

VBI quis agit ad res oblatas per uim, uel metũ, uel per dolum, oportet quòd in libello exprimat res quas exprimere potest: & hoc sufficit:super quo uide no.Inn. quod metus cau.super eo. & in dicto cap.cum dilectus.glo.tertia. Item uolunt quidam dicere in citatione per edictum ut arctet personaliter ad comparendum sub pœna excommunica. sed facit in contrarium quod not.in dicta iij.gloss.in fine.

¶De lit.contesta.De dolo & contumacia. Rub.

Conclusio CLXXXVII.

CITATVS etiam personaliter nõ comparens contra quem proceditur per audientiam contradictarum lite non contest.puta in causa appellationis à diffinitiua &c. nõ est excommunicandus. per not. de electio.cap.statuimus.sed dubito de citatione personali &c.

¶De dolo. Rub.

Conclusio CLXXXVIII.

VT CITATVS[a] excommunicetur de citatione facta per edictum: non sufficit probare,quòd in uicinis partibus fuit edictum affixum: sed oportet probare etiã, quòd taliter, quòd ad eius notitiam potuerit uerisimiliter peruenire. per not. de eo qui mitt. in possess.c.si aduersus.

[a] ¶Vt citatus. *Nota quòd citato debet causa significari per literas, ut ad respondendum uenire possit paratus.v.quæst.vij si primates. Adde quòd non debent iudicari absentes, nisi citati uenire contempserint.v. quæst secunda.relatum.& c.de illicita.in ea.cau.& quæst.*

¶De iudicijs. Rub.

Conclusio CLXXXIX.

AVDITOR contradictarum qui fuit auditor palatii in causis sibi commissis postquam fuit auditor contradictarum, potest pronuntiare etiam in domo, uel ubi sibi placet.

¶De expensis. Rub.

Conclusio CXC.

HABENS pro se possessionem, licet minus canoniçam, excusatur à condemnatione expensarum.

¶De rescriptis. Rub.

Conclusio CXCI.

SI PARS quæ petitionē non dederat, pro qua tamen sententia est ferenda, a post conclusionē impetret commissionē, quòd recipiatur eius petitio, expresso quod neutra pars petitionem dedit, licet constet alteram partem certam petitionē dedisse, super qua pronuntiari non potest: talis commissio non est surreptitia.

¶De probationibus. Rub.

Conclusio CXCII.

ARTICVLI impertineñ. non in ius aduersarii, sed solum in probationem iuris, nihilominus obiectiui dicuntur. Et ideo dati post terminum non sunt admittendi, per nota. Compost. de electio. quod sicut.

¶De fide instrumentorum. Rub.

Conclusio CXCIII.

SI NOTARIVS instrumenti confecti qui negatur esse notarius, nō probetur notarius, seu ad eum tanquam ad notarium non possit haberi recursus, instrumentum non probat.

¶De iudicijs. Rub.

Conclusio CXCIIII.

SI MANDATVR per auditorem citationem *per* edictum[a] in tribus locis publicari, & solū fuit publicata in duobus locis, sufficit: quia satis est seruata forma iuris.

a

¶Per edictum. *Nota quòd citatio debet fieri tribus edictis uel uno peremptorio: quod continere debet tantum tempus, quantum tria edicta: nisi necessitas urgeat. de dilatio. cap. primo. ubi de hoc in glo. Adde quòd citatio peremptoria habens competentia interualla, seu competentem terminum secundū practicam quam ponit gloß. in cap. constitutionem. de sententia excommunic. lib. vj. æquiparatur tribus citationibus. xxiij. quæstio. iij. cap. de illicit. l. contumacia. ff. de re iudicata.*

¶De iudic. De testibus. Rub.

Conclusio CXCV.

SI TESTIS actore citato ad comparendum personaliter

liter coram auditore de mense Maii probet de mense Augusti. sequen. fuisse sanũ, & testes rei deponant de mense Septembris etiam sequenti illum uidisse in lecto infirmũ : nihilominus excommunicãdus est. Hac die nemeris decima mẽsis Nouembris, anno millesimo trecentesimo septuagesimoquarto, reintrauit palatium do.Pet. Iambonis coauditor post exitũ dominorum de consiliis in causa Arrelaten. coram me pendente.

¶De solutionibus. Rub.

Conclusio CXCVI.

VTRVM auditor cameræ apostolicæ condemnatum in palatio apostolico per auditorem palatii excommunicatum, qui per executorem à sede apostolica super dictæ sententiæ executione deputatum possit admittere ad beneficium cessionis, seu ab illa causa cognita repellere, seu cognoscere de hoc, an sit ad huiusmodi beneficium admittendus. domini Pet. de sarcenato, & Tho. de amanati, quòd etiam ad effectum absolutionis à sententia excommunicationis obtinẽdæ, dicebant quòd ab illa sententia non ipse auditor cameræ, sed præfatus executor potest absoluere: uel absolutione danda uel deneganda pronuntiare. Tamẽ cæteri omnes tenuerunt omnia supradicta sic spectare ad dictũ executorem, tanquam concernentia executionem sibi commissam : quod nullo modo ad auditorẽ cameræ possunt pertinere: inter quos domi. P. Iambo. Guiliel. Gal. & alii. vj. tenebãt inter cæteros P. Iambo. pro eo quòd auditor cameræ est delegatus, per not. Ioan. And. de raptis. auditor. in cle. iuncto cap. P. & G. de officio delega. quorum non potest fieri prorogatio hoc casu.

¶Delitis contesta. Rub.

Conclusio CXCVII.

SECVNDO in causa eadem idem dixerunt, quòd in dicta causa cessionis admittendæ uel denegandæ requiritur lit. contesta. de necessitate, & terminorum palatii obseruatio. Ratio: quia licet officium iudicis hic imploretur: non tamẽ principaliter, imò incidenter allegabatur cap. secũdũ. de offi. iudi. Dixit d. P. de Narbona, per no. Cy. in authen. posito. suprà. l. prima. C. ut ab hæred. se ab. id non esse uerum : quia hic nihil dari uel fieri petitur à parte. Sed prout ponit d. Pe. de sarcenato. probatur contrarium, quod dicitur de restit. in integ. c. ij. alleg. maxime qa hic imploratur officium contra personã certã, per no. in c. ij. in gl. hoc ideo. Idem tamen d. Pe. de sarcenato tenuit

alio medio motus, non requiri litis conteſt. hoc caſu, ut pro eo, quia ut dixit, cauſa iſta eſt miſerabilis, allegans authē. niſi breues. Et cum eo duo alii uel tres fundan. ſe in hoc, quòd hoc non intendit, niſi ad finem executionis ſententiæ iam latæ. per l. minor xxv. an. ff. de minori.

¶De procuratoribus. Rub.

Concluſio CXCVIII.

VTRVM contra procuratorium, in quo datur poteſtas comparendi coram quocunque iudice, & coram eo legitime de ipſo conquerentibus quæcunque debita confitendi, ſuppoſito quòd debitum eſt iiij. flore. confitendi, ac bona ſua committendi in ſolut. dandi & bonis eius cedendi: iurandique quòd dum ueniet ad pinguiorem fortunam, ulterius ſatisfaciet: ſit ſufficiens procuratorium. Duæ partes & ultra tenuerunt, quòd nō: quorum quidam moebantur, quia generalitas non ſufficit, quo ad articulum ceſsionis, ut dicitur notaſſe Cyn. quo ad articulum reſtitutionis petēdæ, per l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hæredi. Alii quia quando debitum eſt magnū, & confeſsio ſeu ceſſio aliter in una cauſa, aliter in alia facienda eſt: aliter pro modico debito, aliter pro magno. Mouebantur tenētes procuratoriū ualere per not. in cle. non poteſt. de procu. & per no. Inno. in c. ſedes. de reſcrip. & per l. ad rem. & l. ad legatum. de procura. ff. hoc uoluit domin⁹ Petr. de ſarcen. quòd ualeat procuratorium. Idem Guil. gal. & Pe. iambo, & N. de cremona, & Symon de regio.

¶De re iudicata. Rub.

Concluſio CXCIX.

PRIMO in eadem cauſa dixerunt duæ partes, & ultra ſententiam eſſe diffinitiuam, ut ſic licuerit appellare uiua uoce: quia ordine iudiciario agebatur libello dato &c. Cuius contrarium tenuit do. Pet. de ſarce. & do. Tho. de aman. Alii contra rationibus tactis in ſecūda quęſtione huius cauſæ tacta ſupra. dicebant enim quòd licet diffiniat, & ita uim diffinitiuæ habeat, non tamen eſt diffinitiua, cum non principale negotium, ſed articulum acceſſoriū ad illud diffiniat inter primos. Guil. gal. Pe. iambo. Symon de regio. N. de cremona.

¶De re iudicata. Rub.

Concluſio CC.

SI cōmiſſarius deputatus ad exequendam citationem in partibus dicat citationem executam prout in literis continetur, non ſufficit: quia in literis continetur triplex modus citandi: uidelicet in perſona, uel in domo, [a] aut in eccleſia. Et ita talis relatio eſt incerta & obſcura, & non

non ualet: quia etiam tollit defensionem partis.

¶ In domo. *Citatio in domo seu ad domum, an sufficiat, & quomodo non, plene not. per Inno. extra de eo qui mittitur in posses. cau. rei ser. c. si aduersarius. & tangitur per eum de postula. præla. c. j.*

¶ De libelli obla. Rub.

Conclusio CCI.

LIBELLVS cõceptus contra duos citatos & tertium non citatum cõiunctim uel diuisim concludens, tamen contra quemlibet insolidum, ualet contra citatos.

¶ De exceptionibus. Rub.

Conclusio CCII.

CONTRA agentem nomine suo pro iniurijs personalibus, opponi potest exceptio impediens lit. contesta. ualet quòd monachus uel canonicus est regularis, non habens administrationem.

¶ De præben. De regu. Rub.

Conclusio CCIII.

QVILIBET prioratus regularis cẽsetur reuocabilis ad nutum, nisi ubi curatus uel cõuentualis est. de sta. mona. eum ad monasterium. §. prioris. De hoc scripsi de præben. cum singula. lib. vj.

¶ De regularibus. Rub.

Conclusio CCIIII.

GRATIA facta sub hac forma, uidelicet, quòd ualeat collatio, ac fructus expressi non obstarẽt: non perpetuat regularem.

¶ De præben. Rub.

Conclusio CCV.

BENEFICIVM regulariter electiuum solo certo casu collatiuum, non collatiuum, sed electiuum dici debet: ut ff. de auro & argento le. & si non. §. peruenimus. & l. contra.

Conclusio CCVI.

ITEM quòd gratia supra proxime facta non ualet tacito q prioratus huiusmodi esset collegalis: quamquam non esset electiuus. Item quòd beneficium regulare esset collegabile uel collatum, licet collatiuum, & non redditiuum, reddit illud perpetuum. Item quòd cura subiecti prioratus reddit principali perpetuum.

¶ De appellationibus. Rub.

Conclusio CCVII.

AVDITOR datus super causa appellationis[a] & desertionis, si seruatis terminis super articulo appellationis reperiat bene iudicatum & appellatũ male: & appellationem esse modo desertã: potest pronuntiare, bene processum, & male appellatum: quia de utroque sibi constat in actis. ar. l. de quare. Secundo, quia negligentia non prosequẽtis appellationem non debet nocere appellato. ar. regulæ, non debet. de regul. iur.

Et ita tenuerũt olim antiqui auditores. Sed tamẽ domini Tho. de amanat. & N. de cremona. & N. de narbona cõtra. ratio: quia prædicta locum haberent in iudice cuius iurisdictio quo ad hæc esset fundata. Modo secus est hic: quia auditor hoc casu non est iudex, nisi super articulo appellationis desertionis. modo hic non est appellatio, dum est desertio: imo habetur perinde tunc ac si non esset appellatum. Solum enim sibi uidetur commissus articulus appellatio a nis in casu nõ desertionis, & articulus desertionis in casu in quo potest procedi super articulo appellationis propter existimationem ipsius. Hanc partem tenet Archidiaco. in c. Romana. §. cum autem. de appellatio. lib. vj. Sed respondetur, quòd non est uerum: quia solum in odium appellantis est hoc, quòd appellatio deserta habetur pro non appellatione: nõ autẽ in odium appellati, ut dixi. Item tenemus do. Pe. de sarcena. & ego, quòd ubi iudex uidetur se non esse iudicem, uel sentẽtiam à qua non fuit appellatum transisse in rem iudicatam, seu appellationẽ desertam esse. facit C. de temp. appel. l. iiij. in fi. & hoc uidetur notasse Ioan. Andr. ij. quæst. vij. alicui. Aut nullam esse, parte etiam non petente posset super hoc pronuntiare: quia ista concernunt officium suum: uidelicet quòd eius processus sit nullus. argum. de excep. exceptionem. & ff. de postula. l. quos prohibet. Sed alii contra. Et contrarium etiam tenuit dominus Marcus de sala. in clemen. si appellationi. de appella. post ar. ibi uide. Ibi concordat maior pars, quòd non potest auditor pronuntiare super desertione, nisi primo citata parte ad docendum de diligentia &c. sic quòd substantialis uidetur esse terminus.

¶ Causa appellationis. *Not. quòd appellatio est à minore ad maiorem iudicẽ prouocatio. ij. quæst. vj. omnis oppressus. & cap. sequenti. & c. placuit. Panormi. in rub. ea addit, quòd si prouocatio est legitima, pronuntiatum & iurisdictionem iudicis quo ad illam causam suspendit, & ipsius cognitionem ad superiorẽ transfert.*

Conclusio GCVIII.

ITEM procurator non constitutus specialiter ad agendum: sed constitutus ad appellandum: appellare potest à diffinitiua.

¶ De fide instru. Rub.

Conclusio CCIX.

SCHEDVLA notarii non habens testes & subscriptionem, non probat substitutionem factam extra actum. Aegidius.

¶ De offi. audi. cameræ. Rub.

Conclusio CCX.

IN CAVSA do. Sym. Primo quòd auditor cameræ perturbatores

batores suæ iurisdiction. nō potest citare extra curiam: maxime tunc, si extrà curiam turbarunt. Nec ob. de appell. Romana. §. contrahentes: libr. vj. Secus tamen in iudice delegato. Not. Innocen. de officio delega. cap. primo. Ipse enim auditor est camerae seu camerarii, sed non est generalis auditor papæ, licet hoc prætendat: ideo de causis beneficialibus prohibitus fuit papam cognoscere: sed ut habetur in regiſtro, officium suum est causas cortisanorum audire.

¶ De procuratoribus. Rub.

Concluſio CCXI.

VALET procuratorium ad excusandum non habēs causas excusationis expressas, licet uideatur contrà: quod not. Innocen. in cap. quia propter. de procura. can. ad eligendum, & eum excusandum, de electio. quia propter. Item quòd citatus personaliter ad causam &c. quia ultra hoc casu quo excusationes admittentur, habeat potestatem sufficientē procedendi in causa: quia duo uidentur sibi mandari. Igitur: arg. l. Celsus. ff. de arbi. & quia personaliter nō additur, nisi ultra ad grauandum &c. super quo uide Innocen. in c. dilectus. & c. constitutus. de procura.

¶ De iure patronatus. Rub.

Concluſio CCXII.

IN CAVSA domini Tho. quòd collatio [a] facta per executorem appellatum ad collationem episcopi deputatum de beneficio spectante ad præsentationem laici, non per hoc acquirit episcopo, uel tollitur patrono noua possessio, nec perdita seu acquisita probatur.

a ¶ Collatio. *Nota quòd collatio dicitur in alium iuris translatio. ut c. à collatione. de appell. Ad quem autem spectet beneficiorum collatio, dic ut notatur extrà de præben. cap. si tibi absenti. primo responso. & §. j. libro vj.*

¶ De cau. possessio. & proprie. Rub.

Concluſio CCXIII.

ET HOC in causa una tertię partis oblationū: quia articuli utriusque partis dati post suspensionem petitorii de possessione & proprietate quo ad colorandum & discolorandum possessorium, sunt admittendi, & eis respondendū: saluo quòd dominus Viuarien. & alii uoluerunt dicere hoc uerum de articulis rectoris fundantis in intentionem de iure communi: quia ibi materia cōsuetudinis solum defertur ad factum. de articulis secus, pro eo quòd sunt contra ius commune: & quòd possessorium non tenetur possessor colorare: quia decret. ad decimas, loquitur in actore.

¶De cau. possessio. & proprie. Rub.

Conclusio CCXIIII.

ET HOC in causa d. Guil. Gal. quòd si narrato per reseruatiuum cõtra expectatiuam super eodem beneficio litigan. quòd nisi obstaret suspensio petitorii, constaret de nõ iure alterius: concessit papa, si est ita simul procedi etiam in possessorio & petitorio. Instrumenta producta si per ea ante suspensionem producta constaret de non iure &c. quo ad illum effectum etiam hodie constare dicetur.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CCXV.

SI RESERVATIO & collatio executoris appellati simul concurrunt, præfertur collatio reseruationi, per not. clemen. literas. de rescriptis.

¶De resti. in integ. Rub. [a]

Consilio CCXVI.

IN CAVSA do. N. quòd si papa illum appellantem qui permisit labi omnia fatalia, forte impeditus &c. mandauit per auditorem restitui ad prosecutionem appellationis, si & prout de iure, & impetrata probatio auditor pronuntiet illum restituendum non decernendo tempus ad quod &c. sententia ualet: quia si apparet de impedimẽto certi temporis per acta ad illud uidetur restitutio facta. C. de senten. quæ sine cer. quantita. l. tertia. quia ad aliud restitui non debet post secundum fatale, per not. Innocen. de appellatio. ex ratione. si non apparet, uidetur restitutus ad tempus datum à iure ad prosequendum appellationem, ut de licet ad annum: sicut condemnatus ad soluendum, intelligitur condemnatus ad soluendum infra tempus datum à iure. ff. de re iudic. l. iiij. P. Iambo, & ego cõtra, propter formam commiss. ad quam uidetur se retulisse auditor in sententia. Ideo sententiam diximus propter incertitudinẽ non ualere, nisi certitudo habeatur ex actis.

¶Vt lite pendente. De except. Rub.

Conclusio CCXVII.

EXCEPTIO [a] falsitatis instrumenti appellationis uel nullitatis appellationis eiusdem contra petitorem reuocationis attentatorum appellationum: potest non obstante tribus sententiis latis super restitutione ad prosequendam appellationem in uirtute cuius petuntur reuocari attentata: quia de his non fuit quæsitum in causa restitutionis, sed solum de negligentia, uel impedimentis illius, qui prosequi habebat:

bebat: & quia prosecutio fieri potest etiã de appellatione nulla de iure, uel friuola. Tamẽ do. Pe. de sarce. dicit quòd licet sententia diffinitiua ex falsa causa lata non sit nulla. ff. de iudic. l. cũ prætor. §. Marcellus. C. si ex fal. instru. l. j. & ij. Secus tamẽ de interlocutoria. ff. de re. eo. l. magis puto. §. si res. Ista autem uidebatur sibi interlocutoria, non diffinitiua: igitur &c. Itẽ quia restitutus in casu præmisso potest petere reuocationem attentatorum ante appellationẽ infra x. dies: quia sunt opin. quia sine restitutione potest per lecta & nota. de rescriptis. c. ex parte. de sen. excom. licet. lib. vj. Et quia restitutio debet esse plena. C. de sen. pa. l. fi. ff. de usu. l. uideamus. §. infamia. de min. l. minor. §. restitutio. maxime quo ad effectũ ad quem principaliter tendit, à quo sequitur immediate illud, de quo agitur, ut tollitur & not. in c. quamuis. de rescriptis. lib. vj. Item quòd renuntiatio facta in manibus laici nulla est. Itẽ quòd iudex appellationis auditor potest pronuntiare super desertione sine speciali commissione: citata tamen prius parte ad docẽdum de diligentia.

a ¶Exceptio. *Nota inxta Panor. in Rubri. de exceptio. quòd exceptio est actionis uel intentionis exclusio. & adde quòd cõmuniter tenetur, quod exceptio proprie est illa quæ excludit actionem actoris. de qua uide per Bal. in l. j. C. qui accu. non pos.*

¶De rescrip. De præbendis. Rubri.

Conclusio CCXVIII.

IN CAVSA do. Symonis, quòd si ille qui obtinuit gratiam de prouisione habenda de ecclesia parochiali Titii, cõstito quòd illam idẽ Titius tenuit annis pluribus, nõ promotus, & qui cõtra illum Titium litem mouit, fuit postea surrogatus, asserendo tamẽ sed falso illi litiganti iam fuisse prouisum, licet uerba surrogationis sint in omni iure, & ad omne ius &c. nihilominus impetratio surrogationis est surreptitia: tũ quia expressio collationis potuit mouere papam ad concedendum: tum quia non est surrogatus in iure, sed ad rem. ar. dictæ decre. susceptum. de rescriptis. lib. vj. tamen fuit dictum, quòd commissio habens de surrogatione iure, in re non est surreptitia, per not. Innocen. de lit. contest. in c. exceptionis.

¶De rescrip. De præbẽ. Rub.

Conclusio CCXIX.

IMPETRATIO facta lite pendente super beneficio beneficii eiusdem ualida est: si nullus litigãtium in beneficio ius habebat: per no. Innocẽ. in c. iij. ut li. pen. in addi.

¶De renun. De præbendis. Rub.

Conclusio CCXX.

IN CAVSA domini Viua rienſis, utrum renuntiatio facta[a] per canonicum præbendatum & in dignitate conſtitutum in eccleſia, in qua de cõſuetudine nõ poteſt tenere dignitas uel præbenda aliqua ſine canonicatu, de ipſa præbenda ſolum & cum proteſtatione, quòd non intẽdit renuntiare canonicatui, faciat uacare canonicatũ: & per conſequens dignitatem: uel utrum proteſtãdo ſaluet ius in utroq;. Conſilia fuerunt diuiſa. Sed pars maior tenuit, quòd proteſtatio ſaluet, &c. quia diſtincta iura ſunt & diſtincti tituli canonicatus, & titulus præbendæ. Et poteſt unum haberi ſine reliquo: de conſtit. cum M. & c. cum acceſsiſſent. de præben. relatum. de reſcriptis. in noſtra. alleg. nota. Innocen. de præben. c. maioribus. & gloſſ. c. cum M. & quòd cõnexio præbendæ canonicalis nõ habet reſpectum ad certum canonicatũ in ſpecie, ſed in genere ad præbendam, ſicut nec dignitas: ſuppoſita conſuetudine prædicta in contrarium alleg. no. Comp. in capi. cum M. & Archid. in capi. ſi clericus. de præbend. libr. vj. & not. Guil. de mon. lau. de præbẽ. per literas. in clemen. per quæ in loco ubi eſſent præben. & canonicatus diſtinct. Aliqui maiores tenuerunt contrà: quia creato in illis canonico ſupernumerali, aduenienteq; poſt præbẽda: non uidetur poſſe dici numeralem canonicatum perimi, licet in contrariũ diceretur de eadem plenitudine, qua creatur ſupernumeralis adueniente præbẽda, quæ reperit ſupernumeralem ſibi ſufficientem, numeralis per extraneum meralem cõfunditur. Et ſi diceremus adueniente numerali cũ præbẽda, perimeretur ſupernumeralis: & caſu noſtro aduenien te ſupernumerali, ambo ſimul ſtarent propter plenitudinẽ poteſtatis Romani pontificis nouũ canonicatum ſupra numeralem conferentis: quod fateor alium facere non poſſe: & ita nõ procedit, quo ad hoc motiuum domini N. dicẽtis renuntiationem non poſſe augere.

a

¶Renuntiatio facta. *Nota quòd renuntiare beneficio quis non poteſt ſine licentia ſuperioris, etiã in præiudicium ipſius renuntiantis. c. admonet. & c. quòd in dubijs. de renun.*

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CCXXI.

IN CAVSA domini Guil. Primo quòd in acceptationibus & prouiſionibus executorum nõ habet locum. c. ſuſceptum. Item quòd impetrans in forma pauperum aſſerens ſe in alia prouincia elegiſſe perpetuam

tuam manſionem, ibidem fuerit collatus: hoc ipſo quòd ita aſſeruit, hoc non probat. per l. domicilium. ff. ad municipa.

¶De probationibus. Rub.

Concluſio CCXXII.

ITEM q, ſi pauper in forma pauperum aſſerens ſe in alia prouincia elegiſſe perpetuam mãſionem, ibidẽ fuerit collocatus: hoc ipſo quod ita aſſeruit, hoc nõ probat, per l. dominiũ. ff. ad municipa. reperitur *infra* ſub cõcluſione ccxxxiij.

¶De dilationibus. Rub.

Concluſio CCXXIII.

a POST terminũ peremptorium a ad docendum datum de promotione nõ datur alia dilatio ſine reſtitutione, per c. coram. de in integrum reſtitu. & c. cum uenerabilis. de excep. quòd nõ uideatur facere: licet gloſ. cle. ſæpe uideatur contra: ſed non eſt, quia loquitur in productionibus, nõ in caſu de quo agitur.

a ¶Poſt terminum peremptoriũ. *Terminus peremptorius eſt quædam interlocutoria. Et ſi ſimpliciter datur terminus, intelligitur peremptorius. extra, de dolo & contu. c. j. lib. vj. De tali termino uide plene per Archi. extrà de excep. c. j. lib. vj.*

¶De dona. De proba. Rub.

Concluſio CCXXIIII.

IN CAVSA Guil. gal. quòd ſi mulier concubina fuerit inducta per uerba bláda, & quoſdam metus uarios ad dandum cõcubinario, & dederit flendo, & hæc probãtur coram auditore, cui mãdatur quòd ſi conſtiterit illam eſſe cõductam per fraudem ad donandum, & donatio nẽ nullã eſſe, relaxet iuramentum quod dedit mulier de non ueniendo contrà: ſufficit quòd probatio præparatoria: ergo minor. ff. ad exhiben. l. iij. §. ibidẽ. Maxime quia nõ eſt præſumptio, quòd libenter donet: quia genus mulierũ ſecũdum leg. eſt auariſſimum. ff. ad Velle. l. ſi eo. Item cum quis procedit ſimpliciter ad id, in quo poteſt duplici autoritate, una bene, alia male, ſufficit quocunq; modo. not. Inno. de præſcrip. cum ex officii. Item quòd libellus cõtrarietatẽ habens in aliqua ſui parte eſt reiiciendus.

¶De præbendis. Rub.

Concluſio CCXXV.

IN CAVSA domini Pe. de Narbona, quòd inductio in poſſeſsionem facta per prouidere habẽtem nullo errore ſeductũ, inducit prouiſionem ueram. per c. ex parte. de ſpon. ubi uerba appoſita ad executionem &c. facit clemen. cum ei quem. penulti. reſponſo. de cõceſ. præben. l. ulti. C. de nec. ſeruis inſtit. inſti. qui da. tut. poſ. no. Compo. de elect. tranſmiſſam. fa. not. Innocen.

nocen. & Hosti. eo. titu. quòd sic. ut de iure pa. postulasti. & Pau. in cle. cum ei quem. hoc uerum secũdum Viuarien. si iudex usus est uerbis, te in possess. &c.

¶De foro compe. Rub.

Conclusio CCXXVI.

IN CAVSA mea Auinionensis spectator. Primo quòd clericus mercator solutus permittens se trahi ad iudicem secularem, tacuit se esse clericum, usq; ad sententiam inclusiue: & post ad impediẽdum executionem dicit se clericũ, & propter hoc dicit processum nullum: tenetur actori ad expensas. de except. exceptionem. Itẽ quòd copia extracta per notarium causæ de originali processu primi iudicis ac producta coram secundo iudice clausa & sigillata sigillo primi iudicis, & subscripta à notario fidem facit.

¶De expensis. Rub.

Conclusio CCXXVII.

ITEM sententia lata super expensis quæ ueniũt ante lit. cõtest. absq; petitione & processu nulla est. Item quòd peten do in libello debitum cum expensis, nõ intelligitur de expensis factis antè coram alio iudice minus competente: & idem dicat, libello reconuentionali nõ respondendum, & petat expeñ. Item quòd appellatio à taxatione expensarum nõ ualet, si non reperitur taxatio in actis, licet reperitur condemnatio & mandatum de taxatione etiam iniqua facta.

¶De procuratoribus. Rub.

Conclusio CCXXVIII.

ITEM quòd iudex ex causis animum suum mouẽtibus ut dicit mandans ex officio citari personaliter reum per procuratorem respondẽtem ut respõdeat interrogationibus iudicis non grauat per hoc.

¶De consue. Rub.

Conclusio CCXXIX.

PRIMO quòd ex cõsuetudine optandi quis in diuersis uacationibus potest pluries optare: quia uerba consuetudinis hoc habent & mere, uidelicet ut semper antiquior portionem habeat pinguiorem, & loquimur in actu cuius effectus est reperibilis: igitur &c.

¶De fide instru. Rub.

Conclusio CCXXX.

IN PRINCIPIO facta in partibus uigore compulsorię requirit partis uocationem. allegaui de testib. significauit. & c. Albertus. & c. in nomine. c. de testa. publici inducendo. tu cogitabis,

¶De accusationibus. Rub.

Conclusio CCXXXI.

Ver

a VERITATE criminis p bata[a] per duos teſtes, licet nõ probetur infamia, hodie poteſt agi ad effectum accuſa. per modum inquiſitionis ex officio. Non ob. c. inquiſitionis. & c. cum oporteat. de accu. & ibi no. allegabã rationem. l. iij. de offi. preſi. & l. ita uulneratus. inducendo & equiparãdo ſemiplenam probationem infamiæ ſaltẽ probationem duorum teſtium de ueritate.

a ¶ Veritate criminis probata. *No ta quòd crimen probatur multiplici ter: per rei euidentiam, ut cum quis in crimine deprehẽditur. l. alias. j. diſtin. ſi quis diaconus. item cum quid eſt ita notoriũ ut nulla tergiuerſatio ne celari poſſit. ij. q. j. manifeſta. item per formã. iij. q. iij. § item in crimi nalis. item per præſcriptionem. diſtin. xviij. c. peruenit. itẽ per iuramẽtum. xxj. q. iij. dilecto. itẽ per inſtrumenta ex. q. iij. § poteſt. item per teſtes. de coha. cle. & mulie. tua. Per unum au tem teſtem nõ probatur niſi cum mi raculo. iiij. q. iij. in fi. & § ſed obijcitur. Exemplum ibi de ſancto Bricio. Caſus tamen ſunt ſpeciales, quibus probatur per unum teſtem: quos po nit Alberi. C. de teſti. l. iureiurandi.*

¶ De accuſationibus. Rub.

Concluſio CCXXXII.

INQVISITIO petẽti copiam capitulorum illa danda ſunt antequàm reſpõdeat, licet curia ſeruat contrarium.

¶ De præbendis. Rub.

Concluſio CCXXXIII.

IMPETRATIO certi corporis beneficii, nõ expreſſis qualitatibus ſecundũ dominum Neapo. & do. Pet. de ſarce. ualet tunc, ſi aliqua exprimãtur, ex quibus &c. ut quia impetretur beneficium electiuum, non dico quòd ſit curatum &c. aliter non.

¶ De præbendis. Rub.

Concluſio CCXXXIIII.

SVB gratia de dignitate cathedralis eccleſiæ uel ciuitatis etiã electiuæ & curatæ & capitis tanquàm reſeruata papæ nõ facta mentione de cura, electione, & capite, gratia non eſt ſurreptitia. Item quòd uirtute dictæ primæ gratiæ propter non obſtan. potuit prouidere de dignitate collegiatæ non obſtan. quòd ibi ſit conſuetudo, quòd non niſi canonicis præbendatis poſſunt tales dignitates cõferi, etiam ſi ille non fuit canonicus præbendatus, ſecundũ Pe. de ſarce. Item gratia eſt ſurreptitia de beneficio facta, non habita mentione de ſurrogatione.

¶ De præbendis. Rub.

Concluſio CCXXXV.

IN CAVSA domini Guil. gal. quòd ubi concurrunt reſeruatio papę & collatio exe-

cuto

cutoris apostolici, præponderat collatio: quia non probatur impedimenta lit. refer. præcessisse. fa. no. clem. literas. de rescriptis. de præben. si tibi absenti. & c. si à sede. & per Ioan. Andr. in nouella. & no. in ca. uenerabilibus. de senten. excom. lib. vj. Itẽ quòd si executor mandat subexecutori, quòd conferat impetranti primum beneficium, quod duxerit acceptandũ, poterit conferri antea acceptatum &c.

¶ De appellationibus. Rub.

Conclusio CCXXXVI.

IN CAVSA domi. Pet. de Narbona. primo quòd si in partibus appellationem aliàs non deuolutam &c. cui præfixus erat terminus prosequendi per iudicem nõ approbauit, appellatus potest in curia eam approbare absente appellante: & maxime posset procedere reintegra. propter not. Ioan. Hostien. Ioan. mon. Archidiaco. & Ioan. And. in ca. cordi. Sed adhuc tenui contrarium, & mecum plures propter æquitatẽ: quia equũ non esset absentem & ignorantem compelli uenire cum actis & munimentis ad curiam super negotio principali. Facit uerbũ, petierit, positum in capi. cordi. a cum ibi not. per dictos doct. Tu dic à quo debet fieri hæc petitio: an ab appellato, uel à iudice à quo: quod non potest fieri illis absentibus: an à iudice ad quem, quod non uidetur. Item quia ista petitio fit, ut partes ueniant cum actis &c. continentibus principale: ergo oportet, quòd primo deueniat ad notitiam appellati. Item quòd uim citationis habet, ut ibi patet: ergo debet uenire ad notitiam citati antequàm arctet. Itẽ quòd desertio appellationis interpositæ ab interlocutoria deuoluitur negotiũ principale, non impedit prosecutionem *negotii* principalis in curia: *quia curia* nunquàm remittit: licet secus de appellatione à diffinitiua: quia ibi cessante appellatione, cessat negotium principale, cum sit idem.

¶ De iudiciis. Rub.

Conclusio CCXXXVII.

IN CAVSA domini Nic. quòd iuramẽtum [a] præstitum regi nõ excusat personaliter citatum in curia de mandato papæ, per c. cum parati. de appel. & ibi not. per Innocẽ. iuncto c. ueniens. ij. de iureiuran. cũ ibi not. Item quòd nec impedimentum incommoditatis. Item quòd nec impedimentum necessitatis datum in mala forma.

¶ Iuramẽtum. *Iurare quid sit, quæ causa institutionis iuramenti, qualis sit eius forma: & quando licitũ est iurare. uide glos. singula. xxij. q. j. c. j. super uerbo, iuramentum.*

De

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio CCXXXVIII.

IN CAVSA ecclesiæ quòd non potest archidiaconus nomine ecclesiæ pro interesse ecclesiæ, nisi episcopo & capitulo negligentibus: sed pro interesse suo bene: sed non potest alius quàm ipse appellationem prosequi, nisi esset talis qui adhæsisset infra cx. dies. per not. de elect. ut circa. lib. vj. alleg. not. Innoc. de testi. cum olim. nomine autem episcopi nō potest uicarius. per not. Innoc de offi. archi. c. j. nec ualet, nisi episcopus constituendo procuratorem ad eam prosequendam, uel alias eam infra x. dies ratā habuerit.

¶De appellationibus. Rubri.

Conclusio CCXXXIX.

IN CAVSA do. Guil. quòd attentata post inhibitionem ubi constat de nullitate appellationis non sunt reuocanda propter uerbum, canonice, positum in cap. non solum. sed ubi constat de iniustitia, seruandus est ordo, qui seruatur cum de possessorio pro uno & petitorio pro alio. de cau. pos. cum ecclesia. & cap. cum dilectus. Saluis not. Io. mo. in cap. non solum. alleg. Item quòd episcopus agit pro ecclesia sine consensu capituli in non arduis, in alijs non: per not. Innocen. in cap. edoceri. de rescript.

¶De præben. Et lite pen. Rubri.

Conclusio CCXL.

IN CAVSA dom. Roberti, quòd pendentia litis surreptitiæ gratiæ primi inter primum & secundum impedimentum non reddit surreptitiam gratiam secundi super beneficio cadente in gratia utriusque per secundum, non facta mentione de pendentia huiusmodi tali lite pendente facta: quia non interest &c. per not. Inno. ut lit. penden. c. iij. nec habet locum cap. j. & ij. ut lit. pend. libr. vj. quia lis hic non pendet super beneficio. Sed si impetratio facta fuerit sub conditione, si non sit alteri ius quæsitum. Secundo de tali beneficio & per secundum arrestari procurantem literas primi: factum fuerit quo minus primus illud beneficium per eum acceptatum poterit ante huiusmodi gratiam impetra. secundi facere sibi conferri: surreptitia est talis gratia secundi, de hoc non faciens mentionem.

¶De appellationibus. Rubri.

Conclusio CCXLI.

MEA IN CAVSA Gerundeñ. à grauamine primo: quòd ubi appellatur à grauamine ante sententiam diffinitiuam, & ab ipsa sententia diffinit

finitiua, maxime in causa beneficiali iudex utriusque appellationis procedere potest super principali saluo iure expensarum.

¶De appellationibus. Rubrica.

Conclusio CCXLII.

IN DATIONE apostolorum sufficit qualitercunq; talia dicere per quæ apparet, q̃ uult approbare uel reprobare appellationē. Item quòd si loco apostolorū dicat seu narret notarius, quòd reduxit instantiam, & ordinauit procedendum super principali saluo iure expen. cum ab hac appellaretur, sunt duæ ordinationes: quarum prima operatur reuocationem gra a uaminis, secundum Pet. de sarcenato: & alia noua dispositionē præiudicantis appellati ab ea, & saltem domini concor. quòd cū bona causa possum remittere causam domino Guil. gal. à quo propter grauamen proximi fuit appellatio interposita, & mihi commissa causa.

¶De consue. Et de sen. ten. excommu. Rubrica.

Conclusio CCXLIII.

PRIMO, quòd potest consuetudo inducere, q̃ procedatur ad sententiam excommunicationis sine scriptis: licet allegaretur contrarium, quòd talia quæ conceduntur solum ex priuilegio, nō inducuntur consuetudine, ut quòd procedatur sine libello summarie, & no. Archi. viij. distin. consuetudo. & de hæreti. c. fi. lib. vj.

¶De dolo & contumacia; & de sententia excommu. Rub.

Conclusio CCXLIIII.

ITEM, quòd pro simplici cōtumacia[a] potest capitulū habens aliàs iurisdictionem suspēdere canonicos, sicut excommunicare, & tali suspenso fructus auferre: & quòd huiusmodi occasione non potest agi restitutorio: & quòd cōtra petitorium admitti debent articuli de ista materia.

¶Pro simplici cōtumacia. *Nota quòd contumacia est quædam uoluntaria inobedientia, qua quis monitionem iudicis implere contemnit, ita elicitur ex e. j. de dolo & contu. iuncta glos. in uer. contumaciter. & ibi not quomodo fit multu modu. & consistit proprie contumacia in non faciendo uoluntarie, quod quis facere sciat se debere: ut patet in dicta glos.*

¶De præbendis. Rubrica.

Conclusio CCXLV.

IN CAVSA domini Galhardi, quòd præfixio termini facta impetranti in aliqua prouincia in forma pauperum, adiecta, quòd ibi elegerat perpetuam mansionem, ibi facta est

autor

autoritate commissionis specialis habentis clausulam de imponendo eidem pauperi, aliàs perpetuum silẽtium præiudicat infra terminum non probanti: & quòd sola assertio prædicta hic non probat.

¶De fide instru. Rubr.

Conclusio CCXLVI.

INSTRVmẽtum notariorũ Imperialium cõfectum etiam infra terras ecclesiæ probat.

¶De donationibus. Rubr.

Conclusio CCXLVII.

FRATER minor episcopus de bonis ecclesiæ modicum quid, uidelicet xxx. flore. propter impensa obsequia dare potest. C. de sacrosan. eccl. iubemus, & de dona. c. cæterum. Et quòd conclusio facta in causa prophana cum potestate reuocandi potest reuocare ex causa.

¶De præben. Et de proba. Rubr.

Conclusio CCXLVIII.

EXPECTANTI præbendam uacaturam per assecutionem autoritate literarũ apostolicarum in personam Titii non sufficit probare literas concessas Titio in forma dignũ arbitramur cõtinẽtes mandatũ de prouidendo Titio & Titium possessionem habuisse: nisi probetur prouisio Titi, & modus prædictæ uacationis.

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio CCXLIX.

IN CAVSA mea, & procurator non potest facere approbationẽ appellationis, de qua in c. cordi. sine speciali mandato. Alii tamẽ contrà, si est procurator ad appellandum: quod primo facit: quia non prorogat cum olim, nec facit nisi inclusa sub mandato. l. diligenter. graue autem est litigare in curia: & requirit speciale mandatum. arg. cle. causam.

¶De testamentis. Rubr.

Conclusio CCL.

NON executores testamẽti, sed hæres institutus potest debita testatoris repetere. in l. nulli. & l. si quis ad declinandum. C. de episc. & cle. per glos. & l. id quod pauperibus. eo. titu. per Cy. & c. ij. de testa. lib. vj.

¶De præbendis. Rubr.

Conclusio CCLI.

IN CAVSA mea Burdegalen. Primo & gratia facta Titio de certo beneficio Meuii cum uacabat per cõtractum matrimonii eiusdẽ Meuii uel alio quouis modo: nõ debetur illud beneficium Titio in casu, quòd non præmisso modo: sed per resignationem factam per procuratorem dicti Meuii in curia Ro. uacauerit.

¶De fide instru. Rubr.

Conclusio CCLII.

SVMPTVM de registro supplicationum non probat pro producente, nec cõtra eum:

maxime, si producit solum quãtum per se faciebat.

¶De renunt. De probatio. Rubri.

Conclusio CCLIII.

SI PAPA narrans Titium per procuratorem ad hoc legitime constitutum renuntiasse apud apostolicam sedem præbendæ suæ in manibus commissarij ipsius papæ, & illam præbendam ut sic uacantem conferat Meuio, petatque ex dicta collatione ipse Meuius præbẽdam huiusmodi per auditorem cui est causa commissa pro eo contra possessorem sibi iudicari: nõ sufficit sibi quo ad præmissa probare seu ad iudicem producere literam dictę gratiæ: sed ultra hoc oportet probare alias legitime procu. antedictam.

¶De restitu. spolia. Rubrica.

Conclusio CCLIIII.

SENTENTIA lata à iudice in partem non contumacem, nec citatam pro contumacia, uide per not. Innocen. in cap. auditis. de procura. Item in alia causa ex solo remedio cap. reintegrandę. potest pronuntiari spoliationem esse iniustã &c. per not. Archi. in c. sciant cuncti. de elect. libr. vj.

Conclusio CCLV.

SI MANDETVR episcopo citra moñ. uidelicet quòd prioratus monachorũ uel monialium reuocari non debeant, cum non sint spoliandi sine causa: nihilominus tamen reuocatio facta cum causa uel sine causa, reo uocato uel non uocato; collatioque inde secuta ac possessio ablata priuato & data prouiso ualent: licet possit priuatus officium superioris implorare: & apud eum priuans teneatur de causa docere.

¶De restitu. spol. De reg. Rubrica.

Conclusio CCLVI.

MONACHVS nullo casu potest petere restitutionem si spolietur per abbatem suo prioratu, nisi fuisset spoliatus pendẽte inquisitione uel accusatione, quam procurat contra abbatem: ut not. Innoc. in c. olim. de accu. in j. gl. Item quòd si monachus in prioratu est institutus à papa, requiritur & sufficit in eius priuatione expressus esse. Item quia uicario curã prioratus habente qui pro pensione agit contra priorem confitentem pensionem, dicentem tamen fructus diminutos & minus pensione sufficere uicario, certamque quantitatem offerens sub conditione, dummodo renuntiet in perpetuum maiori pensiõne, hoc recusante uicario eidem uicario petenti lite pendente sunt assignanda alimenta pro rata quantitatis oblatæ.

De iur

¶De iureiurando. Rubrica.

Conclusio CCLVII.

a ILLE qui renuntiat cum iuramento[a] exceptioni non ita celebrati contractus & copiæ instrumenti petendæ, post cõtra aliquam earundem renuntiationum non admittitur, nisi primo iuramentum relaxetur.

a ¶Cum iuramento. *Secundum a Gof. Hosti. Archi. & in authen. de manda. princi. §. sed neque. Iuramẽtum est assertio uel negatio de aliquo licito possibili & honesto sacræ rei attestatione firmata. Et nota. xxij. q. j. §. j. Vnde dicitur iurare: quia quasi pro iure introductum est, ut quod sub inuocatione diuini testimonij dicitur, pro uero habeatur.*

¶De iudicijs. De testi. Rub.

Conclusio CCLVIII.

TERTIO non uenienti ad causam pro suo interesse de quo in instrumento sententiæ pro eo super re de qua late agitur docet ad petendum & habendũ copiam attestationũ iam publicarũ admitti debet: licet d. Viuariẽ. & P. iambo cõtra.

¶De appellatio. Rubrica.

Conclusio CCLIX.

a PRAEFIXO termino appellanti. x. dierum[a] ad prosequendum prodest sibi ad hoc, quòd appellatio sua nõ dicatur deserta, quòd infra illos x. dies appellatus fecit causam appellationis auditori committi: licet ipse appellans nihil fecerit, licet Petr. de Sarcen. contra respõdendo certo modo ad l. petendæ. C. de tempo. in integ. re. pe. licet fatetur Specu. tenere cũ dominis titu. de appel. Dixerunt antiqui domini etiam sic aliàs fuisse in cõcilio determinatum. Sed dominus Viuarien. dubitauit, ut dixit.

¶ x. Dierum. *Nota quòd infra x. dies à die latæ sententiæ appellandum est, ut C. de appel. authen. hodie uero. fallit in absente ex probabili uel notoria causa. quia talis infra x. dies à tempore quo sciuit sententiam latam, potest appellare. ut C. quomodo & quando index. l. ab eo. C. quando appel. sit. l. j. §. fina. & ibi bona glo. Et hoc uerum, nisi sit contumax uere in non comparendo uel ueniendo ad iudicium: quia tunc non auditur: nisi ueniat iudice sedente adhuc pro tribunali. l. diuus. ff. de in integ. resti. Secus si fuisset contumax restituendo: quia potest appellare. l. creditor. ff. de appellatio. §. iussus.*

¶De re iudicata. Rubrica.

Conclusio CCLX.

SENTENTIA lata postquàm uariator unius partis habens ad hoc speciale mandatum renuntiauit liti & causæ contra dominum illius procuratoris uocatum solum per audientiam contradictarum ualet. Sed Viuarien. contrà: quia dicit, quòd lis durabat usque ad sententiã nõ obstan. cessione. Item quòd in libellis & sentẽtiis plus

consideratur mens quàm uerba.

¶De do. & contum. De præsump. Rubr.

Conclusio CCLXI.

IN CAVSA mea Arelaten. quòd si condemnatus bona sua cito post condemnationē ad mandatum alterius iudicis dat in solutum, præsumitur fraus cōtra eum ipsum repellens à beneficio cess. per. l. fi. ff. de ce. bo.

¶De rescriptis. Rubr.

Conclusio CCLXII.

MANDATVM directū episcopo exequitur electus cōfirmatus. per c. eam te. de rescriptis. cum ibi no. fa. ratio. c. quoniam abbas. de offic. deleg. C. de bo. quæ lib. non fine. ff. de bo. poss. quæ ex te. mili. l. j. & iura. & glo. quæ dicunt idem. uide de electo confirmato, sicut de episcopo.

¶De rescriptis. Rubr.

Conclusio CCLXIII.

COMMISSIO facta ad recipiendum iura producenda per partes dat potestatē recipiendi attestationes, sicut ecōtra in cle. sæpe. ne nimis arctentur uerba rescripti. contra no. Inno. de rescriptis. ex literis.

¶De testibus. Rubr.

Conclusio CCLXIIII.

SI TESTIS dicit me obligasse Titio, quāquàm dicat se nescire ex qua causa, si constet. si esset Titio obligatus ex certa causa, præsumitur ꝙ ex illa, & ualet testimoniū. per no. de re. uen. l. quædā. nec ualet obiice re contra testem affinitatē tertii gradus uel senten. excōmunicationis, & probare solum denuntiationem, per not. c. pia. & per Innoc. in c. ij. de testi.

¶De testibus. Rubr.

Conclusio CCLXV.

DE IVRE canonico non potest idē esse notarius, & iudex in eadem causa. per c. quoniam cōtra. nec ob. de testi. quoniā à nobis. quia fateor, ꝙ super his potest esse postea testis: ut ibi aliud nō dicit l. ij. ff. de dolo. l. ij. ob. (sed loquit' secundū leges.

¶De lit. contesta. De resti. in integrum. Rubr.

Conclusio CCLXVI.

SI VNA pars super causis appellationum, & negotii principalis cōmiss. ad eius instātiam impetret procedi sum mariè, & alia pars postea obtineat mandatum de restituendo, si de iure &c. potest cadere articulus restitutionis sub articulo negotii principalis nec obtinuerit, ꝙ summariè &c. nihilominus in causa restitutionis procedere summariè, & fiet unum registrum tanquàm super negotio principali.

¶De præsum. De proba. De confessis. Rubr.

Conclusio CCLXVII.

NOTARIVS præsumitur rogatus regulariter, licet

cet non dicatur.

Conclusio CCLXVIII.

ITEM narrata in gratia impetrationis, ad effectum etiã adiudicationis probãtur per confessionem aduersarii, & etiã procurat. Et idem quo ad purificationem, & processum duorum executorum super mortem tertii.

¶De offi. dele. De procura. Rubri.

Conclusio CCLXIX.

VALET generalitas processus executoris, uidelicet in quo comitant omnibus singulis presbyteris certæ diœcesis.

¶De dilatione. Rubrica.

Conclusio CCLXX.

ARTICVLI obiectiui nõ dati in termino, postea in alio termino dari possunt, si alius terminus huiusmodi per iudicẽ assignetur, & ab assignatione non appelletur.

¶De offic. deleg. Rubrica.

Conclusio CCLXXI.

ITEM quòd simplex presbyter potest esse subexecutor a apostolicus quo ad cõferendum, & quòd c. statutum, non habet locum in executoribus apostolicis inquantum uellent recipere solum partes executorum, remansit, utrum debeamus præsumere tertio collegæ sub nomine dignitatis mortuo infra duos annos fuisse alium substitutum. Item fuit cõclusum, quòd in casu dictæ substitutionis subexecutor datus à duobus non procedet sine illo tertio substituto, nisi esset impeditus.

¶De procuratoribus. Rubrica.

Conclusio CCLXXII.

ITEM remãsit dubium, utrũ ualet substitutio procuratoris per alias facta de certa persona uniuersaliter ad omnia, in quibus erat substitutus generaliter uel specialiter deputatus.

¶De appellationibus. Rubrica.

Conclusio CCLXXIII.

DEFECTVS intimationis appellationis in causa appellationis, licet utiet deuolutionem, quantum tangit præiudicium appellati, non tamen quantum tangit appellantem: quod glos. & Paul. æquum reputarunt in clemen. causam quæ.

¶De confessis. Rubrica.

Conclusio CCLXXIIII.

SVPER crimine a oppositio alicui in modum obiectus ad repellendum eum in beneficio, non tenetur ipse positioni uel interrogationi respondere. Secundo quòd si dicatur confessus condemnatus uel conuictus de crimine positioni uel interrogationi de hoc

datæ respondere tenetur. Has duas conclusiones, & fundamenta earum ponit Inno.de confessis.cum super.pro quibus de accus.accedens. Tertio ℘ si respõdit se infamatum,tenetur respõdere super ueritate criminis. Hanc ponit Innocẽ.cum sua ratione. de elect.dudum Tothoma.ipse Innocẽ.uidetur uelle,℘ super corporis uitio teneatur quis respondere, cum sit crimẽ, sed de irregularitate secus. Sed corporis uitium non inducẽs irregularitatẽ nõ obest.etiam Innoc.uelle uidetur in c.dudum.℘ super crimine quod post peractã pœnitentiam inducit irregularitatem,tenetur quis respondere:ubi autem proceditur contra aliquem principaliter super crimine per uiam accusationis:denũtiationis uel inquisitionis, certum est quòd conetur respõdere capitulis contra eum datis,secundum Viuarien.Pro secunda conclusione prædicta facit l.iij.ff. de testi.iiij.q.iij.si testes.de accus.inquisitionis. §.j. ad quæ se retulit glos.in cap.cum causam.de testi. & dictã l.iij. solebat semper allegare do.Pe.Nicho.de neapo.de uitio personæ est hodie determinatum.de elect.si formæ aliàs forte.lib.vj.

a ¶Super crimine. *Nota quòd crimen proprie est mortale peccatum, ut patet per Gregor.homilia xij.Facit xxv.dist. §.criminis.in uer. quin fiat criminale dum placet.Largo autem modo accipitur quandoque pro ueniali, etiam iuxta illud, Nemo sine crimine uiuit.quandoque pro infamia·& quãdoque pro peccato depositione digno,ut hic.Vide glo.in d. §.criminis appellatio.& quæ sunt crimina depositione digna, uide d. An.in c.at si clerici.de iudi.*

De his quæ à ma.par. cap.fi. Rubrica.

Conclusio CCLXXV.

AD EXPEdiẽdum negotia uniuersitatis per rectorem requiruntur duæ partes.l.nulli.& l. pane.ff.quod cuiusque uniuersi.no.uel contra.& l.nominationũ.C. de decur.lib. x.secus si per singulos de uniuersitate per modum uniuersitatis congregatos. ut ff.ad municip. quod maior.secundum dominũ electum Viuarien.qui dicit Cy. ita notasse. de procura.l.neque. quod est ualde notabile.

¶De rescriptis. Rubrica.

Conclusio CCLXXVI.

IN CAVSA mea Auinionẽ.Cremonæ & Sanie.Primo ℘ licet patriarcha Iherosolymitanus, qui cõmisit causam domino Bonifacio,haberet potestatem ab Vrbano per se uel alium in causis cœptis &c. procedendum summariè &c.tamen quia licet petitum esset in dicta commissione domini Bonifacii, quòd posit procedi summariè, fuit illud in signatione

om

omissum, nō potuit Bonifacius procedere summariè &c.

¶De litis contesta. Rubr.

Conclusio CCLXXVII.

ETIAM ubi summariè non proceditur arctatio terminorum extra palatium contra morem palatii uel omissio conclusionis nō uitiant sententiam uel processum.

¶De testa. Rubrica.

Conclusio CCLXXVIII.

PRO eo, quòd Michaël de fabrica maritus Cremonæ, suo & dictæ Cremonæ nomine ratione restæ duarum dotium, uidelicet matris Guillentæ uxoris Ioannis restantis Cremonæ filiæ eiusdem Guillentæ, ad quā restam dictus Ioannes restantis, qui Bernardum filium suum instituens in casu quo idem Bernardus sine liberis moreretur, uoluit suam hæreditatē ad pauperes deuenire: & cuius Ioannis filius Bernardus antedictus hæreditate adita & relicta Sania sua nouerca secunda uxore dicti Ioannis hærede de dicto fideicommisso mentione nō facta obligatus egit contra dictam Saniam, & cōtra procuratorem animarum: quia ratione fideicōmissi antedicti dicebant hæreditatem dicti Ioannis ad pauperes pertinere coniunctim & diuisim asserentes hæreditatem dictorum patris, & filii ad Saniam, & procuratorem antedictum pro partibus eos contingentibus peruenisse, & concludentes utrunque condemnari prout, & quemadmodum partis hæreditatis eos contingentis, & nō aliter nec ultra lite super huiusmodi petitione cū dicto Michaële solummodo per Saniam contestata: condemnatio secuta non ualet, quantum tangit partem procuratoris, & condemnationem factam insolidum non obstante, à die declaratiue facta post reuocationem cōclusionis, in qua petit idem Michaël pronuntiari & condemnari Saniam ad totam restam antedictam, tanquàm lite super toto minime contestata.

¶De inuentario. Rubr.

Conclusio CCLXXIX.

ITEM quòd Sania non debet gaudere beneficio inuentarii: tum quia non uocauit creditores legatarios: tum quia in præsentia testis & notarii nō nominauit nec realiter ostendit omnia bona: tum quia non uocauit in testi. cognit. personam hæredi. tum quia non descripsit per se uel alium notarium specialiter adhibitū, ipsa bona: nec adiecit sigillū sanctæ crucis: imo ut præsumitur, nec inchoauit infra xxx. dies. Itē quia contra petitionem restit. dictarum duarum dotium non potest opponi cōpensatio de mutuo recepto: per Michaëlē, aut de bonis hæredit.

dicti Ioannis receptis per ipsum Michaëlem: cum non appareat, quòd illa receperit nomine Cremonæ: etiam ℘ nõ obstan. quòd nomine etiam suo egerit, ne per compẽsationem Cremonæ eius uxoris præiudicium afferatur.

¶De reſcriptis. Rubri.

Concluſio CCLXXX.

LICET plura narrentur in commiſsione ad reſtitutionem cõtra ſentẽtiam obtinendã ſi unicum ſufficit, licet alia falſa ſint. nõ obſt. de reſcri. ex parte. & cap. cum olim. & c. inter cæteras.

¶De procuratoribus. Rub.

Concluſio CCLXXXI.

REI uendicatio, & Publiciana ſimul intentantur alternatiue de cõſuetudine, cõtra illius not. §. alie. de acti. no & legi. c. abbate ſane. de re iud. lib. vj. & per Innoc. de reſti. in integ. conſtituitur.

¶De litis conteſt. Rubr.

Concluſio CCLXXXII.

ITEM, quòd litis conteſta. contra duos, ſi pòſt unus alteri ſuccedat, non ſufficit ad totum illi adiudicandum ſine alia litis conteſtatione.

¶De procuratoribus. Rub.

Concluſio CCLXXXIII.

PROCVRATOR ad agẽdum uel defendendum qui ſententiam pro ſe obtinuit, quæ tranſiuit in rem iudicatam, cogitur defendere dominũ in cauſa reſtitutionis obtentæ à principe cõtra ſentẽtiã: & fuit obtentũ de primo anno domini Guil. gal. in cõſiliis: uidetur caſus. ff. de procu. l. qui proprie. §. itẽ quæritur.

¶De confeſsis. Rubr.

Concluſio CCLXXXIIII.

IN DICTA cauſa mea Auinion. Cremonæ, Pet. & *Saniæ*. Primo ℘ cõfeſsio Michaëlis facta in libello primæ inſtantiæ, ibi dum dicit, ℘ hereditas Ioannis, & Bernardi &c. ad procu. animarũ, & Saniã pro partibus eorũ cõtingentibus *peruenerunt*: reddit inſtã. *domini Bonifacii* iniuſtã. Item ℘ reuocatio dictæ cõfeſsionis, quæ uidetur facta in libello inſtãtiæ ſecũdæ fieri non potuit ſine cauſa ſecũdũ do. Viuari. P. iambo. & Guil. gal. de no. eccleſia. Licet domini Ni. & Io. & Simon ac Robertus cũ plures nõ eſſent tũc in conſil. cõtra. Dixerunt tamẽ domini Viuariẽ. & Guil. & P. iambo. poſt eũ: ℘ licet nõ ualuit dicta reuocatio in modum erroris: ualuit tamẽ quo ad mutationẽ in modo agendi: ut qui prius agebat cõtra duos, nũc nõ agit, niſi contra unũ. Quodq; dicta cõfeſsio facta reſpectu procuratoris animarũ, & modo agẽdi intẽtati cõtra eũ nõ obeſt reſpectu Saniæ. alleg. l. fi. ff. *de interrog.* act. Item quòd ego iudex ſecundæ inſtantiæ ex libello dato in ſecunda inſtantia, & conteſtatione ſecuta ex productis poſſum infirmare ſentẽtiam domini

mini Bonifacii pro ea parte super qua fuit litis contest. & pro alia infirmare, & nihilominus pronuntiare, sicut si essem iudex instantiæ primæ super toto & pro Cremona: quia data additione super libello &c. post reuocationem cõclusionis potuisset. dom. Bonifacius super ea lit. contest. & seruatis de nouo super toto seruandis super toto pronũtiare. ergo & ego qui successi in locũ ipsius. Sed ex post. facto dominus Viuarien. se mutauit, dicens quòd expedit causam istam poni in relationibus.

¶De lib. obla. De re iudica. Rubr.

Conclusio CCLXXXV.

SI LIBELLVS emptoris datus fuerit ad æstimationẽ rei uenditæ quæ tradi poterat, & non ad traditionẽ: & sententia super ea lata ualet: totum ualet libellus & sentẽtia: nisi ex alio capite utietur de æquitate canonica. Ego cõtra, per l. j. ff. de acqui. emp. & l. si seruum. §. fi. & l. eum qui ita. ff. de uerb. obli. & de consti. pecu. l. pro minori nominis. & si cer. pet. l. cũ fundus. §. quod ad pecunias. & hoc plene not. ff. de re iudi. l. si quis ab alio. § fi. ff. de act. emp. l. j. Super hoc etiã uide de iureiur. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. & infra. iiij. folio pagina secunda.

¶Vt lite pendente. Rubr.

Conclusio CCLXXXVI.

IN MATERIA attentatorum non auditur quis petens restitutionẽ beneficii, nisi coloret titulum: licet Guil. gal. contra. Item quod lata sententia in restitutione totali ex priuilegio litis penden. est diffinitiua quo ad effectum cle. appellanti.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CCLXXXVII.

ITEM quòd allegans titulum infectum peius facit, quã si nihil pro titulo allegaret.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CCLXXXVIII.

ITEM quòd possessor nõ docens de titulo nec colorãs obtinet in casu prædicto, petente restitutionem nõ colorate, & hoc quo ad effectum absolutionis. Item quòd materia cõtraria, uidelicet continuæ possessionis usq; ad tẽpus quo spoliatio attẽtata dicitur inclusiue admittenda est contra petentem.

¶De probationibus. Rub.

Conclusio CCLXXXIX.

POST conclusionẽ &c. post sunt produci iura etiam per illum quo instãte fuit cõclusum etiam in beneficialibus.

¶De probationibus. Rub.

Conclusio CCXC.

ET QVOD glo. cle. literis. de proba. de narratis per papam de facto alterius super quo &c. licet reprobetur quo ad effectum adiudicationi, & nõ tamen quo ad effectũ defensionis & inten

& intentionis actoris probatæ
1 elisionis. Sed dominus Nico. &
ego cõtrà: quia reus in exceptio
ne est actor maximè intentione
iam fundata.

¶De renuntiatio. Rub.

Conclusio CCXCI.

ILLE appellans qui petit co
piam actoris post appellatio-
nem, & diem ad dicendũ con
tra, nõ censetur appellationi re-
nuntiare. Item quòd literæ exe-
cutorũ solo sigillo &c. recogni-
to, uel ꝓbato sigillo faciũt fidẽ.

¶De procuratoribus. Rub.

Conclusio CCXCII.

ITEM quòd si ꝓcurator cau
sam prosequẽs infra tempus
non appellat, nõ auditur do-
minus post tempus appellans,
nisi per uiam restitutionis.

¶De filijs presbyte. Rub.

Conclusio CCXCIII.

a ILLEGITIMVS a dispen
satus ad dignitates cu & elec.
habebit ī ecclesia cathedrali.

a ¶Illegitimus. *Nota quòd illegiti-
mus prohibetur promoueri per uiam
iustitiæ, cap. ut innotuit. de elect. nõ
tamen prohibetur per uiam gratiæ,
ut ibi not.* Abb. *Et an legitimatus
quo ad actus ecclesiasticos per hoc
sit legitimatus quo ad actus secula-
res? Dic quòd communis opinio ca-
nonistarum est, quòd sic. extrà qui
filij sint legitimi. cap. per uenerabi-
lem. ubi de hoc nota. per omnes: &
ibi etiam nota de potestate imperato-
ris & papæ.*

¶De attentatis. Rub.

Conclusio CCXCIIII.

ID AVTEM quod dicitur
materiam attentatorum ma-
gis priuilegiatam esse, quàm
materiam interdicti unde ui, uel
beneficii c. reintegranda. intelligit
d. Viuarien. quo ad effectum
procedendi sine ordine iuris:
non quo ad effectum proceden
di absque collatione tituli in
materia beneficiali.

¶De iudicijs. Rub.

Conclusio CCXCV.

IN CAVSA mea Auinion.
Saniæ & Cremonæ, quod iu-
dex secundæ instantiæ pro-
nuntians super nullitate primæ
instantiæ ex defectu ordinis iu-
diciarii potest, si reperierit ser-
uato ordine iustam fuisse dictã
sententiam &c. potest etiã pro-
nuntiare in eadem sententia eo
modo quo pronuntiauerat pri-
mus iudex.

¶De confessis. Rub.

Conclusio CCXCVI.

CONFESSIO facta in
prima instantia potest re-
uocari in secunda docto de er-
rore & etiam non docto.

¶De restit. in integrum. Rub.

Conclusio CCXCVII.

CAPITVLVM, suscepta.
de restit. in integ. non habet
locum in sententia arbitr.
quia illa non habet executio-
nem. not. Innocen. in cap. quin-
tauallis.

De lib

¶De libelli oblatione. Rubrica.

Conclusio CCXCVIII.

DE CONSVETVDINE admittitur libellus alternatiuus nullitatis uel iniquitatis & restitutionis.

¶De arbitris. Rub.

Conclusio CCXCIX.

PETENS laudum rescindi reductione ad arbitrium boni uiri, etiam per modum restitutionis non censetur cõtrarius, sed uidetur solum ius speciale restitutionis intentare.

¶De locato. Rub.

Conclusio CCC.

ITEM quòd locatio non probat possessionem.

¶De concess. præb. Rub.

Conclusio CCCI.

SI ACCEPTO simul plura beneficia excedentia simul taxam literarum mearum, ualet nihilominus quo ad primum secundum & tertium nominata quæ non excedunt. argu. C. de dona. l. sancimus. ff. de uerbo. oblig. scire debemus. ff. de iurisdi. om. iudi. si idem cum eodem. de hæredi. instit. l. qui soluendo. ij. cum concor. de elect. c. penulti. iij. responso. in fin. de præben. mandato. lib. vj.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CCCII.

VBI IMPETRATVR certum beneficium cum expressione certæ taxæ si negetur, taxa probanda est: & uidetur negata, si dati fuerunt articuli de hoc obiectiui: & si repulsi fuerunt, secus ubi uirtute generalis gratiæ ad certam taxam &c. esset beneficium, quod dicitur per impetrantem infrà taxam acceptatum: quia illa taxa sibi negata præsumitur.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CCCIII.

ITEM quòd narratio baccallariatus in gratia etiam non negata quo ad effectum adiudicationis probanda est.

¶De re. eccle. non alie. Rub.

Conclusio CCCIIII.

CAnonicus uolens alienata nomine ecclesiæ reposcere, debet ex remedio malæ alienationis concludere, ut sic intelligatur & restringatur cap. si quis presbyterorum. super quo uide in nouella. de testi. cum olim.

¶De foro compe. Rubrica.

Conclusio CCCV.

IN CAVSA mea Ianuen. quòd de iure qui subiicit se cameræ & promittens extra curiam soluere in curia: licet repertus in curia ibi possit conueniri: non tamen potest extra curiam citari, ut ibi respondeat. Licet domi. Viuarien. uideretur contrà. allegabatur tamen pro auditore cameræ concludendo in contrarium.

De pro

¶De procuratoribus. Rubrica.

Conclusio CCCVI.

SECVNDO quòd procurator deputatus ad causas deuolutas & de iuris necessitate in curia tractandas de nul
a litate processus [a] habiti cum eo in causa non deuoluta nec in curia tractanda agere potest: quia illa est in curia de necessitate tractanda.

a ¶De nullitate processus. *Nota quòd in consistorio principis non attenditur nullitas processus, si constet de meritis causæ, ut not. Abbas in cap. ad petitionem. de accusatio. Item in dicto consistorio si esset de bono iure partis, non habetur respectus ad nullitatem processus. notat idem Abbas in cap. cum olim. de re iudica.*

¶De foro competenti. Rubrica.

Conclusio CCCVII.

TERTIO quòd dominus comparens coram iudice remissionis concessæ huiusmodi procuratori in causa huiusmodi non uidetur prorogare seu ualidare processum habitum uel habendū cum procuratore prædicto, dummodo processus fuerit nullus ex defectu iurisdictionis: uidelicet pro eo quòd causa super qua agebatur in curia coram auditore cameræ non est tractanda in curia. Quarto quòd grauauit auditor assignans terminum ad concludendum uel dicendum causam quare &c. contra allegantem contradicendum, nec est suis positionibus responsum.

¶De ordinaria cognitione. Rubrica.

Conclusio CCCVIII.

IN CAVSA Guliel. gal. quòd ciuilis est criminalis ex eodem facto simul in eodem libro &c. fui cum Nico. Simo. & Guliel. quàm opinionem sequitur Guil. de Cu. licet glo. d. Rob. Viuarien. & Estulanus, cōtra sequen. Cyn. in l. una. C. quando ciuilis actio præiudicet crimili. & Bart. in l. prætor edixerit. §. primo.

¶De iudicijs. Rubrica.

Conclusio CCCIX.

IN EXECVTIONE citationis sufficit executio facta in ecclesia cathedrali: & illa de qua agitur: & in ecclesia collegiata oppidi, ubi est illa ecclesia, dummodo maximè iuret post præsentationem dictæ executionis pars ad cuius instantiam fuit executa, quòd non potuit procuratorem uel principalem apprehendere, licet aliàs seruatus non sit ordo clementinæ, causam quæ.

¶De iudicijs. Rubrica.

Conclu

Conclusio CCCX.

FVIT citatus intrusus personaliter ut centesima die compareat coram auditore cū authoritate &c. de iustitia responsurus, auditurus &c. facturus & recepturus quod dictauerit ordo iuris, potest procedi per audientiam ad omnes actus &c. ut si aliquis ipsarum esset omissus, non uitiaretur propter hoc processus, licet hodie tantum inualuerit stilus obseruationis terminorum per audientiam: quòd etiam appositā dicta clausula ad omnes &c. in citatione & executione omisso termino ad probandum omnia totum unit, secundum Pet. de sarcenato. Sed motiuum dominorum quo ad primum terminum cum fingit uirtute citationis & executionis prædictārū esse hic apprehensum. Sed contra talem procederetur per auditorem ad omnes & singulos actus. igitur &c. Et in his fuerunt omnes concordes, inter quos Viua rien. & Guliel. gal. sed nō Nico. de narbo.

¶De fide instrumentorum, Rubrica.

Conclusio CCCXI.

IN EADEM causa quòd præsentatus producit literas præsentationis cum testibus sine sigillo & subscriptione notarii: sed uicarii generalis episcopi sigillatas sigillo ℣ ibi asseritur esse uicarius sine testibus & subscriptione notarii: & dat in articulis ibi esse consuetudinē, quòd non consueuerunt nomina testium & uicariorum in talibus literis poni: & ℣ uicarius eo tempore ibi erat talis: aliàs articuli sunt repellendi, quia male specificati nimis generales, nec datur ibi clare de potestate uicarii.

¶Vt lite pendente. De uerborum significatione. Rubrica.

Conclusio CCCXII.

IN CAVSA domini Ioan. quòd appellatione illorum quorum interest quo ad materiam. cap. si hi contra quos. ut lit. penden. lib. vj. & cap. quamuis. de re iudi. non ueniunt nisi illi quorum interest ratione iurisdictionis eiusdem seu occasione. Sed quo ad materiam c. statutum. de elect. lib. vj. ueniunt omnes quorum interest etiam ratione cuiuscunque interesse & ex quacunque causa. Item tenetur & placuit, quòd si mortuo illo contra quem primo litigatur causa ad curiam per appellationem deuoluta committatur causa contra illos quorum interest, intimatio facta illi cuius post dictam causæ introductionē interesse cœpit, non operatur uim citationis: nec facit quòd lata sententia contra mortuum, quę quo ad mortuū ualida non

non fuit, sibi præiudicet: imo quòd contra eum ferri posset etiam terminis seruatis per audientiam contra. Item quòd dictum cap. quamuis intra. in casu quo super illo iure de quo pronuntiatum est, alius ad quem eiusdem iuris pertinet defensio, sciuit &c. Secus si quilibet ius diuersum unus ab alio prætenderet, ut duo hæredes, uel duo quorum quilibet se in beneficio ius habere prætendit, quod non potest procedere ex eodem iure secundum Innocen. de præben. nisi essent. de restitu. spol. ex literis.

¶De appellationibus.
Rubrica.

Conclusio CCCXIII.

SI A SENTENTIA excõmunicationis uel eius exe
a S cutione appelletur[a], repositio in statũ fieri non potest: quia reuocatio grauaminis locum habere non potest.

a ¶Appelletur. *Nota quòd à qualibet sententia, uel grauamine potest appellari, si est hominu, de iure canonico. De iure autem ciuili non ab interlocutoria, nisi quãdo iudex in criminali uel ciuili negotio quæstionem per torméta interlocutus est. cõtra l. ante sententiam ff. de appel. reci.*

¶De procuratoribus.
Rubrica.

Conclusio CCCXIIII.

PROCVRATOR constitutus ad prosequendũ cõtra Titium & Sempronium non potest prosequi cõtra Caium si per iure beneficii: quia eodẽ iure se fundare non poterunt illi tres, scilicet Titius, Sẽpronius & Caius, & tamẽ deputatus procurator ad unam causam, aliam nõ potest peragere. de offi. dele. cum olim. Itẽ quia mutatio personæ inducit mutationẽ causæ. ff. de excep. rei iudi. l. cum à te. & l. quæritur. cum l. sequen.

¶De iudi. De libel. obla.
Rubrica.

Conclusio CCCXV.

AGENS contra monasterium ut sententia arbitralis contra monaste. pro eo lata super certis possessionibus declaretur per monasterium obseruanda, & eidem monaste. non licere quomodolibet aduersus eam reclamare: & in eodem libro persistens non auditur contra libellum monaste. super restitu. aduersus dictam arbitralem sententiam dandum, & expostfacto datur excipiens de spolio earundem possessionum per idem mona. contra eum facto, & sic super spolio pro eo & contra ipsum monasterium fuerit ipsa arbitralis sententia lata.

¶De litis contest.
Rubrica.

Conclusio CCCXVI.

IN CAVSA mea Gerũdeñ. in qua aduocati allegarunt.

Primo

Primo quod in causa appellationis extraiudicialis, quæ dicitur prouocatio ad causam, requiritur litis contesta. cuius defectus totum uitiat.

¶De iudicijs. Rub.

Conclusio CCCXVII.

a IN CAVSA nullitatis[a] requiritur ordo iuris. no. Innoc. de procura. auditis. & melius de offic. iudi. c. ij. in fi. suæ gloss. mag. iuncto principio illius gl. & casu illius c. sic quòd omissio termini ad producendū omnia, quæ est de stilo palatii substātialis, reddit totum nullum: etiam si nullitas colligitur ex actis alterius instantiæ in uim compulsoriæ productis: quia ex illa acta alia possunt produci, ex quibus releuabitur nullitas. Tertio q̄ auditor deputatus specialiter ad certam causam factus episcopus suam iurisdictionem quo ad illam causam non perdit. Quarto quòd appellans petens sententiam pōst ferri, suæ appellationi renuntiat.

a ¶In causa nullitatis. *An pendente causa nullitatis pro sententia præsumatur*, Feli. *pulchre in c. quoniã. pen. col. uer. ulti. de proba.* Et *an nullitas processus possit declarari parte absente, idem in c. causam. in j. colū. de rescrip.*

¶De pactis. Rub.

Conclusio CCCXVIII.

ET HOC quinto, q̄ compositio regis Aragonum & episcopi Gerunden. pro pace seruanda in diœcesi Gerundeñ. obligans in perpetuum episcopum seu eius officialem Gerundeñ. omni casu quo apparuerint malefactores frangeñ. pacem diœce. Gerundeñ. quos per solitū processum contingit esse à pace eiectos & excommunicatos, & pro talibus publice declaratos ad cōuocandū communis ciuitatis & diœce. Gerundeñ. & sub pœna excommunicationis. & xx. sol. pro quolibet nō parente, ueniant cum armis &c. ad insequend. &c. cum episcopo aut uicario regis, aut loca tenen. in exercitu dictos malefactores: nō ualet ipso iure. licet aliqui & plures contrà. tamen domini Viuarien. Guil. Gal. & Estulanus, dicunt quòd nō ualet. Sexto, quòd si ualeret, ualeret monitio facta de omnibus personis dictarum ciuitatum non habens clausulã, nisi causam &c. non distinguēs sexum, statum, conditionem, uel numerum personarū, aut subd. episcopo in temporalibus à nō subditis commonitos specialiter, uel scientes monitionem ab ignorantibus, uel non specialiter monitis, non habēs tenorem constitutionis incertum, sed solum scuta crude & nude secundum formam dictæ cōstitutionis. Sed in hoc fuerūt aliqui domini contrà, propter confusionem monitionis. Et quia monitio

tio uidetur ſententiam excõmu nicationis ferre contra formam c.Romana.§.caueãt.de ſent.excommunicationis.lib.vj.Sed ad primũ dicũt aliquãdo,ꝙ genus intelligitur ciuiliter:ad ſecundũ quod ſententia excõmunicationis ibi nõ fertur,ſed magis lata per conſtitutionem declaratur.

¶De iudicijs. Rub.

Concluſio CCCXIX.

IN CAVSA mea Gerũdeñ. quòd ubi reſultat nullitas ex actis eiuſdem iud.poteſt pronuntiari ſuper illo ordine iuris non certo: ſecus ſi ſit nullitas aliorum proceſſuum ſuper qua principaliter agatur. Item ſi iudex inſtantiæ ſecundæ corã quo dabantur poſitiones de nullitate & iniquitate ſententiæ primi pronũtiet ſolum ſuper nullitate ſententiæ primi iudicis,& cauſa appellationis à ſententia ſecundi iudicis, & aliæ cauſæ quæ remanſerunt coram eodem iudice ſecundo,tertio iudici remittantur:ille tertiũs iudex ex actis habitis coram eo poteſt pronũtiando ſuper non iniquitate ſententiæ ſecundi,pronuntiare ſuper nullitate ſentẽtiæ primi: & id quartus tertio in omnibus ſurrogatus. Item quod cum ſententia ſecunda reuocat primam, & tertia confirmat ſecundam, & quarta reuocat primam, ſecundam, & tertiam:ex eiſdem actis remitti debet iure cuiuſdã compenſationis cõdemnatio expenſarum hinc inde.

¶De fide inſtrumen. Rub.

Concluſio CCCXX.

IN CAVSA mea Burdegaleñ. quòd literæ apoſtolicæ ſuper gratia facta arguendo de canonicatu & præbend.Burdeg.& de reſignatis per Melch. procurato.Burdegal.de mo.qui eos obtinebat in curia Romana in manibus camerarii cum confeſsione Garſiæ aduerſarii de conſtitutione Melchi. procura. & renuntiationis quo ad effectũ adiudicationis faciendæ,arguendo contra Garſiam etiam quo ad præbendam,ſed non ad Guilielmum alterum competitorem prędicta negantem,prædicta intelligendo etiam ſi Garſias negauerit Melch.fuiſſe conſtitutum ad renuntia. præbendæ. & ipſum renuntiaſſe præbendam.

¶De fide inſtrument. Rub.

Concluſio CCCXXI.

IN CAVSA domini Guili. Gal.pro cuſtode Tyberis domini noſtri papæ quod licet literis epiſcoporum ſigillis ſigillatæ ſint,uel authenticæ,præſertim ubi hoc habet conſuetudo. de fide inſtrum.c.ij.cum ibi no. per Inno. hoc tamen ſibi locum non uendicat cõtra apoſtolicos impetrãtes,ne cõfingantur fraudes. Secũdò,quòd nihilominus probatio dictæ materiæ eſt admittenda

mittenda cum datur de alia materia sufficiente, quia istam saltem faceret adminiculatiue.

Conclusio CCCXXII.

a ITEM quòd intimatio[a] non habet uim inhibitionis.

a ¶Intimatio. *Quando arctet intimatio, uide in c. cum contingat. v. col. uer. vj. quid. de rescriptis.*

¶De fide instrument. Rub.

Conclusio CCCXXIII.

LITERA auditoris citationis ad partes sigillata & subscripta non probat commiss. ibi incorporatã, nec ipsius præsentationem: sed bene inducit præsumptionem, cui non negatæ per partem standum est. a

¶De dilationibus. Rub.

Conclusio CCCXXIIII.

PENDENTE termino uirtute nouæ cõmissionis præfixo ad probandum dispensationem uel promotionem, potest procedi uirtute primæ commissionis: nec erũt propter pendentiã dilationis termini reiterandi.

¶De accusationibus. Rub.

Conclusio CCCXXV.

VBI mandatur auditori, a quòd super crimine criminaliter intentando citetur quis personaliter: non est necessarium, quòd impetrãs ante obtentam citationem se inscribat, licet uideatur contrà. C. de requirendis reis. l. nullus. ij. responso.

¶De fide instrumen. Rub.

Conclusio CCCXXVI.

IN CAVSA domini Card. Minatañ. quòd litera abbatis Cluniacen. super collatiõn. prioratus pro eo qui obtinuit confirmationem eiusdem collationis non obstan. reseruationibus, nõ facit fidem contra illum, qui post dictam confirmationem illum prioratum impetrauit à papa.

¶De rescriptis. Rub.

Conclusio CCCXXVII.

MATERIA data de falsitate contra instrumẽtum[a] est obiectiua. Item quòd si in commissione prima narretur materiam obiectiuam datam esse post terminũ & male fuisse specificatam: & petatur his non obstan. eam admitti: & respondeatur mandando eam admitti, non obstante quòd male specificata non adiecto de lapsu termini: uidetur nihilominus concessum, quòd non obst. lapsu termini &c. Et ita do. uicecancellarius declarauit.

¶Instrumentum. *Quid sit instrumentum, & unde dicatur: quòd instrumentum alio modo dicitur documentum, quia docet: alio modo munimentum, quia munit partem: & quòd largo modo instrumentorum appellatione testes & omne id quod iudicem instruit continetur, Specu. ti. de instru. edi. §. j.*

¶De reſcriptis. Rub.

Concluſio CCCLXVIII.

SI PAPA ad inſtantiam liti gantis ſuper eccleſia cui huius litis occaſione ſubtracti ſunt per alteram partem fructus prębendæ, mandet Petro auditori palatii coram quo etiam pendet cauſa, quòd durante huiuſmodi lite faciat illi litiganti de fructibus huius prębendæ uſque ad triennium reſponderi: & recedẽte de curia dicto Petro altera pars Guilielmo auditori obtineat committi cauſas penden. coram dicto Pe. inter dictas partes cũ inciden. depen. emergen. & connexis: nõ uidetur per hoc committi ſecundo auditori poteſtas faciẽdi dicto litiganti de dictis fructibus reſponderi. ratio: quia non ſurrogatur ſecundus, niſi in cauſis iuriſdictionalibus & contentioſis & alterius non eſt executoria de fructibus in modum priuilegii conceſſa, quæ non uirtute primæ cõmiſſionis factæ in cauſa prima ad quam ſe refert iſta ſurrogatio, ſed ſecundæ executoriæ competiit primo, in qua ſecunda non eſt ſurrogatus ſecundus, nec eſt eiuſdem naturæ ſecunda ut prima: & tamen ſub generali clauſula dependenti &c. uidẽtur ſolum uenire illa quæ ſunt eiuſdem naturæ, uidelicet cauſarum iudicialium, maxime quia aliud non uidetur cogitare aduerſa pars impetrans uel concedens. Item à grauantibus proceſſum executoris. cõmiſ. etiam auditoris, etiã non requiritur uocatio partis: etiam ſi in commiſsione dicatur, ſi inuenerit ita eſſe aggrauet.

¶De prębendis. Rub.

Concluſio CCCXXIX.

IN CAVSA domini P. iambonis quòd litera illa directa d. N. Aud. primo, in qua eidẽ Nicolao mandatur, quod ſi per euentum litis reperit neutrũ litigantium in beneficio de quo litigatur coram eo ius habere, alteri ipſorum litigantiũ in litera nominato prouideat, non fuerit ante ſententiam eo. d. N. præſentata, & à dicta ſententia fuerit appellatum, & cauſa appellationis commiſſa do. Pe. poteſt d. N. exequi literam antedictam: quia ſuccedit in cauſa &c. Primo enim, uidelicet d. N. non committebatur, niſi habito reſpectu ad auditorem huius cauſæ, in qua ſuccedit do. Pe. per rationem c. quoniam abbas. licet uerba aduerſentur. facit l. annua. §. j. ff. de leg. cum ibi alleg. & no. Inno. de ſo. comp. dilecti, in princi. Sed facit contra. ff. de priuileg. c. peremp. §. fi. libro vj. Sed finaliter ſolui poſſet. facit magis contra quod ſupra proxime notatum eſt in alia cauſa. Nec ob. quòd non fuit dicta litera d. N. præſentata: per ea quæ

Ioan.

Ioan. Andr. notauit, in cap. quoniam abbas. de offic. deleg. alle. super finē primæ glo. post Host.

¶ De uerborum signi. Rub.

Conclusio CCCXXX.

SI CONDEMNATVS ciuiliter in causa ad pecuniam ex tali facto, ex quo potuerit resurgere leue crimē, ob hāc condemnationem incarceratus per procuratorem suum impetrat à principe causam committi pro eo contra iudicē & mandatum directum eidem iudici, quo mandatur, quòd à carceribus relaxetur, & ad curiam principis suis expen. sub fida custodia remittatur: uerbum, sub fida custodia, intelligitur de custodia militum & clientulorum. C. de custo. & ex. re. l. j. Hoc enim facit uerbū, fida, informans mandatū: ut l. j. alle. per quod soluitur ad l. j. & l. diuus. ff. eodem titulo. Itē quia imputatur illi qui impetrauit rescriptum: quia fuit obscure locutus: uerbum, fida custodia, proprie in eius præiudicium recipietur: ut regula, contra eum. cum ibi notatis. lib. vj.

¶ De libelli oblatione. Rub.

Conclusio CCCXXXI.

a LIBELLVS[a] in quo petitur declarari sententiam obseruandam esse, quæ sententia fuit lata in possessorio & petitorio, simul uidetur in possessorio & petitorio datus.

a ¶ Libellus. *Quid sit libellus, & unde dicatur: Spec. titu. de libel. concept. §. ij. Et quid libellus formatus debeat continere, & exemplum de hoc: & quæ sint necessaria in libello. eod. titu. §. v. & in prin. titu. De quo ultimo, quid debeat continere li bellus, Bar. in l. j. ff. de eden. & in l. edita. C. eo. ubi plenius de materia li bellorum, quàm alibi.*

¶ De probationibus. Rub.

Conclusio CCCXXXII.

ARTICVLI unius rectoris dati contra Archidiacoanum in eum iurisdictionē uendicātem de ista materia, uidelicet quòd ipsi rectores sunt soli episcopo Rodoneñ. immediate subiecti, admittendi sunt: quia licet negatiuam implicēt: illa tamē est probabilis. de cau. poss. cum ecclesia. Item quia licet non tantum specificati sint: tamē sunt de iure partis, & possunt per responsiones testium specifice sciri, uidelicet in modum reductionis causæ. Item & articuli dati de ista materia, uidelicet quòd dicti rectores seu eorum parochiæ sunt extra limites Archidiaconatus eadē ratione. Itē quòd clerici chori ecclesiæ Rodoneñ. sunt soli epo subiecti, etiā si teneāt tales personas, & ꝙ isti sunt clerici chori &c. Nō quia materia ista per se data admittenda esset, sed quia alias materias saltem colorat.

¶ De rescrip. De præb. Rub.

Conclusio CCCXXXIII.

IN CAVSA domini Card. Minaceñ. quòd admittantur articuli aduersus dictum dominum Cardi. pro eo quòd ubi factum certũ narratur papæ ad gratiam obtinẽdam, omnia obstantia gratię quæ clare possunt colligi ex narratis, uidentur tacite esse sublata: licet de illis tollendis in concessione gratiæ nihil dictum fuerit per expressum, per not. Iaco. & Pet. C. si contra ius, uel uti. pub. l. ulti. & de excessi. præla. c. uno. lib. vj. per not. Ioan. And. in nouella.

¶ De restitu. in integ. Rub.

Conclusio CCCXXXIIII.

IN CAVSA domi. Pe. Iambo. quòd modica præsumptio sufficit pro restituendo ad appellandum, cum mandatur auditori, quòd restituat, si & prout de iure, ut cum sententia super desertione transiuit in rem iudicatam, & condemnatus petens aduersarium eam restitui producit pro docendo de diligentia instrumentum de diligentia facta per unum quem constat in actis esse procuratorẽ: licet uere sit: quia sic præsumitur, quòd non feciſſet ille talem diligentiam, nisi procurator esset: & quia requirere procuratorium, esset requirere plenam probationem, quæ habet fieri in causa appellationis.

¶ De re iudicata. Rub.

Conclusio CCCXXXV.

SENTENTIA lata super restitutione ad appellandũ, & omnis alia talis tangens negotium principale, licet quo ad hoc quòd appellatio ab ea interposita debeat fieri in scriptis, censeatur interlocutoria: ut c. cordi. quo tamen ad materiam cle. appellanti. & alios effectus, censetur uim diffinitiuæ habere: & ita consueuit seruari in palatio, secundum dominũ Viuarien. quod est notabile.

¶ De cõcessione præb. Rub.

Conclusio CCCXXXVI.

IN CAVSA domi. Guiliel. Gal. quòd tribus executoribus sub forma cap. sciscitatus datis de rescriptis pro executione gratiæ in forma pauperum fuerit factus processus purificatus, in quo duo se nominãt de se cum alio tertio quem nominãt executores esse & narrañ. per testimonia fidedignorum pauperem reperiisse idoneum: in quo processu sunt tria sigilla ignota cum subscriptione notarii, & super quo deponit unus testis tres executores interueniisse: per hoc non est sufficienter probata purificatio gratiæ: quia præsumitur eo modo loquendi duorum executorum tertiũ fuisse absentẽ: quam præsumptionem nõ tollit unus testis: & tamẽ non constat illum non

nō posse uel nolle procedere: nec constat illum alias commisisse uices.

¶De exceptionibus. Rub.

Conclusio CCCXXXVII.

PROTESTATIO conseruat ius in possessione. in ca. Cumana. de elect. Item quòd non de rigore, sed de æquitate canonica bene post moram cōcluditur in actione ex empto, ad æstimationem, melius tamen cōcludetur ad rem, male ad interesse. uide not. ff. si certum petatur. l. vitium. in fi. magnæ glos. & not. in iiij. fol. in medio secundæ paginæ. & not. per Innocen. de senten. excommunicationis. sacro. in magna glos. post prin. col. & per glo. ff. quæ sententiæ sine appellatio. rescind. l. prima. & quæ loquitur & no. in iiij. col. ti. si de feud. de mu. contra. fu. cap. si facta. Et ibi uide in fi. glo. & quæ le. institu. de donatio. §. perficiuntur. & not. Ia. ff. de uer. obligationibus. l. ij. §. item si in facto &c.

¶De rescriptis. Rub.

Conclusio CCCXXXVIII.

IN CAVSA mea Gerundeñ. primo, quòd omissio seu taciturnitas status causæ, in qua est conclusum, etiam si sit causa in qua proceditur sum mariè, reddit impetrationem super illa causa cōmiss. supplentis nullitates processus nullam: si per commissionem dabatur potestas procedendi ulterius, & ulterius impetrans eius uigore procedere uellet: quia licet cōmissio non sit necessaria, tamen factum secūdum effectum operatur. Item quòd si petitur potestas procedēdi summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii terminis palatii non seruatis sola facti ueritate inspecta, & conceditur q, pceditur summarie &c. omnia prædicta per uerbum &c. uidentur concessa. Item quòd si ad supplendum nullitatis processus petitur quòd possit procedi perinde ac si dicti defectus non obstarent, & signetur quòd possit procedi huiusmodi defectibus nō obstan. omnino tolli uidētur dicti defectus. Item quòd si papa signet suppletionē defectuum secundæ instantiæ sub conditione si constet de nullitate & iniquitate primæ sententiæ, oportet quo ad effectū pronuntiandi super iniquitate primæ sententiæ de illa constare: sed quo ad effectum pronuntiandi super nullitate huiusmodi sufficit de nullitate constare: & intelligitur significatio de iniquitate insurgente aliunde quàm à nullitate: uidelicet à re ipsa, quia res contenta sub genere post expressionē amplius non continetur sub ea.

¶De consuetudine. De re iudic. Rub.

Conclusio CCCXXXIX.

a CONSVETVDO [a] nõ potest inducere, quòd ualeat diffinitiua sentẽtia, uel excõmunicatio, uel suspensio, aut interdictum sine scriptis, & absque hoc quòd redigatur in scriptis: secus tamen no. de interlocutoria. de sen. & re iudi. c. ulti. lib. vj. in fine primæ gl. Caue tamen, quòd idem fuit obtentum in suspensione canonici à uoce capitulari & fructibus præbendæ suæ quod in diffinitiua. Sed ut dixit auditor, credo quòd cõsilia mutanda sunt. Primo, quia ut no. de sen. excom. c. j. lib. vj. super uer. obseruari. in fi. illud. c. j. habet locũ in suspensione proximæ dicta per not. de app. quoniam ad hoc. nec mirũ, quia talem suspensionem etiã à beneficio facit abbatissa. de ma. & obe. dilecta. quæ caret clauibus & quauis potestate censuræ. de pœniten. & remissio. noua quædam. imo nec per cõsequens locum habet. c. j. in suspensione à beneficio: per not. de sent. excõ. c. is cui. in fi. li. vj. per gl. & Arch. fa. quia circa talia merè positiua uincit consuetudo legẽ communem contrariam, dummodo sit rationabilis, & præscripta. de consuet. c. ulti. Vt autem dicatur rationabilis, non oportet quod habeat rationem pro se urgentem: sed sufficit ratio persuadẽs, dummodo non habeat contra se rationem omnino urgẽtem. no. Ioan. And. in c. fi. de consuet. alleg. in iij. oppo.

a ¶Consuetudo. *Quis potest consuetudinem introducere, qua requirantur ad faciendam consuetudinẽ, quomodo interrumpatur consuetudo, & utrum papa reuocet consuetudinem particularẽ, si de ea non faciat mentionẽ: uide Angelum de Clauasio in sum. sub hac dictione, consuetudo.*

¶De rescrip. De iudi. Rub.

Conclusio CCCXL.

IN CAVSA mea Gerũden. quòd uirtute libelli dati corã domino Roberto & processus habiti coram eo, quia d. successit do. Pet. & domino Ro. successit d. T. & d. T. successi: ergo potestatẽ omniũ huiusmodi audiui, quo ad ea quæ ipsi facere debuerunt. Nec ob. sententia. d. Ro. quia nulla fuit. nec obstat omissio termini ad producendum omnia. Primo, quia ille defectus per commis. est sublatus. Secundo per dictam cõmissionem habeo potestatem procedendi sine terminis sola facti ueritate inspecta. Tertio quia ille terminus fuit seruatus coram dominis G. & Tho. & coram iudice primo. Item quòd ui gore nomine petitionis summariæ dandæ super nullitate & iniquitate processuum sacristæ, & toto

toto negotio principali pronuntiare, nõ obstante, quòd iam sit conclusum, uidelicet antequam daretur noua petitio antedicta. Item quòd sana cõscientia possum dicere parti, quòd det petitionem nouam super omnibus supradictis. Item quod in expensis factis coram sacrista & in expensis factis coram do. R. usque ad illum statum causæ, in quo incepit partem grauare nulliter procedẽdo debeo condemnare partem communitatum in expen. omittere condemnationem. Item quòd nullo modo debeo confirmare sentẽtiam domini Rober. quæ nulla fuit uigore commissionis proximè dictæ, secũdũ do. Viuarien. & alios dominos. Sed Guil. gal. & quidam alii domini contra: ego autem assentio magis domino Viuarien.

¶De probationibus. Rub.

Conclusio CCCXLI.

SI IVDEX qui admisit omnes articulos partis, protestando expresse, quòd non admittendi non censerentur admissi includendo postea omnes in remiss. ad partes quam concedit de consensu partium, sub sigillo suo, non uidetur recedere à dicta protestatione: sed magis continuare errorem: & hoc primo tenui: sed post me fuerunt plures contrarii: & aliqui mecum: sed finaliter, quia dominus Viuarien. fuit mecum, obtinui.

¶De rescriptis. De præben. Rub.

Conclusio CCCXLII.

AD EFFECTVM obtinendi adiudicationẽ non sufficiũt actori apostolico, qui impetrauit beneficium reseruatum: quia dixit illum sub collatione &c. literæ apostolicæ id narran. & probationes in camera factæ, tamẽ quo ad effectum obtinẽdi, quia iuxta commissionem quæ habet, quòd nõ obstan. suspensione &c. procedatur in utroque, si auditor reperiat, quòd ille fuerit subcollector: quia hoc est præparatorium. ff. de exhibend. l. iij. §. ibidem. Et hoc casu habet locum opi. Pau. & gloss. in clemen. literis. Item quòd ordinarius ut repellatur petens restitutionem beneficii, sufficit quòd constet beneficium esse reseruatũ. plus dixit dominus Viuarien. quòd sufficit, quòd constet summariè, quòd est mihi durum.

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio CCCXLIII.

APPELLANS non tenetur ultra secundam uicem ad petẽdum apostolos coram iudice comparere. secundum opi. Guil. Pau. in cle. quam-

uis rigor. Item quòd terminis seruatis in secunda instantia super iniustitia occasione libelli per partem fugien. super nullitate oblati. super quo offerens petit terminos iterato seruari non sunt termini reiterandi: sed ex eisdem actis cognoscenda est nullitas & diffinitiua. Dixit enim quòd termini seruati super iniustitia, uidentur seruati super nullitate: quia nulla maior iniustitia quàm nullitas, secundum Inno. de appellatio. dilecto.

¶De rerum permutatione. Rub.

Conclusio CCCXLIIII.

PRAESVMITVR permutatio facta[a] fuisse in fraudem impetrantium ex istis quæ sequuntur. primo ex magna beneficiorum inæqualitate, & coniunctione personarum: quia inter fratres ex senio & aliquali infirmitate, & morte secuta infrà viij. dies sequẽ. dummodo prædicta simul concurrant: & tali præsumptioni statur, licet non sit uera probatio. Dixit tamen dominus Viuarien. quod si concluderetur principalem per alteram permutantium ad declarationem fraudulose, permutationes prædictæ nõ sufficerent.

a ¶Permutatio facta. *Nota quod beneficiati possunt libere tractare de permutatione fienda: non tamen debent illam concludere sed supponere se dispensationi superioris. not. Ioan. Andr. in cap. unico. de rerum permuta. in fi.*

¶De iudiciis. Rub.

Conclusio CCCXLV.

IN causa mea Gerunden. quòd domino Euoto cõdem nato in prima instantia nulliter & inique dum ipse erat episcopus Gerunden. & trahebatur inuitus in causis tangentibus ecclesiam: facto nunc episcopo Segobor. possum declarando dictam condemnationem nullam adiudicare expen. dictæ instantiæ primæ, licet episcopus modernus Gerunden. habeat recursum contra eum. Secundo quòd in facto proxi. dicto possum cõcipere sententiam secundũ formam tactam in *l. utique. ff. de rei uendi.* uel simpliciter dictam condemnationem, quãtum tangit dictum episcopum declarare nullam: etiam de expen. mentione non facta. Nec obst. dicta glossa. quæ loquitur in re perempta: hic secus, secundum Viuarien.

¶De procuratoribus. Rub.

Conclusio CCCXLVI.

PROCVRATOR in uno procuratorio ad appellandum, & causam appellationis ad prosequendum ad appellando sine protestatione[a] uidetur reci

a pere

pere onus etiam quo ad prosecutionem causæ appellationis. Sed dominus Guili. & ego contrà: quia ratione cle.j.de procurato.est, quia procurator uidere potest in instrumento omnia. Item quia nõ esset ratio de uno magis quàm de alio, ergo de omnibus. l. uxori. j. responso. ff. de leg. iij. quæ rationes cessant hoc casu: ergo stetur regulæ, sufficit si cui uel in paucis &c. & quòd non præsumitur in dubio, iuncta l. in me. C. de procur. In causa mea Burdegal. prout in schedula dubiorum.

2 ¶ Sine protestatione. *Quid sit protestatio, quotuplex sit, quid sit declaratoria, cui sit facienda, quis possit protestari, qualiter: ubi, & quando fieri debeat protestatio: quis sit eius effectus, an requiratur consensus protestati, & multa alia notanda & dubitabilia in hac materia & plenius quàm alibi: uide Bar. in l. uerbum. §. morte. ff. de oper. no. nun. & in l. j. co. tit.*

¶ De appellationibus. Rub.

Conclusio CCCXLVII.

IN CAVSA mea Tullũ. & commisso articulo appellationis & negotio principali, qa intelligitur in euentũ de cõsensu partium tacite uel expresse, potest omitti articulus appellationis, & procedi in negotio principali.

¶ De cap. licet. de re. per. lib. vj. Rub.

Conclusio CCCXLVIII.

ANNO &c. Romę & quinta Febru. quod permutato uno beneficio cum duobus, euicto uno habet locum recursus: fa. bene ad argumen. l. si aliam. secundo responso. cum sua ratione. ff. de solu. quia respectum habuit coniunctim ad duo &c. beneficióque iure deciperetur. Et ideo ratio cle. uendicat sibi locum. hoc uerum, secundum domi. Francis. in litera mutationis, per not. Ioan. Andr. cap. licet. de re. permu. lib. vj. super glo. quid si. in fi. in nouella. quod uerum dixi, si mora tolleret præsumptionem ignorãtiæ, probabis igitur, aliàs non: propter cap. si beneficia. de prẽben. lib. vj. Vel aliter secundum dominum Nicol. quia dictum Ioã. loquitur respectu tertii expectantis uel alterius, cui interim facta esset collatio, nõ respectu alterius permutationis, contra quem agitur hic de recursu. Dixit etiam capit. si beneficia. seu eius rationem extendi ad hunc casum: quia ratio est iuris communis: & per cõsequẽs extensiua. Et ita secundum Alex. & tres alii in ea hunc casum fundant. plus uolui dicere in imaginando propter uerbum, libere, positum

positũ.in c.si beneficia.quod nõ admittatur quæstio proprietatis cõtra uolentẽ habere recursum, per no.loã.And.de uer.libere.in c.si beneficia.melius in c.licet.& de præben.lib.vj.sed bene placuit d.N.Dixi etiam imaginando,quòd nõ oportet ꝙ semper statim alterum nõ euictum immediate dimittat:sed non sufficit,quòd sit paratus dimittere habito effectu recursus:sicut dicitur de habente unũ curatũ promoto ad aliud.per not.de elec. commissam.lib.vj.quod placuit domino Nicolao.

¶De præsumptio. Rub.

Conclusio CCCXLIX.

a SICVT præsumitur[a] pro impetrante uenientẽ ad causam, quòd eius acceptatio producta facta fuerit infra mẽsem,secundum not.Innocẽ.de concess. præben.quia cunctis. & Paul.in a cle.cum ei quem.Idem præsumitur pro tertio de gratia & acceptatione primi dante per modũ obiectus cõtra secundũ,dummodo non constet quando uacatio inceperit publice in ecclesia esse nota:quia nõ præsumitur nota, nisi probatur, ut dicitur de absente tempore absentiæ quæ appellat post decem dies à tempore latæ sententiæ,præsumitur appellare infra decem dies à tẽpore scientiæ,quia nõ præsumitur scientia,ut regula,præsumitur.facit fortius:quia cum antequàm incipiat currere mẽsis,id est ante notã uacationem publicè possit acceptare impetrans, secundũ omnes: sequitur quòd mensis nõ est de forma seu substantia acceptationis:ex quo sequitur quòd exhibitio acceptationis per se probat, nisi detur & probetur notam uacationem præcedere acceptationẽ,& tunc teneretur oppositiones replicãdo dare & probare, quòd infra mẽsem modo parare nõ debet quis arma aduersario suo.Et est ratio,quia licet mẽsis præfigatur acceptationi eius, quòd cũ principium,scilicet tempus quo incipit currere, est incertũ,quo non certificato,nõ potest certificatus esse finis:igitur &c.& hoc fuit motiuum,& opinio domini Nico.saluo ꝙ dixit in uer.fortius quod fuit meum.

a ¶Præsumitur *Quid sit præsumptio,& unde oriatur,uide Specu.ij. parte titu.de præsum.§.j.Item quot sunt præsumptionum species, & de ipsarum effectibus: & multa bona de præsumptione.eo.tit.§.ij.& nota quòd præsumptio iuris est,quæ iuris originẽ habet:& ita appellatur: quia ius tantum figit pedes,quòd stat super ea,& non admittit probantem cõtrarium.De præsumptione uero hominis,non est dare certam doctrinam.*

¶De exceptionibus. Rub.

Conclusio CCCL.

Non

NON ob.dicto Innocē.de concef.præben.cū nostris. & c.proposuit.& Compo.de electio.quòd sicut materia de homicidio presbyteri, & de immiscentia senis cū infamia data cōtra prouisionem ad impediendum inductis in posſ.est admittenda.per c.ipso iure.de rescript.lib.vj.& de accu.accedens.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CCCLI.

EADEM die quòd surrogatus in iure & ad omne ius,quod decedenti & litiganti quomodolibet competebat,nō uidetur surrogatus in possessione,etiam si decedēs fuit possessor,uel ei competit interdictū: si uidelicet de possessione uel possessorio iudicio mētio non fuit facta : quia de illo nō uidetur fuisse cogitatum.secus si facta fuit de hoc saltē in narratione:quia tūc hoc cogitare potuit iūcto quòd possessio ante eius acquisitionem ius est.de acquir. posſ.l.pergere. & not.C.eo.li.licet enim tunc circa omnia cogitata operantur dicta uniuersalia uerba suum uniuersalē effectum,iuxta no.Dy.in reg.de regu.iur,lib.vj. Et ita dixit dominus noster Greg.xj.modernus semel in collatione disputādo &c.

¶De exceptionibus. Rub.

Conclusio CCCLII.

CONTRA absolutionem excipiens de manifesta offensa nō tenetur declarare offensam:tum quia se referre uidetur ad causam in exceptione insertam.c.j.de senten.excōmunica.lib.vj.quia aliàs non esset audiendus:tum quia certum petit, & ita non ob.l.si rem.ff. de rei uendi.licet ex causa incerta,sicut rem certā uendicans ex incerta & generali causa:puta, quia d.c.abbate sane.& l.in rem.uide suprà conclusionē xx. aliàs l.quòd idem est.ubi de hoc, & allegatur duplex ratio cōclusionis ipsius,ut ibi patet.

¶De cautio.præstan. Rub.

Conclusio CCCLIII.

CAVTIONES præstitæ de repræsentādo citatū coram auditore cameræ iure delegato præcedente,durāt etiā si causa occasione appellationis à grauamine cōmittatur auditori palatii,per l.proponebatur.ff.de iudi.& l.mortuo.eo.tit. quod intellige,si in cautionibus nomen auditoris non fuit expressum,quia aliàs secus,ut ff.iudi.sol.l.cum apud,in fi.& ibi no. Barto.

¶De sentē.excom. Rub.

Conclusio CCCLIIII.

I APPELLATVR ab auditore,quòd spreta exceptione de manifesta offen-

sa

sa ipse absoluit,& ipse uelit reuocare grauamẽ:ipse habet admittere appellantem ad probãdum offensam infra terminum iuris:& postea præmissa monitione reintrudere offensa probata:ratio,quia aliud nõ posset facere iudex ad quẽ:& ita locũ habet ratio,cum cessante.

¶De appellationibus.Rub.

Conclusio CCCLV.

IAPPELLATIO inter Sposita ab auditore à grauamine in causa propter quam tenet appellantẽ incarceratum, & committatur auditori causa etiam negotii principalis,sic q̃ recepta cautione idonea relaxauit appellantem à carceribus,& non cognito de iniusta incarceratione,nec recepta prius cautione relaxet, ipse grauat, licet postea cautionẽ recipiet.per c. Pisanus.de restit.spol.& de electio.prouida.cũ similibus: secus si cognito & reperto incarcerationem fuisse iniustã, relaxaret: quia tunc hæc nõ faceret uigore specialis commiss.sed potius ex communi iustitia,quam non uidetur uelle dicta commissio absorbere,secundũ Nico.& hoc bene probat.c.ij.de rescript. Et quòd dictũ est,auditorem palatii non grauare; si relaxet &c. dummodo cautiones præstitæ fuissent corã auditore cameræ, ut supra cõclusione,quæ est tertia præcedens,quæ incipit cautiones.Intellige nisi in commiss. audi.palatii fieret mẽtio de iam præstitis corã audi.cameræ, quæ forte non ualuisse prætenduntur,& papa nihilominus mãdaret auditori palatii quòd recepta cautione idonea relaxaret: quia tunc intelligeretur de alia. argu.l.doli clausula.& l.Seio.in princ.C.de pac.

¶Vt lite pendente. Rub.

Conclusio CCCLVI.

ILLE DE cuius non iure cõstat,non debet admitti ad petendum reuocationem attentatorum pro eo quòd tũc cõstat de non interesse suo:& rationẽ Innocen.in ca.significasti.de diuor.quælibet in casu isto: & in hoc omnes concordant.secunda Martii.

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio CCCLVII.

TERTIA Martii quòd si appellans infra terminum x.dierum supra datum à iudice à quo ad prosequendũ appellationem pro se non facit diligentiã, nihilominus diligentia appellãti infra eundẽ terminum x.dierum faciendo causam committi facta appellanti prodest. caue, quia Specu.dicitur tenere contrarium in secũda parte.Spe.tit. de appella.§.nunc uidetur.uers, sed pone.Auditor etiã si appellandus in termino ad dicẽdum con

contra huiusmodi commissionem excipiendo dixerit eã nullam, & talem quę non dabat iurisdictionẽ audi. ratio quia appellatus se posset iuuare de appellatione appellantis. C. de appella. l. omnem. etiã si appellans nollet ea uti. ut not. doct. C. de appel. l. per hanc. alleg. l. per eos. modo infra x. dies appellatus approbauit dictã appellationẽ, & dixit se uelle uti ea, & bene, cũ commissiones nõ possunt non esse communes, apparet de cõmissione huiusmodi iuuante, q̃ appellatus de ea se iuuare posset. C. de diuer. rescriptis. l. j. & C. de tempo. in integ. restitu. spol. l. petendæ. præterea, quia deficit desertio per diligentiam appellanti: & appellans in sua oppositione seu impugnatione non perstitit: igitur &c. nec ius quæsitũ appellato ex huiusmodi impugnatione non cõsentit. Et in hoc omnes cõcor. post publicas relationes.

¶ De concessio. præbendæ. Rubri.

Conclusio CCCLVIII.

2 ACCEPTATIO facta per pauperem impetrantẽ ualet ante purificationem: dummodo purificatio facta fuerit intra mensem, aliàs non. per hoc facit quòd acceptatio non est, nisi declaratio uolũtatis quę præsumitur durare. de bap. maiores. Secundo quia ualet acceptatio uacaturæ. ut c. quia cunctis. §. pe. & c. ne captandæ. & tamen ante uacationem gratia est cõditionalis. ut l. hæres meus. de hære. & fal. fa. bene ff. de op. leg. l. si cum optio. ubi datio libertatis penden. conditionis legato optionis ualet, licet pendeat ex euentu. fa. l. legatarius. §. j. ff. de opt. lega. fa. quia conditio in forma pauperum solũ uidetur dirigi ad promissionem. fa. bene ff. de secun. tab. l. ij. §. si sub conditione. de testa. mili. l. in fraude. §. testamen. de leg. iij. l. j. §. si filius. ibi, si durauerit uoluntas. ff. de offi. præsi. l. obseruare. §. fina. ibi, si ante. ff. de noua. l. quotiẽs. §. j. de solu. l. sub conditione infra mensem. Et in hoc concor. quasi omnes post publicas relationes, præter dominum Francis. nisi postea renouet uerbo, signo, uel facto, ex quo postea appareat de eius animo. arg. ff. de op. le. l. optione legata. ff. quorũ le. l. j. §. quod ait prætor. uer. tio luntate. ff. ad Trebel. l. sed si ante. ibi, cum dicit, si ratum habeat à contrario. de secun. tab. l. in liberum. §. in testam. uer. plane. de testa. militis. l. tribunus. uidetur tex. ff. de acqui. hære. l. is qui hæres. & l. is potest. & l. si quis extraneus. in princi. & l. hæres institutus. rem ra. ha. l. bonorum. facit quia acceptatio facta est per uerbum præsentis tẽporis, si de iure sibi debeatur gratia. ut l. cedere

dere diem.de uerbo.signi.insti. de uerbo.obli.§.ex conditionali.fa.quia maioris effectus debet esse prouisio,quàm acceptatio:quia dat ius in re,& acceptatio ad rem.c.si tibi absenti.& ibi per Archi.& c.quoddã.de præben.& de concess.præben.c.fi.li.vj.& tamen tunc prouisio nõ ualeret:qa tũc fieret cõtra mentẽ papæ & contra formam literæ. ergo.de rescriptis.cum dilecta. & ibi not.per Compos.fa. quia acceptatio sicut aditio dicitur actus legitimus, qui nõ recipit conditionem:ut regula,actus legitimi.fa.c.ij.de elect.lib.vj.cum ibi not.respondet quòd nõ ualet acceptatio:quia & ante purificationem per eum ius aliquod acquiritur qđ ꝓbãt ultima iura: sed bene ualet ut purificetur cõditio acceptandi,& satis fiat ei, ut per gratiam purificatam pòst ius quæratur per prima iura.De secundo alle.casus saltẽ in ratione.ff.rẽ ra.ha.l.bonorũ.alle.bene quòd officialis episcopi de criminibus & excessibus subditorũ potest cognoscere ad partem saltem quo ad declarationẽ sententiæ excõmunicationis latæ à iure,secundum ea quæ not. Cardi.de offic.uicarii.c.licet.

a ¶ Acceptatio. *Nota quòd acceptans ad sui commodum aliquod ius tertij inualidum,non potest similiter ad aliud commodum suum improbare.Vide Cardi.consil.cxj.col.j.*

¶De appella. De offic.delega. Rubri.

Conclusio CCCLIX.

CONDEMNATVS per procuratorem non legitime defensum appellat à tẽpore scientiæ.§.biduum.à contrario,quòd si tertius executor requisitus de procedendo pro paupere in executione suæ gratiæ respondit se procedere nolle, & hoc ignorantes alii duo executores purificet,ualet processus:& quòd tunc plus ponderatur ex illa existentia rei quàm opinio ad no.Ioan.And.in regula, eum qui certus est.in quæstione ibi super hoc plenissime disputata.in fin.Respondetur ꝙ ibi loquitur in iudicibus, super quo uide Barto.ff.de condi.& demonstra.l.multum.& ff.de iudi.l.ij.& ff.de ope.no.nun.alleg. de dam.infect.l.si finita.§.Iulianus.& hic loquitur in executoribus.præterea hic nedum erat non uoluntas,imo uoluntas recusatoria procedẽdi:& quia prę sumitur,quòd sciuerint,nisi contrarium probetur : cum probationes non teneantur ipsi recipere.

¶De concessio.præbendarum. Rubri.

Conclusio CCCLX.

CONCLVSIO quòd §.secus.clem.primæ.de concessio.præbẽ.intelligi

ligitur in forma pauperum ante purificationem secundum dominum Ro.galhardi,P.gasto,& Guilielmum.Sed domini Nico. & Francisc.clari utique intellectus, & ego contra.pro primis fa.no.Paul.Guiliel.& Ioan.in dicto §.secus. Pro nobis fa.nota. a Ioan.And.de prēben.si pauper. super uerbo,merita.in fi.à contrario.lib.vj.in nouella.& clarissime per Oldr. in suis consiliis. cap.xxvij.& per Ioan.Andr.post eum in quarta parte Specul.tit. de concessio.præben. in addit. Ratio principalis : quia mensis non adiicitur, nisi conditione acceptandi : & ideo duntaxat illam reduxit ad certitudinem: & semper durat ratio primi responsi, cōiungendo tamen decre.qui cunctis. & notaui plene in c.si pauper.& §.secus.allega.

¶Delitis contesta. Rub.

Conclusio CCCLXI.

IN DECLARATIONE sentētiæ excommunicationis latæ à canone,etiam cum implorādo iudicis officium procedit de parte contra certam partem præsentem ad denūtiationem & euitationem, nō est necessaria litis contestat. per not. glo.ord.in cle. si quis suadente. in fi.de pœnis. Sed domi.Ro.& ego contrà,per c.ij.de offi.iudi. cum ibi no.& per no.Spe.tit. de restit.in integ.§.ij.& Cy.auth.si omnes,si ab hære.se abstin.& Ia. trib.ibi à contrario.& Odof.de senis tit.de offi.iudi.in tract.iudic.pos.& quia cōtra regulā reperitur ex primo iure probari.

¶De filijs presbyterorum. Rub.

Conclusio CCCLXII.

ILLEGITIMVS[a] dispensatus per episcopum ad beneficia sine cura non censetur dispensatus ad præbendas ecclesiæ cathedralis.fa.quod no.Archi. de expectatiuis. de rescrip. de præben.quamuis. & per not. Io.mo.dicto c.quamuis. de impetrante in cathedrali,quòd ille nō habebit in metrop.fa.quod not.Ioan.mo.c.ij.de fil.presbyt. lib.vj. ubi dicit episcopum cum illegitimo super præben.cathedrali dispensare nō posse: licet Archi.& Ioan.And.ibi cōtra.fa. quod not.Ioan.And.in addi.iiij. partis.Spe.tit.de fi.presby. quia dispēsatus ad ordines & beneficia, nō potest habere præben. cathedralem:quia tūc gratia est stricta:secus si dispensatus foret ad ordines & beneficia cum cura uel sine cura:quia tunc gratia esset larga.arg.dicti c.quamuis. & quia cura plus ponderat, secundum eum,quàm præben.cathedralis.Aliqui tamen domini dubitarunt pro eo,quòd loquimur in facto ordinarii, quòd nō ita facile redditur surreptitium, sicut factum papæ.de offic.ordi. c.ij.in cle.Sed nō facit,quia non

loquimur de surreptione, sed de a exceptione, quam sortitur gratia papæ plus, quàm gratia ordinarii. de præb. si à sede. lib. vj.

a ¶ Illegitimus. *Nota quòd causa illegitimitatis debet semper coram ecclesiastico iudice tractari. Spec. ti. de ord. cog. in prin. Adde quòd si dispensatum est ad ordines & dignitatem cum clausula, quòd si ad episcopatū uocari contingat, non recipiatur sine licentia papæ: si talis dispensatio facta est à papa uel eius mandato, potest promoueri ad omnem dignitatem. Vide in sum. confes. titu. de fil. presbyt. q. xvj.*

¶ De rescriptis. Rub.

Conclusio CCCLXIII.

SI NARRETVR de defectu & dispensatione facta per ordin. ad beneficiū sine cura, facit papa gratiam de canonicatu sub expectatione præbendæ cathedralis, ualet impetratio: uel quia approbat opinionē, quæ habet hanc dispensationē extendēdi ad præbendam cathedralem: uel quia uidetur tacite dispensare. de re iudicata. l quidam.

¶ De præsumptio. Rub.

Conclusio CCCLXIIII.

QVI per se uel procuratorem legitimum deputatum post citationem comparet, a præsumitur citatio executa contra eum minus legitime ad eius notitiam peruenisse.

¶ Post citationem cōparet. *Not. quòd non debent iudicari absentes: nisi citati uenire contempserint. v. quæst. secunda. cap. relatum. & c. de illicita. ea. causa. & q.*

¶ De resti. in integrū. Rub.

Conclusio CCCLXV.

MINOR qui contra commiss. audi. non excepit causam fuisse in partibus usque ad cōclusionem cogitatam, post conclusionem factam coram auditore, non potest petere se restitui ut in partibus remittatur, quia non interest sua ibi plus quàm hic sententiam expectare.

¶ De re iudicata. Rub.

Conclusio CCCLXVI.

PER sententiam surrogato non adiudicantur fructus &c. nisi surrogatus esset in litem, & constaret litem fuisse super fructibus motā cum eo in cuius locū surrogatus est; quia tunc deberent adiudicari ratiōe surrogationis in lite. &c.

¶ De exceptionibus. Rub.

Conclusio CCCLXVII.

GENERALIS exceptio de surreptione cōmissionis nō ualet, quia non omnis surreptio uitiat commiss. no. Innocen. de appella. super eo.

¶ De offic. delegati. Rub.

Conclusio CCCLXVIII.

QVAE

QVAE obtinuit de tempore domini P. de farce. nunc Vitariē. Cardi. quòd si detur remissio extra locū habitationis ipsarum partium de una uel duabus diœcesi. poteſt citari una pars ad instantiā alterius in ecclesia notabilioris loci, ubi iudex remiſ. deputatur: & hoc maximè, si per auditorē cauſę fuerit citata pars huiusmodi ad procedēdum ad singulos actus huius remissionis gradatim in loco prædicto per audi. curię uel cōtradictarū. Sed dixit do. Nicol. quòd ſufficit quo ad hoc citatio prima: quæ habet quòd ad singulos &c. etiā corā ſurrogādo &c.

¶De iudicijs. Rub.

Concluſio CCCLXIX.

ECCLESIA parochialis pro eo, quòd perſonalē requirit reſidentiam, cōſtituit domiciliū rectori, ita quòd ibi citari, uel ei intimari appellatio poteſt: licet ſecus de una præbenda ſiue cura. per no. Inno. de priuileg. ex ore. quòd intelligo ad effectū de quo agitur. Nam quo ad effectum alium ſecus: ut de tempo. ordi. cum nullus. lib. vj. uer. ratione beneficii cuiuſlibet, &c. Epiſcopus in cuius diœceſis, &c. promouet ad ordines, quia cēſetur ibi eſſe quo ad hoc domiciliarius, ſecundum domi. Nicol.

¶De teſtibus. Rub.

Concluſio CCCLXX.

SI TESTES deponunt cōtra canonicum fuiſſe ceſſatum, addendo de excommunicatiōe canonici, ſuper qua non fuit argumentum: probatur ceſſatio, non excommunicatio.

¶De appella. Rub.

Concluſio CCCLXXI.

CITATVS à iure per cap. primū. de elect. libr. vj. non defenſus appellat infra x. dies à tempore ſcientię. maxime ſi intimatio eum perſonaliter non apprehendit, & potuit habere dubium, uel colorem probabilem ſuper deuolutione dubitandi. Idem etiam hoc ceſſante ſecundum do. Nico. d. Fran. & me, ut citatio iuris &c. quia mitius, &c. l. Celſus. ff. de arb. Item quia text. c. ſtatuimus, non punit niſi in proceſſu. Item quia poteſt habere multas exceptiones doli, & contemptus citatio iuris, plus quam citatio hominis: ſed alii contra, ſecundum not. glo. & P. in clem. cauſam quæ. de elect. ne aperiatur uia fraudibus: & protelationi litium. Dicunt tamen omnes eſſe de ſtylo, quòd infra x. dies à tempore ſcientiæ talis appellet: uerius forſan eſt, quòd not. de do. ſi ante. in fin. magnæ gloſſ. & ibi ſeruatur apud nos omnino, ſuper hoc uide Cy. C. de iudi. l. properandum. §. ſinautem reus.

¶De fide inſtrumen. Rub.

Conclusio CCCLXXII.

SI producãtur duo testamenta eorundem notarii, & testium, & formæ, saluo quòd in uno est legatũ magnum pure: in alio est illud idem conditionatum conditione ista, si filius testatus moritur in puberi ætate standum est conditionato, quia non contradicunt, & si cõtradicerent, plus probaret affirmitas ad instar testium. Item quia aliter argueretur dolus, & falsitas notarii, & fides utriusque testamenti titubaret: tum quia citius præsumitur error, quàm dolus. tum quia in dubio præfertur fauor filii. l. si pater, & l. generaliter. & l. cũ acutissimi, de fideiuss.

¶ De senten. excomm. Rub.

Conclusio CCCLXXIII.

SI DICENS se excõmunicatum iniustè absoluitur pro offensa dubia, sufficit quòd det pro expen. iuramentũ cautionis: secus si non dicit iniustè. &c. quia daret tunc fideiussores. de uerborum significationibus. ex parte. c. cum desideres. c. cum uenerabilis. §. secus. de sentent. excommunic. de appel. ablatæ, & ibi not. Aegid.

¶ De officio iudicis. Rub.

Conclusio CCCLXXIIII.

PARS tenetur exhibere iudici ex officio petenti copiam suam actorũ habitorum in partibus ad uidendum, si sint originalia, ut pars prætendit, per not. Innocen. de probationibus. cap. j.

¶ De probationibus. Rub.

Conclusio CCCLXXV.

DEPOSITIO de communi re putatiue, & fama sufficit ad probationẽ, de probationibus. c. licet.

¶ De re. eccle. non alie. Rub.

Conclusio CCCLXXVI.

CAVSA debitorũ, & onerum importabiliũ est causa sufficiens unionis. per c. dudum. de re. eccl. non alie. lib. vj. cum ibi notatis.

¶ De prę sumptionibus. Rub.

Conclusio CCCLXXVII.

DICTA causa non præsumitur, nisi probetur, licet ueniens se de illa cognouisse, & ueram causam esse asserat, pro eo quòd nimis sunt leues executores quandoque: sed Guil. & Francis. contrà.

¶ De testibus. Rub.

Conclusio CCCLXXVIII.

LICET dicatur in litera remiss. quòd testis infra duos menses recipere, & examinare procuret executor. sufficit, quòd referatur uerbum, infra duos menses, ad uerbum, recipere, & non ad uerbum, examinare. ita quod post duos mẽses poterit examinare; licet do. Franc. & Guil. contrà.

¶ De cau. possess. Rub.

Conclusio CCCLXXIX.

ALIQ

ALIO posſidente, & ignorante nō quæritur poſſeſſio alteri canonicatus, & preb. per receptionem, & traditionem modicæ pecuniæ.

¶Vt lite pendente. Rub.

Concluſio CCCLXXX.

SI FACIENS cōmitti cauſam audi. contra ab. & obtinens citationem ad pa. teſt. ante citat. execut. ſpoliet aduerſ. reuocatur per modum attentati, quia ideo requirit cle. niſi. ut lite pend. exec. citationis, ut deueniat ad notitiam partis citandæ cauſæ commiſſ. ut not. in c. cauſamq;. de teſtib. in nouella, quæ locum habet ſtatim in actore.

¶De appellationibus. Rub.

Concluſio CCCLXXXI.

SI POST ſententiam iudex ſe abſentet à loco iudicii, ſufficit appellare coram perſona authentica: nec tenetur iudicē alibi ſequi pro appellatione intimanda, & apoſtolis petendis. ff. quando appell. ſit. in ij. §. biduū. ſed ſufficit tūc proſequi coram iudice ad quem.

¶De re iudicata. Rub.

Concluſio CCCLXXXII.

SI ſuccumbēs in expen. condemnatus moritur poſt appellationē per ſuum procuratorem interiectā, & detur ſurrogatus, qui uenit ad cauſam, non debēt taxari expenſæ uſq; poſt finitā cauſam appellationis, quia ſemel fuit ſentētia appellatione ſuſpenſa: nec tūc contra ſurrogatum, ſed contra hæredem mortui: nec tunc per audientiam citare ſufficit: fallit in expen. regiſtri notario ſoluendis, quia habet ſtylus, quōd ſurrogatus, qui uult ſe iuuare de regiſtro, teneatur ad illas &c.

¶De exceptionibus. Rub.

Concluſio CCCLXXXIII.

NON poſſeſſor non auditur in proponendo obiectus, niſi aliud producat, per qđ appareat de ſuo intereſſe, nec ſufficit probare, quo ad hoc, gratiam primam, licet acceptatio, & prouiſio ſint probandæ.

¶De probationibus. Rub.

Concluſio CCCLXXXIIII.

PRO acceptatiōe, uel prouiſione probanda ſolū nō datur remiſsio, ſi articulans ſe retulit ad inſtrumenta publica ſuper hæc confecta.

¶De præſumptio. Rub.

Concluſio CCCLXXXV.

PRODVCTO titulo, & probata aſſec. poſſeſſionis præſumitur, quōd ex illo titulo, per glo. ff. de re. uend. l. quædam.

¶De ſententia excom. Rub.

Concluſio CCCLXXXVI.

SI iudex dicit ſe non credere poſt appellationem excōmunicaſſe, & ſi. &c. dicit ſe uelle deſiſtere, creditur iuramento partis, quæ poſt appellationem fuit excōmunicata, quo ad abſo-

lutionem ad cautelam obtinendam, cum per hoc iudici modicum præiudicium afferatur.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CCCLXXXVII.

SI contra petentem altare, ut beneficiū defendat, possessor dicens illud non esse beneficium, pro eo quod est annexum leprosariæ, quam dicit esse officium in ecclesia cathedrali, non auditur tamen, quia magis uerisimile est, leprosariam esse altari unitam, quàm contrà. per not. in clem. per literas. de præben. Et quia eo, quòd dicit esse officium in ecclesia cathedrali, uidetur fateri, ℣ sit beneficium.

¶De iudicijs. Rub.

Conclusio CCCLXXXVIII.

DECRETA remissione, & bullata auditor de consensu partium non potest sine noua commissione procedere, quia papa alii committendo, & manum taliter apponēdo aufert iurisdictionem auditori. de appel. ut nostrum. cum ibi notatis per Inn. & de cōsti. cum M.

¶De probationibus. Rub.

Conclusio CCCLXXXIX.

SI IN impetratione beneficii expressi de cura, dignitate, & electione, sufficit, quòd hæc probentur de communi replicatione, & fama: tamen, quia principaliter non tenditur, & accedūt not. Inno. in materia notorii. de uerb. signif. ueniens tamen, quia talia narrata ex actis probationem non requirūt: ut not. Ioan. And. de lit. contest. exceptionis, & regula infamibus in conclusione &c.

¶De probationibus. Rub.

Conclusio CCCXC.

ARTICVLI qui habent, ℣ Titius me de tali beneficio tali die spoliauit, nō cōtrariantur articulis, qui habent, ℣ Mæuius illa die de illo beneficio me spoliauit, quia in eodē delicto plures concurrere possunt, & uerbum, spoliatur, latè accipitur, secundum not. Archi. de elect. generali. lib. vj.

¶De testibus. Rub.

Conclusio CCCXCI.

VBI tempus nō est de substantia, uariatio testium in tempore nō uitiat. per not. ff. de testi. l. ob carmē. in fi. & per Inn. de hære. c. fraternitatis. in prin. & per Ioan. And. in prima parte Specu. titu. de teste. in addi. suis. Sed facit contrà quod not. Cy. C. de testi. l. testimonio. libro vj. Quæro circa hanc l. in fine.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CCCXCII.

MOTVS proprius nō tollit ea, per quæ potest redi gratia nulla, quæ non uenisset ex dolo, uel culpa impetrantis, sed potius ex inuerisimilitudine mētis ipsius concedentis. per no. Io. An. in c. si motu. in nouel la: ut si spectat ad præsentationē patroni

patroni laici, & de hoc literæ nō faciāt mentionem, iuxta no. de præb.c.ij.lib.vj.per Ioan.mo. & Ioan.And.in nouella.

¶Vt lite pendente. Rub.

Conclusio CCCXCIII.

SI PETENS reuocari attentata,colorans petitorium ex infecto titulo nō auditur, quia peius est, quam si titulum non allegaret. iuxta no.Inno.dudum. de deci. Nec obst.q̄ conclusum non est in petitione,iuxta lecta,& not.in glo.per Inno. de cau.pos.pastoralis. & per gl. & Innoc. de testi. significarunt: quia intelligitur,nisi uehemens præsumptio sit, de iure constare non posse, & quando allegāt infectum titulum,&c.

¶De rescriptis. Rub.

Conclusio CCCXCIIII.

CVM in cōmiss.petitur est, quòd possit procedi summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, terminis palatii apostolici non seruatis,& sola facti ueritate inspecta,& signatur.audiat Aegidius, & procedat summariè, & iustitiā faciat, censentur omnia prædicta per uerbū, summariè &c.esse cōcessa,nisi aliquod de eis reperietur esse deletū in cōmiss.& ita nobis dixit dominus uicecancellarius, propter hoc, ut priuilegia omnia hodie multum faciliter conceduntur.

¶De confessis. Rub.

Conclusio CCCXCV.

IDQVOD dicit Innoc.de censi.olim non posse confessionem reuocari, quæ fit tacitè per productionem instrumenti, nisi instrumentum pronuntietur esse falsum,intelligitur,quātum ad ea, super quibus instrumētum per se faciat fidem,quia sublata cōfessione remanet instrumentum,aliàs non.

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio CCCXCVI.

SI APPELLAVIT procurator pro eo, quia dicit suum dominum possidere, & turbari,& dominus, qui appellationem huiusmodi produxit, pòst reuocet procuratoris errorem, dicendo se tempore appellationis fuisse spoliatum,nihilominus potest appellationi insistere,quo ad effectum deuolutum per id,quod suprà proximè dictum est.

¶De regularibus. Rub.

Conclusio CCCXCVII.

LICET monachus directum,& proprium interdictum non habet contra prælatum,cui uouit obedientiam, ut no.Innocen. de accusa. cum olim. habet tamen bene contra tertium etiam superiorem suum, quo ad iurandum, sed non quo ad obedientiam,

si sine causa &c. quia habet uelle, quo ad beneficium, & quia præcariò ab abbate possidet. l. & habet. §. eum qui. & ideo habet interdictum, l. qui præcariò. ff. de præca.

¶ De iniurijs. Rub.

Conclusio CCCXCVIII.

IN ACTIONE iniur. ciuiliter intentata requirũtur specificationes. ff. de iniur. l. prętor edixerit. in prin. ubi per Bar. ff. de dolo. l. item non exigit. & extra de procura. tuæ.

¶ De iniurijs. Rub.

Conclusio CCCXCIX.

AN IN actione iniuriarum ciuili, articuli dati post terminũ sunt recipiendi: concluſum fuit, quòd sic, si est res integra, & non interſit aduersarii. per no. Cy. C. de accu. l. si ea lege. & per l. mancipio rũ. ff. de op. le. & not. gl. de uerb. sign. sæpe. in cle. in fi. & quia articuli censentur de iure, & tales accipimus post terminum, quòd sint de iure, patet, quia in hoc non considerabimus id ad quod tenditur, sed potius causam ex qua agitur. Si enim contra electum, non ut aliquid acquiratur excipiens, sed solum, ut cassetur eius electio, nihilominus articuli sunt de iure, si causa de qua agitur, sit de iure articulantis: ut probatur in cle. constitutionem. de elect. ergo hic non ponderetur id, quod semper agitur ad uindictam. ff. de colla. bonorũ. l. ij. §. emancipati. sed solum id, quod consideratur, quòd causa de qua agitur, est de iure agentis, quia fuit iniuriatus, & offensus, ergo &c. Et per hæc respondetur ad id, quod stylus habet articulos obiectiuos datos post terminum cum declarationibus eorum repellendos, ut no. Compo. de elect. quòd sicut. & Ioan. mo. de regu. iur. in generali. lib. vj. Et Oldr. in quæstionibus suis. con. xlij. secundũ librum meum. Nec ob. quod dicitur, quòd post terminum peremptoriũ ad probandum, &c. ut de resti. in integ. c. coram. quia fateor id, quod dicit illud c. uidelicet quòd noua dilatio nõ daretur, ut ibi etiam per uiam restitutionis: ut ff. de mino. l. auxilium. in prin. ubi uidetur casus, sed non probant illa iura, quoniam si darentur articuli reintegra. absque præiudicio partis, & maximè prope terminũ, quando admitteretur more purgatio. arg. l. & si post tres. cum sim. ff. si quis cau. Non obst. l. si ea. C. de accu. & l. si eo tempore. C. de remiss. pig. & l. diffamari. C. qui. ad liber. prouo. non licet: quia loquitur in termino cum magna causæ cognitione propter se solutã: & principaliter ad concludendum post terminũ assignatũ: hic uero secus. quia imo etiam datur propter aliud,

aliud,& sine causæ cognitione: ergo &c. Hanc opi. sunt secuti domini Gar.Bar.& Pet.Alii contra,saluo,quòd dominus Barto. dubitat.

¶De libelli oblatione. Rub.

Conclusio CCCC.

a CIVILIS, & criminalis[a] actio ex eodem facto descendens in eodem libello sub utraque specie potest intentari. a ratio,quia ad diuersa tenduñt:super quibus simul sententia fertur.C.de ord.cog.l. iij. simile in auth.de fideiuss.§.neque.fa.auth. de man.prin.§.delinquentes.fa. quòd euitatur litium multiplicatio.Nec ob.ff.de iniur.l.prætor. §.j.ui bo.rap.l.j.§.ex hoc.de publi.iudi.l.interdū. iuncta l.duobus. §.Iul.alias incipit,colonus. de iureiur. l. fundi.& l.fundum. de excep.& no.Cy.C.de eden.l. edicta. & Cyn.in regula, nullus pluribus.quia loquitur cū actioni primò intentatę accumulatur alia actio ex post facto:quo casu per probationes secundæ fieret præiudicium in prima:hic secus cum simul, quia ipsæ probationes seipsas coadiuuabunt, cum simul ualeant terminari:ut dixi secundum Guil.de Cugno.& Io. Nico.licet Cyn.contra. quando ciuilis actio termi.præiud.l.una. ibi uide.& licet dum in nouitate officii mei aliqui domini,inter quos dominus Viuarien.nūc Cardina.& dominus Pet.modo episcopus Estulanus,de me opinionem dicti Guil.de Cugno.allega. mirarentur, tamen postea omnes domini etiam Viuarien. saluo Estulano,etiā tunc, & modo istam opi.amplectuntur. Vide plenius per dictum Ioan.Nico.in repeti.l.j. C. de fur.& in l. una.C.quando ciuil. acti.Hanc materiam plenè discussi.

¶ Ciuilis & criminalis.*Nota quòd libellorum species sunt duæ:una habet locum in criminalibus, aliæ in ciuilibus. Quibus autē nominibus isti libelli nuncupantur, uide per Specu. titu.de libelli concep. §.iij.*

¶De regularibus. Rub.

Conclusio CCCCI.

SI monachus factus prior,siue præceptor pro iniuria sibi facta,per scientē eum esse priorem,uel præceptorem,bene agit etiam sine authoritate abbatis. Nam agere potest nomine præceptoriæ, & eo nomine agere uidetur:igitur &c.Sed clarum est quod agit,ut præsumendum est eo modo,quo agere potest.Primum patet, quia dignitatē habet huiusmodi monachus à prioratu,quę iniuriatur,sicut est in marito,cuius dignitas censetur iniuriari, iniuriata uxore.C. de digni.l.mulieris. libro xij. & ideo agit.ff.de iniur.l.j.§.atrox. Nec obst. de iniur.l.j.§.j.alia est enim ista,quam illa,quę simplici monacho fit.insti.de iniur.§.j. ubi dicitur, quòd uxor non agit

pro iniuria facta uiro, pro eo quòd debet eam defendere uir. non econtrà, quia licet prior habet defendere prioratũ, & pro eo agere, ius tamen agendi, recipit ab ipso prioratu, & ideo magis uidetur à prioratu defendi, quàm econtrà &c.

¶De officio leg. De testi. Rub.

Conclusio CCCCII.

INTER priuatos potestas legati per testes probatur, per not. Ioan. And. de offi. deleg. cum iniur. super communi reputatione.

¶De officio leg. Rub.

Conclusio CCCCIII.

LEGATVS de latere [a] potest unire, alienationes facere rerum ecclesiarum immobilium, & ecclesias diuidere, ac dimembrare, dummodo in dimẽbratione, & alienatione prelatum immediatum uocet, & eo uocato de causa inquirat, aliter non. Primum patet per c. uacan. de præbend. de excel. prela. sicut unire. iuncto. c. abbatem. de elect. libr. vj. Secundum patet per c. ij. de re. eccle. non alie. iuncto, quòd si legatus cum sit inferior à principe liga tur canonibus. c. j. de consti.

a ¶Legatus de latere. *Nota à latere potest causam per appellationem deuolutam infra terminos prouinciæ suæ audire, & terminare. 5. q. vj.*

¶De restit. spolia. Rub.

Conclusio CCCCIIII.

PROBATIONES admissæ in petitorio ante suspensionem petitorii, & conclusionem petitorii, adeo notorium inducunt, quòd post suspensionem petit. restitutionem impediunt, nisi per aliqualem impugnationem probabilem reddantur dubiæ. per glo. Innocen. de fil. presby. constitutus. & de diuor. significasti. Iuncto de cohabi. uestra. c. fi. de priuileg. cum olim. ubi habetur arg. per probationes admissas notoriũ induci: nec ualet, quòd possint impugnari, quia ita quælibet notorietas. ff. ad leg. Aquil. inde Neratius. §. fi. & de confes. c. fi.

¶De cau. possess. Rub.

Conclusio CCCCV.

NEC ualet, quod no. Ber. & Inno. de causa liquere solum, cum conclusum est: de testi. significarunt. de cau. possess. pastoralis. quia intelligitur, quo ad effectum simul cum possessorio. petitorium per sententiam expediendi, quia posteà non est locus impugnationis. hoc casu secus, cum spoliatus possit etiam ex petitorio se defendere per regulam, non debet actori licere, quod reo licitum non exi stit. Et quia antè dici possit liquere, probat §. finautem ex gestis. C. de iudi. l. properandum.

& ibi

& ibi uide Aegidium.

¶De restit. spolia. Rub.

Conclusio CCCCVI.

VBI lis contestata est simul in petitorio, & possessorio, & post suspenditur petitorium, & post suspensionem ex iure petitorii facto notorio impeditur restitutio, nō fertur sententia in possessorio propter fructus, & expēsas: quia ratio proprietatis præiudicans possessorio in rei restitu. præiudicat uniformiter in fructibus, & expen. quia si posset spoliatus, factus fuisset per lit. contest. in petitorio malæ fidei possessor. ff. de petit. hæredi. l. contra. §. sed si ante. ergo. argum. ff. de euic. l. uendicantem. Et hoc dummodo agitur ex cap. reinte granda. secus forte si interdicto. §. ex die. l. j. ff. unde ui. licet dubitem propter l. certum. C. de rei uendi. & per hoc tolluntur no. Innoc. de priuileg. cum olim enim. & Innoc. & Host. de cau. poss. pastoralis.

¶De exceptionibus. Rub.

Conclusio CCCCVII.

ARTICVLVS consuetudinis contra ius, uel pro impugnatione iuris alterius nō a est admittendus, nisi specificet actus, quia super illis testes habent solum deponere, ut not. Ioan. And. post alleg. c. cum tanto. Et quia in his casibus clariores ac altiores probationes requiruntur.

¶De præsumption b. Rub.

Conclusio CCCCVIII.

QVANDO in secunda instantia ex productis in prima per actorem reus fabricat materiam cōsuetudinis, censetur prima facie calumnia. per rationem c. fraternitatis. de testi.

¶De resti. in integrum. Rub.

Conclusio CCCCIX.

PETENS se restitui aduersus tres diffinitiuas, debet de noua causa docere. ff. de mino. l. minor. auth. magistratus. in fi. j. responsi.

¶De resti. in integrum. Rub.

Conclusio CCCCX.

ITEM si petat se restitui ad producendum testes post attestatiōes publicatas, per no. Inno. de restit. in integrum. auditis. Item si plura falsa ad obtinendum restitutionem principi fuerunt oblata, quia ex illis præsumitur alia falsa, & calumnia.

¶De senten. excom. Rub

Conclusio CCCCXI.

DENVNTIATIO a partis uocationem non requirit. probatur de elec. uenerabilē. circa prin. in uerbo obiectioni. ergo facit, ꝙ nō est actus iurisd

iurisdictionalis, cum possit fieri post appellationem per iudicē à quo, de appel. pastoralis. in fin. quod allegat dominus noster Grego. xj. papa indutus in pontificalibus Romæ in capella Iacobo de Cena suo aduocato fiscali ad roborationem suorum processuum tunc per eū publicē factorum, uidelicet die ueneris sancta. xxvij. mensis Martii, Anno à natiuitate domini M. cc. clxxvij. & sui pontificatus anno vij. quos processus fecerat statim contra Florentiñ. & in crimine cum eis participañ. & contra ciuitatē, & loca quæcunq; in quibus inhabitant, dictas personas excommunicando, & dictas ciuitates, & loca, præsupponēdo ecclesiastico interdicto allegabat aliud, uidelicet, quod super notorio procedebat. Tertium allego, quia causa suberat. de sentē. excommuni. Romana. §. penult. eo. ti. dilecto. & coadiuuare potest plenitudo potestatis: & sine iniustitia cum uera notorietas supponatur.

a ¶ Denuntiatio. *Denuntiationem multiplicem notat Cardi. de relig. do. c. j. lib. vj. Et in quibus causis denuntiatio est necessaria, & in quibus nō tenet: uide in brocar. Axo. de li. & potesta. denuntia.*

¶ De fructibus. Rub.

Conclusio CCCCXII.

LICĒT bo. ui pos. teneatur ad fructus extañ. C. de rei uend. l. certum. tamē hoc intelligitur nisi eos bona fide tenuerit triennio, quia sic usucepisset. no. Bart. ff. de usucap. l. iiij. extra rotam.

¶ De libelli oblatione. Rub.

Conclusio CCCCXIII.

LICET dicat l. libellorū, quòd in criminibus sufficit exprimere annum, & mensem: tamen ubi certa pars mensis est de substantia actus, illa distribuenda est. no. Bar. ff. de oper. no. nùn. l. de pupillo. & de nego. gest. l. cum act. secundū dominum Francis. audi. nō studui, sed conclusio rationabilis est, & uera.

¶ De præbendis. Rub.

Conclusio CCCCXIIII.

VBI SVPER parochiali ecclesia agitur, & est citatio cōtra possessorem ecclesiæ exequēda, sufficit facere executionem in ecclesia, de qua agitur, & in ecclesia cathedrali, & sufficit cle. causam. de elect. quia ecclesia habetur loco domicilii. no. Inno. de priuile. ex ore. & hoc uoluerunt omnes domini semper, & in omni causa seruari. secus si agatur de præbenda.

¶ De præbendis. Rub.

Conclusio CCCCXV.

SI IMPETRAVI ecclesiam, quia dixi quòd possessor

sor tenuit eam cum alia incompatibili per plures annos non promotus, sufficit probare, quòd ita tenuerit, licet non probetur non promotio. de rescriptis. ex parte.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CCCCXVI.

SI OBTINENS capellã impetrat ecclesiam, non obstañ. capella, quam dicit de bonis suis fundatam, nõ tenetur probare, quòd sic fuerit fundata, uel si habet probare, sufficit eius iuramentum, uel saltẽ alia probatio leuis. Aegi.

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio CCCCXVII.

CLE. appellanti, non habet locum in appellatione ab interlocutoria uim diffinitiuæ obtinẽte, sicut ab interlocutoria, quæ fertur super articulo restitutionis ad appellandum, imò possunt coram iudice à quo nouo induci. Dic ut supra in conclusionibus domini Guil. cõclusione xiij. fol. xlviij. & cõclu. viij. fol. xlvj.

¶De resti. ad appel. Rub.

Conclusio CCCCXVIII.

PETENS se restitui ad appellandum, nedũ habet probare impedimenta, &c, imò habet etiam probare saltem præsumptiuè aliquid de iniustitia sententiæ. Ratio, quia nõ est læsus enormiter, nec suæ interest appellare, nisi sententia lata cõtra eũ sit iniusta. ergo ar. l. Seio. & §. si minor. l. nam postea. probat c. cum uenisset. de in integ. restitu. no. Innoc. eo. titu. coram. & c. cum ex literis. Sed quia agitur de hoc per modũ præambuli, & de hoc in principali iudicio principalius cognoscetur, sufficit summaria, & leuis cognitio, de testib. ueniens. ad exhi. l. iij. §. sciendum. & §. ibidem.

¶De rescriptis. Rub.

Conclusio CCCCXIX.

SI AVDITORI grauaminis ab alio iudice, uel Cardi. fierẽt mille cõmiss. super negotio principali, semper habent tacitam conditionem, uidelicet si pronũtiatum fuerit malè processum, & bene appellatũ, & aliter non, nisi per narrata in commiss. uel aliàs expressè appareat, quòd uoluerit à primo iurisdictionem auferre. per not. Innoc. de constit. cum M. de appella. ut nostrum. & c. ut debitus. eo. titu. per quæ apparet, quòd non est ueriſimile, quòd papa uelit iurisdictionem auferre iudici, nisi dicat, uel de eius certa scientia appareat, quòd noluerit. Item quia operantur alium effectum, quòd aliter etiã in dicto euentu non cognosceret talis auditor de

de negotio principali. Nec ob. c. ut debitus. quia loquitur in iudice à quo ordinario. Nec ob. quod dicunt aliqui, idem in delegato: quia hoc dubiũ, & quia hoc in audi. palatii nõ seruatur, quia audi. palatii suã iurisdictio nẽ multum restringũt, pro eo, q̃ ad papam facilis habetur accessus. Aegidius.

¶De rescriptis. Rub.

Conclusio CCCCXX.

ILLVD quod in cõclusione proxima præcedẽti dicitur, locum haberet etiam, si coram dicto auditore grauaminis processum esset per ambas partes super negotio principali quo ad hoc, quòd si post hæc talis auditor pronuntiaret, bene processum, & malè appellatum, nihilominus partes ipsæ si uellent, redire possent sine noua commis. ad iudicẽ à quo, & coram eo procedere super negotio principali: quia coram diuersis iudicibus potest esse simul iurisdictio eiusdem causæ, & procedẽd. materia est de rescriptis. c. j. c. cæterum. c. cum contingat. cum similibus.

¶De præsumpt. De probatio. Rubri.

Conclusio CCCCXXI.

PROBATIS extremis præsumitur medium. No. xvj. q. iiij. uolumus. Ideo si probatur te fuisse scholarẽ ante, & post confectionem rotuli Parisiis præsumitur, q̃ fueris ibi scholaris tempore rotuli.

¶De rescriptis. Rub.

Conclusio CCCCXXII.

COMMISSO auditori directa in prima, uel in secunda instañ. super articulis obiectiuis admittendis non obstañ. eorũ mala specificatione, & lapsu termini in tertia instañ. non prodest, quia termini sunt instantiæ, & non causæ, & extraordinarium auxilium non trahitur ad causam ordinario remedio iam prouisum, de appel. l. in causę. modò in tertia instañ. iur. ordinario sibi potuit prouidere bene specificando, & dando in termino, ergo, &c.

¶De regularibus. Rub.

Conclusio CCCCXXIII.

SI MONACHVS habẽs administrationem, talem se nominans, agit actione, quæ non potest cõpetere nisi administrationem habenti, licet non dicat, quòd nomine tali in dubio censetur illo nomine agere. ar. no. Innocen. de præscrip. cum ex officii.

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio CCCCXXIIII.

SI IVDEX appellationis à diffinitiua eã pronuntiauerit desertam, & sententiam tran

transisse in rem iudicatam, & ab eo fuerit appellatū in termino ad dandum apostolos, potest reuocare grauamē. Vide latius in conclusionibus do. Guil. in conclusione lxxij.

¶ De præbendis. Rub.

Conclusio CCCCXXV.

SI PAPA nuntio apostolico, ut suam nuntiationē felicius ualeat expedire, dat potestatem cōferendi xx. beneficia etiam sedi apostolicæ reseruata, ille nuntius cōferre potest beneficia generaliter reseruata, etiā si sint duplici generali reseruatione reseruata, etiam si uacent per mortem collectoris, uel subcollectoris. Ratio, qa talis gratia nō uidetur facta ad impetrationem alicuius, & uidetur eā fecisse papa suiipsius gratia. Ideo latè est interpretanda, & speciale est, in c. ij. de præbē. lib. vj. Sed ego contrà, maximè propter quandā regulam causę, quā papa uoluit in iudicio obseruari, qua cauetur, ꝙ quęcūq; gratiæ de beneficiis reseruatis generaliter qualitercunq; factę, uel obtentæ ipso iure non ualent, nisi de reseruatione generali fiat mentio expressa, & nisi reseruatio huiusmodi specialiter fuerit specificata, quæ regula habet locum in gratia facta motu proprio, ut apparet ex uerbis, ergo & in gratia, de qua agitur, quæ nō est motu proprio facta: tamen hoc in ea nō exprimitur: ut c. si motu proprio. de præbē. lib. vj. Et ad hoc est responsum id quod in ca. is cui. de præben. lib. vj. Nota quòd talis gratia facta collatori, nō est ita ambitiosa, sicut gratia impetrāti, sed nō fui exauditus: uideat Apollo. Aegidius.

¶ De negligen. præla. Rub.

Conclusio CCCCXXVI.

QVANDO episcopus non suo iure, sed deuoluto conferre habet, ex sua negligentia non deuoluitur ius conferendi ad capitulū, sed ad suum superiorem immediatum. Et idē in confirmatione, & institutione not. Innoc. & Ioan. Andr. post eum. de elect. cum in cunctis. super fi. glo. no. Io. And. de elec. quanquàm. lib. vj. in nouella, super penul. glo. no. Archi. & Ioan. And. post eum. ne sc. uacan. c. uno. lib. vj. in nouella. Ratio sumitur ex not. glo. Ioā. And. in d. c. quanquàm. & Inno. c. quia diuersitatem. quæ habet, ꝙ deuolutio non ponitur, nisi in casu expresso à iure. Idem etiā no. de sup. ne. præla. quia regulares, in glo. in cle. Sed quid si patrono, uel electoribus negligentibus ad episcopum, ad quē spectat iure proprio ius instituendi, seu cōfirmandi, ius eligendi, seu præsentādi deuoluatur, nun quid episcopo negligente ordinare, hoc casu deuoluetur potestas

stas ordinandi ad capitulum, an uerò ad archiepiscopum. dominus Nico. uidetur uelle imaginari, quòd ad capitulum. Ratio fuit sua, quia hoc casu deuolutio iuris eligendi, & præsentandi ab inferiori ad episcopum, non est nisi consolidatio iuris instituendi, &. quasi quodammodo amotio cuiusdã seruitutis. Ita quòd secundũ eum uidetur principaliter considerandũ ius instituendi originale, sed puto contrariũ, quod probo, quia in inferioribus beneficiis, de quibus loquimur, æquiparatur quo ad deuolutionem de episcopo ad capitulum faciẽdæ. peccatum; quod committit episcopus in ordinãdo indignum negligẽtiæ episcopi in ordinando. probat c. cũ in cunctis. in fin. alleg. licet secus in cathedralibus, ut probat c. quanquàm. cũ ibi no. in glo. Ioã. And. modo si propter peccatũ electorum deuoluitur ad episcopũ, & episcopus ordinet scienter indignum, nõ deuoluitur ad capitulum, sed ad superiorẽ. not. Inno. & Ioã. An. post eum, licet aliqui in hoc eos impugnent. in d. c. cum in cũctis, ergo, &c. Ratio, quia deuolutio nõ imponitur, nisi in casibus iure positiuo expressis. not. Innocẽ. in c. quia diuersitatẽ. alleg. & probatur in d. c. quanquàm. cuiusmodi iste nõ est. igitur, &c.

¶ De dilationibus. Rub.

Conclusio CCCCXXVII.

IN CAVSA quæ uertitur inter capitulũ Agateñ. agẽs, & episcopum defendentẽ fũ per iuribus, & oneribus certis per episcopũ denegatis. In qua per dominũ Cardi. sancti Eustachii admissi fuerunt primò articuli capituli, & postea episcopi, & decretæ remissiones ad partes, & fuit capitulũ usum remissione sua. Stetit episcopus in Auinioñ. ante mutationem curiæ ultimò factam de Auinioñ. ad Romam, & post illã mutationem usq; ad mensem Aprilis, & non fuit usus remissione prædicta, & facta dicta mutatione, cõclusit in causa ad instantiã capituli, quòd suã remissionẽ reportauit domino Cardinali sancti Angeli, cui propter absentiã domini sancti Eustachii causa huiusmodi prædictæ remissionis nõ ob. fuit commissa, à quo fuit pro parte domini episcopi appellatum propter admissionẽ, & decretam remissionem antedictas, & propter impedimentum dictæ curiæ mutationis, & quia remissione usus non fuerat, & ea uti uolebat. Quibus non obstañ. domini omnes cũ domino Pamp. saluis & exceptis dominis Guilhardo, & Benedicto cõcluserunt cõsulti per me nomine dicti sancti Angeli, dandos apostolos refutatorios, attenta notabili negligentia dicti episcopi, & quod

quod causa differēdæ sententiæ præsumitur ista fuisse allegata. per not. Innoc. de concess. præben. post electionem. & quia supplerī potest in secunda instātia. alle. c. ubi. de rescri. lib. vj. de præben. si clericus. sed dicti duo domini pro eo cōtrà dixerunt, quia nō fuit terminus assignatus episcopo ad remissionē prosequendam, &c. per not. Innoc. de præben. extirpandæ. Sed dicebant alii domini, quòd ille, qui competentem terminū à iure habuit, iuxta l. j. C. de dila. & l. fin. ff. eod. alius terminus dandus non est, ne propter eius negligentiam culpabilē alius damnū incurrat.

¶ De sequestra. Rubr.

Conclusio CCCCXXVIII.

SOLVS tractatus uidendi, imò nec sola uenditio fructuum facta per possessorē beneficii post sequestrationem[a], de qua loquitur cle. ad compescendam, non inducit uiolationem sequestri, nec dat locum illi cle. Ratio, quia tractatus nō uidetur actus completus. ergo &c. arg. c. perpetuæ. de elect. lib. vj & not. ibidē in regula, in pœnis. & in regula, odia. in conclusionibus ibi disputatis per Ioan. an. quæ not. habent ex actu non completo pœnam ipso iure nō incurri. Idē tenuerunt de solutione secuta sequestrū facta propter uēditionem præcedentē sequestrū, quia refertur ad tēpus uēditionis secundū eos, per l. Seio. ff. de minor. Sed do. Nico. in omnibus tribus præcedentibus contra, & ego cum eo, quia per quemlibet dictorū actuum nomine ecclesiæ factū, præsumitur eum nomine suo facere, nō posset dictus possessor cōmitti contra interdictū in sequestratione sibi factum: quod interdictum habet, ne de ecclesia, seu eius iuribus, & ipsorū administratione se intromittat. Igitur quilibet dictorū trium actuum est de se completus, quo ad pœnam dictæ cle. Nec obst. quod in tertio refertur ad tempus uenditionis: quia & si refertur, ut ponitur, tamen attento, quòd rector ecclesiæ parrochialis fructus etiam retentos suos non facit. ut not. Ioan. andr. in c. præsenti. de offic. ordi. & Io. mo. & Gar. de re. eccle. nō alienan. hoc cōsultissimo. in vj. & Archi. de rescript. statutum. §. accessori. eo. li. fateri oportet, q̄ actio petendi huiusmodi pretium, & eiusdem pretii receptio exerceri non possunt nisi nomine ecclesiæ: ergo, &c.

[a] ¶ Post sequestrationē. *Sequestratio est duplex, necessaria, & uoluntaria: Necessaria est, quæ autoritate iudicis fit: uoluntaria est, quæ fit cum partium uoluntate: secundum Cyn. & Iacob. de areti. in l. j. C. de probi. seque. Adde quòd regulariter sequestratio est prohibita. eod. titu.*

¶ De sequestra.
Rubrica.

Conclusio CCCCXXIX.

PER prædicationem uerbi dei[a] incurritur pœna cle. ad compescendam. Ratio, quia nõ solũ sequestrantur fructus beneficii, imó & beneficium ipsum: ut dicta cle. Et quia nomine proprio prædicare non potest, nisi missus à potestatem habente[b], igitur præsumitur facere nomine ecclesiæ.

a ¶ Verbi dei. *Nota quòd solum dei uerbum debet prædicari.ij. ad Timotheum iiij. Prædica uerbum, uidelicet dei. & Marci ulti. Prædicate euangelium omni creaturæ.*

b ¶ Missus à potestatem habente. *Adde, quòd non omnis, qui à papa, uel ab homine mittitur, à deo mittitur, iuxta illud ad Ro.x. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? a deo uidelicet, sicut scriptum est Esa.lij. Quã speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.*

¶ De præbendis.
Rubrica.

Conclusio CCCCXXX.

SI PRAEpositura zeslicen. impetrauit A. tanquàm uacãtem, per extraua. execrabilis. & B. tanquàm uacantem per decretalem eãdem, uel alias quouismodo uacãdi per decre. execrabilis. & probauerint, & propter hoc obtinuit A. quia primus, & in tertia instantia ad ponẽdum, & articulandum B. propter clausulam, uel alio quouismodo mutauerit, & transiuerit ad modum uacandi per decreta. de mulcta mutando tempus dictæ assecutionis dictæ præposituræ, B. etiam post terminum ad ponendum per modum declarationum potest etiam mutare tempus, ut redeat ad modum uacandi decretalis, execrabilis: nec censetur obiectus, nec requirũtur specificationes exactæ.

¶ De iureiurando.
Rubrica.

Conclusio CCCCXXXI.

POSITIO iurata per iuramẽtum credulitatis, reuocatur per modum erroris, non obstante iuramento, quia iuramentum est de credulitate, nec aliquid aliud ad iuramẽtum calumniæ. igitur, &c.

¶ De probationibus.
Rubrica.

Conclusio CCCCXXXII.

CAPELLANIA honoris nõ probatur per testes pro eo, ꝙ solet semper de ista fieri scriptura.

¶ De probationibus.
Rubrica.

Conclusio CCCCXXXIII.

POSSESSIO capellaniæ non probatur per duos testes, quorũ unus dicit se uidisse in partibus portare illum rochetum, & cappam: alter dicit ꝙ id in curia uidit, quia capellani ista extra curiam non portant, & ꝙ non

nō ſufficit ſola poſſeſsio: ratio, quia in his quæ non poſſunt haberi niſi ex conceſsione principis, nō ſufficit poſſeſsio. ut ff. de aqua quotidi. l. j. §. permittitur.

¶ De exceptionibus. Rubrica.

Concluſio CCCCXXXIIII.

SI CONTRA abſentem dantur articuli obiectiui minus bene ſpecificati, iudex ſi uult, in pœnam contumaciæ poteſt eos admittere ut ueritas eruatur: quia quòd ſint male ſpecificati, dummodo ſint de bona materia, ſpectat ad partem allegare, & nō tenetur iudex id pōderare parte nō excipiēte, dummodo effectus ſpecificationis non ſit magnus.

¶ De exceptionibus. Rubrica.

Concluſio CCCCXXXV.

SI CONTRA inſtrumentum procurationis factum ad permutandum contra impetrantem apoſtolicum qui poſt permutationem ſeu renūtiationem acceptauit, datur quòd conſtituens procuratorem erat infirmus, & de infirmitate huiuſmodi fuit mortuus: materia eſt bona, per cap. ij. de renuntia. lib. vj.

¶ De exceptionibus. Rubrica.

Concluſio CCCCXXXVI.

SI ADMITtatur materia una obiectiua pro una alterius excluſoria: eoipſo omnes aliæ materię ab eodē contra eundem aliàs de iure bene licet, forte aliàs propter malam ſpecificationem repellendæ admittendæ ſunt, quia principaliter non uenit eorum admiſsio, ſed potius ad materiam admittendam coadiuuandum: ut ſi in caſu proximæ concluſionis detur coadiuuādum materiam infirmitatis de furore, & dementia, & de confict. & fraude dictæ permutationis, licet non in arcta ſpecificatione tales materiæ cum unitate uenient admittendæ. arg. ff. de acquir. re. do. l. quēdam. ff. de re. uendi. l. in modic. Et quia fauetur acceſſorio, per not. Innoc. de reſti. ſpo. cum ad ſedem, & de exceſ. præla. tanta. plus facit, quia excluſa eſt calumnia & præiudicium partis: quod intelligo maxime, ubi omnes materiæ ad eundem effectum tendunt, & ex eodem medio procedunt: quia aliàs forte diceretur, quòd ſeparatorum &c. ff. de calum. l. fin. ff. de condi. l. pater. in fi.

¶ De expenſis. Rubrica.

Concluſio CCCCXXXVII.

SVPER interlocutoria ante ſententiam latam cum condemnatione expenſarum in expenſis taxatione taxantur expenſæ pro aduocato & procuratore, ſed arbitrariæ, & niſi

multum laboraſſent, ſufficit pro aduocato in prima inſtantia vj. flor. & in qualibet aliarum tres: & pro procuratore in prima iiij. & in qualibet aliarum iij.

¶De appellationibus.

Rubrica.

Concluſio CCCCXXXVIII.

IVDEX ternæ inſtañ. licet reperiat ex actis appellationē à ſecunda inſtãtia interpoſitam deſertam: ſi tamen de hoc non fiat quæſtio poteſt nihilominus ſecundam ſentẽtiam confirmare: quia non eſt articulus deſertionis diſcuſſus, & poteſt eſſe, ꝙ ſi diſcuteretur deſertio excuſaretur. Et hoc maxime: quia appellans non poteſt de deſertione opponere, nec excipiendo hoc appellato etiam allegare.

¶De iniurijs.

Rubrica.

Concluſio CCCCXXXIX.

AR TICVLI dati poſt terminum in cauſa iuris ciuiliter attentata, dati tamen uerbo in termino, & de materia libelli, & cito facti dati poſt terminum bene ſpecificati, & de bona materia, ſunt admittendi, non obſtante lapſu termini ſecundū partem dominorum: quia de iure, & ſtylus habet, quòd de iure articuli admittuntur poſt terminum, quia de iure, licet actio infametet, & tendat ad uindictam, probat. cle. conſtitutionem. quia deſcendunt ex iure partis. Tum quia nō multū intereſt partis, & res eſt in eodem ſtatu, per l. maioris. ff. de adopt. lega. & l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. Tum quia admitterentur probationes. C. qui accu. non poſ. l. ſi ea. per lac. de are. & Cy. & gloſ. in cle. ſæpe contingit. Tum quia reſtitutus terminus ad declarãdum ubi dare poſſent, & ita lapſus termini omnino perimit. Tum quia nō petitur nouus terminus quo ad qd terminus eſt peremptorius. Et ita ſoluitur ad gloſ. cle. j. de except. Tum quia ſunt uerbo & facto. Tum quia libellus præceſſit. Tum quia palatium nō uult, niſi æquitatem, & ueritatem: & in ſecunda inſtantia ad hoc admitteretur. Tum quia peremptoriū iudici non uidetur eſſe præfixum, ſed parti: ergo iudex admittere poteſt, ſi uult: ſed alia pars æqualis eiuſdem cõſilii cõtra: quia terminus eſt peremptorius: & ita ſolue per gloſ. dictæ cle. j. de excep. alle. no. de excep. paſtoralis. per Paul. in cle. conſtitutionem. quæ diſſoluitur faciliter per primam. In prima parte fuit do. Nico. do. Guil. & Ber. Cremona mecum. In ſecūda fuerunt domini Ro. Franci. Io. de aurellis, & Guil. & Benedictus. declaret Apollo &c.

¶De iudicijs. Rubr.

Concluſio CCCCXL.

SI PR Oceſſus eſt ualidus, licet ſententia nulla ex illo

per

per alium iudicem iurisdictionē habentem, potest sententia ferri, a per not. Bart. o. ff. de appel. si expressim &c.

¶ De fide instrumentorum. Rubrica.

Conclusio CCCCXLI.

SIC VT litera ordinaria, p uisiua in præiud cium apostolici cū de data dubitatur non probat, nec litera ordinarii dans potestatē alteri huiusmodi prouisionem faciendi, uel uicarium generalem cōstituens, cum potestate prouidendi: quia si fidem faceret, esset iam modus ita facilis, & apertus ad cogitandum fraudem contra apostolicos, sicut ante.

¶ De fide instru. Rubrica.

Conclusio CCCCXLII.

SI COPIA procuratorii in causa beneficiali appellantis exemplati ad instantiam appellanti præsente, & consentiente dicto procuratore prætenso appellante ad probandum deuolutionem unam cum instrumento appellationis, & intimationem per eundem procuratorem interpositarum coram audi tore in iure producuntur, dicta copia seu transumptum sub publico instrumento ut prædicitur productio, facit fidē: licet d. Nic. in hoc dubitet.

¶ De offic. uicar. Rubrica.

Conclusio CCCCXLIII.

SI EPIscopus[a] uicario, uel suo officiali generali det potestatem in uicaria x. beneficia uacātia, uel uacatura conferendi, quo ad uacatura nō ualet concessio. Ratio est, quia generale concilij huiusmodi concessionē prohibere uidetur. de offic. lega. c. deliberatione. §. prohibemus. li. vj. c. nulla. de cōcess. præben. c. constitutus. & c. cū dilecta. & eo. titu. detestanda. in vj. Nec ob. c. fi. de offic. vica. lib. vj. vbi probatur, quōd vicario, vel officiali generali dari potest huiusmodi potestas vacatura beneficia conferendi, & ita est casus quidam specialis, qui no. per glos. de præbē. c. statutum. lib. vj. in fi. Respondent enim, quōd illud c. fin. de offic. vica. loquitur, dum datur uicario, uel officiali generali generalis potestas omnia beneficia conferēdi, quia tunc sub propria uerb. signifi. uicariatus cōtinetur, nisi esset mētis inuerisimilitudo, quæ per expressionem tollitur, & multa transeunt cū uniuersitate ex literis, cum ibi no. per Innoc. ff. de acquir. re. do. l. quædam. de contrahen. emptio. in modicis. Sed ista ratio non uendicat sibi locum in officiali, cui non admittuntur, nisi iurisdictionalia. ut no. Io. mo. de offi. uica. cap. ij. & de instit. cap. ij. lib. vj. Vide per Io. And. de mato. & obe. cum olim.

& de elect.quanquàm, in nouel-la. Præterea quia non est tanta dubitatio fraudis in illo, qui semper, & satis potest habere quid conferat, quàm in alio, qui non potest conferre, nisi pauca. Sed tollitur hæc ratio per cap. statutum. alleg. ubi patet, cùm ibi notatis, quia restricta potestas conferendi beneficia uacatura apud sedem etiam potest dari. Dicebant quidam domini loqui dictum cap. statutum. solum de uacante. sed nihil est, quia illud, quo ad actum, & tempus conferendi, secus, quo ad potestatis concessionem. per ibi not. in glos. Ioan. Andr. in additionali in fi. c. posita, & recitata in nouella. & idem posuit Archid. in eo. c. in sua. glo. pen. iuncta glos. Ioan. Andr. & Archidia. qui alleg. cap. fin. de offic. uicar. Dixit do. Fran. cum quibusdam aliis, quòd ratio cap. statutum. locum habet, nisi incerta concessio potestatis beneficia conferendi non se referret ad primos, quia ibi nõ esset tanta præsumptio fraudis, sicut si referretur ad certa, quæ primò uacarẽt in numero certo, ut hic, quia ut pinguiora conferret cõtra concilium, ut facilè præsumitur potest committere fraudem. Casus autem, quo referretur ad primos, esset indubitatus, quia primum uacaturum conferendi non potest dari potestas. Casus est in cap. constitutus. alleg. & idem de quatuor, sicut de uno ex identitate rationis, modò refertur hic ad primam secũdum eum. per not. cap. non potest. ij. responso. de præben. lib. vj. cum ibi alleg. uidelicet de uerborum signifi. l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerbo. obliga. l. eum qui. ff. de lega. iij. l. fideicommissa. §. si quis x. de offic. ordi. c. ordinarii. in fi. ibi cum dicit: uel ea quę, &c. ff. de condi. & demonstra. l. hæc cõditio. Et quia aliàs esset in potestate huius habentis huiusmodi potestatem faciẽdi suas commis. uenales, quod esse non debet sua gratia semper illęsa manente, contra id, quod habetur suprà de rescriptis, nonnulli. & cap. sedes. & cap. ad audientiam. ij. ff. de cõtratabu. l. filium quem. §. sed cum exhęredatio. ibi. alioquin uenale, & beneficium recto ris, & ff. de pac. do. l. si liberis. quę ratio allegatur per Ioan. And. in cap. quãuis. in nouella. de præbẽ. lib. vj. fa. eodem modo sicut l. hæc conditio. ff. de penu lega. l. j. alias est l. j. ff. ad leg. falcid. §. item si ita. fa. de elec. cupientes. §. cæterum. lib. vj. de cle. ægro. cap. uno. eo. lib. §. si autem. fa. optimè. ff. de uerborum signifi. l. inter illam. in princi. Et ad idem possunt allegari omnia iura per Ioan. Andr. in dicta decre. non potest. in nouella. super ulti. glos. ad probandum, quod intelliga

telligantur de primo. ff. de iure do. l. dotis promissio. de pac. do. l. inter socerum. §. ulti. qui & à qui. ma. non lib. l. fin. l. matrimonii. de leg. ij. l. cum pater certam. de uerb. signifi. l. sciendum. de bo. auth. iudi. poss. l. ulti. licet quòd non debeat de primis intelligi uideatur expressum per glos. Ioan. Andr. in dicto ca. quãuis. ij. de præben. lib. vj. quã glos. licet quidam eam reprobent, Io. Andr. ibidem approbat in nouella propter quasdam absurditates. ibi uide. multi fuerunt contra glo. proximam alleg. & quòd sicut mandatum de prouidendo de uacatura intelligatur de prima uacatura. Et idem Io. Andr. dicit in dicto cap. quãuis. lib. vj. in nouella per cap. si clericus. eod. titu. & cap. ne captandæ. de concess. præben. eod. lib. Item licet hæc concessio debeat intelligi de primis ne diutius uagare habeat talis in præiudicium ordinarii collatoris, & ordinarium collatorem in suspenso tenere, maximè si decret. habeat, &c. tamen opponitur, quia hæc interpretatio gratiam reddit nullam, & alia interpretatio redderet eam ualidam. modo interpretatio debet fieri, ut res potius ualeat, quàm pereat. cap. abbate. de uerbo. signifi. potissimè in priuile. de priuile. si papa. ad municip. l. j. in fi. & ff. de leg. j. l. si quando. Videtur præsumendum per prędicta, q̃ dictæ concessionis gratiam gratiosè cõcedens, uoluerit eã facere omni eo modo meliori, quo potuerit sortiri effectum, saltem ut ualeat. Et ita nõ ob. no. contra glos. c. quãuis. quia ibi ualet concessio in primis. hic non. Item q̃ ibi est concessio ambitiosè impetrata, hic est concessio multum gratiosa, quæ in præiudicium conferentis latissimè est interpretãda. de consti. princ. l. iij. de deci. ex parte. no. Innoc. de dona. cum dilecti. & est facta ab episcopo Anxitan. collatore, ita quòd cessat eius præiudicium, quia uolenti, & consentienti non fit iniuria, neque dolus. C. de trãsact. l. cum donationis. & regula. scienti. lib. vj. cum concor. Addo aliam rationem, quia si intelligeretur de specie, in primis archiepiscopus sic committendo feciss et contra concilium generale, & ita peccasset. de ma. & obe. si quis uenerit. si in genere intelligatur, quomodocũq; uacauerit, nõ fecit cõtra concilii, nec peccauit, modò in tali casu recipitur præsumptio, quia benignior est, ut nõ peccauerit. ff. pro socio. l. merito. ff. de dona. inter uir. & uxo. l. Quintus. & per hæc non ob. omnia iura in contrariũ alle. quia loquuntur uel ubi interpretatio fit in fauore illius, qui ex ea lucrum sortiri debet: uel saltem, ubi interpretatio nõ inficit

ipso iure dispositionē, nec peccatum inducit. quomodo ergo à propria significatione uerborum recedemus per talem interpretationem, quæ actu uitiat ipso iure, non uideo, quia ut uitetur talis interpretatio uitians in beneficiis propriam significationem excedimus, ut l. j. in fi. ad municip. & l. si quando. alleg. & melius in cap. si papa. alleg. §. j. & cap. abbate. alleg. Video enim quòd gratiam faciens, ut gratia ualere possit, nedum uidetur uelle facere id, quod loquitur, sed etiam præambula, sine quibus sua gratia ualere non posset. institut. qui ma. non pos. §. j. & de testa. tu. §. j. C. de nec. ser. hær. institu. l. fin. ff. de serui. urba. prædio. l. iiij. §. qui habet. ff. de acquirenda hæredita. l. illud. ergo fortius est præsumendum, quòd à propria uerborum significatione nolit recedere, cum præsumatur eam scire, quia archiepiscopus, qui debet scire iura canonica, per Innocen. de electio. cum in cunctis. fortifico, quia si non intelligitur de primis, &c. gratia non est specialis, sed generalis. probat cap. quamuis. alleg. in princip. & §. j. & probatur de concess. præben. cap. j. §. subiunctum. & cap. ne captandæ. lib. vj. de offic. delega. c. ex parte. modò licet non in genere, tamen in specie potest fieri hæc commissio uicario, uel officiali generali. not. glos. in cap. constitutus. aliàs facit, quia uidetur, quòd liceat episcopo concedenti legē, quam uult suæ sublimitatis concessioni facere, & ponere per l. in traditionibus. ff. de pact. quod intelligo etiam de genere restricto, per cap. statutum. alleg. cum glossellis superiùs alleg.

¶ Si episcopus. *Nota, quòd episcopus est persona illustris, ut per Bar. to. in Omnes populi. ff. de iust. & iu. Dicitur etiam spectabilis, & interdum summus sacerdos, ut notat Speculator. titu. de iurisdi. omn. iudi. Et episcopum oportet esse irreprehensibilem. j. ad Tim. iij. An autem episcopus possit solùm ea, quæ sunt à iure permissa: an omnia, nisi prohibita facere, opinio est. sed secunda communior, & benignior.* Et *de hoc uide in sum. cōfes. lib. iij. tit. xxix. de lapsis & dispensa. quæstio. iiij.*

¶ De appellationibus. Rubrica.

Conclusio CCCCXLIIII.

SI AB amissione articulorum appello: puta quia impertinentes, uel quia obiectiui, uel defectiui: si reperiatur aliquis impertinens, uel obiectiuus, & malè specificatus iustificatur appellatio. Ratio primi: quia dicendo articulos impertinentes se refert ad omnes, & iustificata appellatione in una simpliciter, uerū est dicere bene

appell

appellatum. Verbum uero defectiuum refert se ad defectum formæ, maximè, quia defectus materiç importatur per uerbum impertinen. & ita non ob. cle. appellanti. quæ requirit specificationem.

¶De probationibus.
Rubrica.

Conclusio CCCCXLV.

SI CONTRA illum, qui impetrando beneficium dicit se esse de genere comitum do. quòd imò parentes sui fuerunt, & sunt de inferiori genere, & ita est publica reputatio: uel si uolo deducere consumptionem dicendo, quòd per talem procuratorem suum legitimè constitutum aliud tale beneficium acceptauit, sed nõ deduco dispositiuum modum, & formam constitutionis, tempus, & locum, articuli non sunt bene specificati in materia obiectiua.

¶De appel. De procu.
Rubrica.

Conclusio CCCCXLVI.

SI PER appellationẽ, quam in causa beneficiali per procuratorem aduersarii prætendo interpositam, deduco causam appellationis ad probãdum procuratorium appellantis, sufficit mihi producere instrumentum dicti procuratorii exemplatum de uoluntate procuratoris appellantis, appellãdo extra iudicium dictum procuratorem producentis: quia aliter meliori fides per appellatum fieri non potest: licet dominus Nico. dubi tauerit, ne sit in potestate partis confingere fraudem submittẽdo falsum procuratorem. Sed dicitur, quòd hic contradicit d. ad cõtradicend. admittend. Sed dic, quòd de iure cõmuni exempla non probant nisi præsente, & consentiente eo de cuius cõstat interesse, ut aduersario principali: nec sufficit secũdum eum consensus huius procuratoris prætensi. Sed dicitur, quòd imo, quia aliter de procuratorio fides fieri non potest, cum procuratorium originale apud procuratorem debeat remanere.

¶De probatio. Rubr.

Conclusio CCCCXLVII.

ARTICVLI in causa profana de iure partis nõ obstan. conclusione facta parte absente, licet uocata per audientiam, & non obstante, quòd lapso termino ad ponendum & articulandum dati fuerint, & nõ obstante lapso termino ad uidẽdum articulos admitti uel repelli: & nõ obstante conclusione iam facta, dummodo sit facta cũ potestate reuocandi, uel sit data commissio de procedendo summarie &c. possunt conclusione primitus reuocata, si auditori uisum æquum fuerit admitti.

¶De rescriptis. Rubr.

Conclusio CCCCXLVIII.

COMMISSA causa ad instantiam Petri inter eum ac. M.& Ioan.nō potest uigore cōmiss.huius finita causa respectu Petri agere M.cōtra Io.quia sic persona mutaretur, & non esset idē iudicium,saluo domino Nico.qui est contra.

¶De confessis.

Rubrica.

Conclusio CCCCXLIX.

CONFESSIO facta corā non suo iudice probata, aliàs legitime corā suo iudice non excusata uel reuocata legitime,bene probat.l. Publia. in fi.ff. depo.& l. generaliter.C. de nō nu.pecu.licet acta huiusmodi cōfessionis habita coram nō iudice eam non probent per modum actorum,cum nulla sint ipso iure,& ita procedit cap.at si clerici. de iudi.& colligitur totū ex no.Inno.de elec.per inquisitionē.saluo q̄ distinguatur de p̄sentia uel absentia,si & prout aliàs de iure foret distinguendū de attestationib⁹ habitis in uno iudicio, qualiter aduersario inuito in alio non probat.uide de testi. ueniens, & c.constitutus.& c. præsentata. & ibi not.& de fi. instru.cap.inter dilectos.uer.nec attestationes.cum ibi not.

¶De confessis. Rubr.

Conclusio CCCCL.

SI PER mutatiuus per pauperem appellantē trahitur in causam: & appellatus suspendit petitorium, & fatetur permutationē factam fuisse ante purificationē gratiæ suæ:sed dicit & deduxit ante suspēsionē permuta. fuisse fraudulosam, & aliàs de iure inualidam:nō censetur per dictam confessionē adeò constare de non iure appellanti, quòd debeat dicta suspensio impediri: quia dicta defensio fraudis in ualiditate discussa, & probata excluderet probationem cōfessionis antedictę,quę tamē in petitorio nōdum discussa est, & in possessorio discuti non potest.

¶De dilationibus.

Rubrica.

Conclusio CCCCLI.

PARS reperta in curia,& citata, licet pro instrumentis suis habēdis de partibus debeat decerni sibi cōpulsoria: & dum uenerit terminus ad producendum omnia, secundum circunstantias,& distantiarum,& negotiorum terminus ad producendum omnia longior sibi dari, uel post terminum ante conclusionem, uel sententiam diutius expectare,tamen huiusmodi occasione non debet ante terminum ad producendum omnia processus causa in aliquo prorogari:nec tunc si petat remissionē ad partes, quia corā iudice remissionis produci potuerūt instrumenta,ut cle.sæpe contingit.

¶De probationibus. Rubr.

Concl

Conclusio CCCCLII.

SI MANDATVR auditori per specialem commissionem, quòd admittat articulos obiectiuos non obstante lapsu termini, dum tamen fuerint specificati, & aliàs sunt admissibiles, & auditor reperiet eos non specificatos eo modo quo requirit cõmuniter materia obiectiua, sed reperiit semiplene probatos, uidelicet per unũ testem, & uidelicet quòd poterit haberi aliqualiter ueritas in curia: tunc debet & potest admittere eos ad probandum in curia infra certum tempus: quia minores specificationes requirit articulus obiectiuus minus plene probatus, quàm nullo modo probatus. Nam exacta specificatio non requiritur nisi propter præsumptam calumniam secundum omnes &c.

De probationibus.
Rubrica.

Conclusio CCCCLIII.

a SI AGAT abbas[a] pro monasterio, & pro mẽbris suis, non oportet quòd probet illa de membris esse usquequo sint admissi eius articuli.

a Abbas. *An autem abbas possit acquirere prioratibus sibi subiectis, qui habent speciales administratores & intitulatos: dicit singulariter Ioan. Fabri, in §. ei uerò qui. in fin. instit. de inutil. stipu. quòd sic: quia illi prioratus sunt de natura castrẽsis peculij uel quasi &c. quod nunquam exeat mentẽ tuam, quia paucis notum est.*

¶De procuratoribus.
Rubrica.

Conclusio CCCCLIIII.

SI PRINCIPALIS qui Manfredum procuratorem constituit apud acta, post istã constitutionem ad eius instantiam etiam aduersarium prouocando bis compareat, & litem contestatam nõ testando, quòd per hoc non intendit reuocare dictum procuratorem, & post istas duas comparitiones, & lite per eum contestata compareat, & protestetur tunc quòd non intendit &c. reuocare suos procuratores &c. intelligitur fuisse protestatus specialiter de dicto Manfredo, quia alias non appareret. arg. ff. de libe. & posth. l. nominatim. & postea procedat dictus Mãfredus procurator cum parte aduersa non contradicente, ualebit processus quia non uidetur fuisse reuocatus: tum quia sequentia declarant præcedentia: tum quia medium debet sapere naturam extremorum, & interpretari secundum ea. Ideo si probantur extrema, potius præsumitur medium: & quia pars post non contradixit.

¶De testi. De præscrip. Rub.

Conclusio. CCCCLV.

MONASTERIVM allegans contra rectorẽ paro hia

rochialis eccleſię ſe in eius paro chia tenuiſſe & poſſediſſe decimas[a] & à rectore ſpoliatum fuiſſe, & in articulis ſui poſſeſſorii reſtitutorii deducens poſſeſsionem, de cuius initio hominũ memoria non exiſtit, & producens teſtes qui dicunt ſe id uidiſſe à ſuis patribus, auis, & aliis maioribus audiuiſſe: licet non dicant ſe contrarium audiuiſſe, utpote a non interrogati, probant poſſeſſionem, colorant titulum ſufficienter, & ſatisfacit per hoc c. ij. de reſti. ſpo. lib. vj. Ratio, quia licet ibi titulus probandus ſit ſimile. ff. de inter. l. ij. §. quædam. & ff. de aqua quoti. & æſtiua. l. j. §. permittitur. tamen in hoc poſſeſſorio iudicio reſtitutorio ſufficit minor probatio, quàm ſi ad declarationem tituli in petitorio iudicio principaliter ageretur. Fa. not. Inno. de uerb. ſignif. ueniens. Secundo, inquantum denotatio ibi notatur: & de teſti. ueniens. ij. cum ibi not. Aliter enim probandus eſt color ueritatis: aliter ueritas plus uiget quàm reuera. Illud cap. ad decimas. non requirit, niſi quòd tollatur ueriſimilitudo calumniæ, quam iuris communis probatio inducit: quã ueriſimilitudinẽ ex ſola probationis præſumptione inſurgẽtem inducit alia probatio contraria, quæ inſurgit ex dictorum teſtium depoſitione. facit magis uerbũ, aliquem diu poſſediſſe. & uerbum, niſi aliud oſtendatur. &c. quia per primum patet, quòd antiqua poſſeſsio ſufficit pro collatione tituli: per ſecundum patet, quòd ſufficit aliud oſtendere, per quod ſit ueriſimile iure communi locum non fore. Et ita fuit etiam alias obtentum me præſente, domino Viuarien. reſiden. in rota.

¶ Poſſediſſe decimas. *An & quando ſolutio decimarum tollatur conſuetudine uel præſcriptione: uide pulchras remiſsiones in c. cauſam. in prin. c. de præſcr. ubi multa alia ad materiam decimarum.*

¶ De iudicijs. Rubr.

Concluſio CCCCLVI.

SI P. contra M. obtinuit cauſam committi cum poteſtate citandi perſonaliter &c. & citatio perſonalis contra M. fuit ad P. inſtantiam per Aud. decreta ad partes & in partibus. ad P. uenit M. dicens, tu, ut mihi dicitur, obtinuiſti citationem perſonalem contra me ſuper talibus à tali auditore: paratus ſum ſubire iudicium: rogo eam mihi intimes, & me cites. & P. reſpondit, faciam, dum mihi placebit: uenitque poſtea M. ad papam & obtinuit dicto auditori committi, quòd dicto P. tacito legitime ſuper abſolutione ab inſtantia iudicii quam petit ipſe M. contra dictum P. ſibi faciat iuſtitiam: non poteſt dictam abſolutionem dictus M. contra dictum

P. imo

P.imo nec aliquid aliud præter citationem obtinere: nisi prius eodem P.in partibus urgore dictæ primæ commissionis & secundæ legitimè ad instantiam eiusdem M.citato,quòd non est iudicium, nisi saltem citatione executa: & quia renuntiare potuit executioni citationis & ipsi citationi dictus P. & quia tempus non habet executor ad executionem exequendam: & quia fraus est in his posibilis,& facliter præmenda.

¶De testibus. Rubr.

Conclusio. CCCCLVII.

SI IMPETRANS certam præposituram quam tenet P. eo quòd P. eam obtinens sit assecutus certum archiepiscopatum incõpatibilem, & ambas dignitates tenuit annis pluribus simul: & ita deducendo modum uacandi per decret. de mulcta, restrinxeritque assecutionem in articulo probando ad certos annum, mensem, diem, tempus assecutionis archidiaconatus præcedentes: & testes producti super articulo, deponunt ultra articulum, quòd etiam de tempore præcedenti fuit assecutus præposituram &c. nihilominus testes huiusmodi plene probant. Primò, quòd concordant cum gratia. Secundo,quia concordant cum articulo. non enim habet articulus negatiue, quia ante tempus in eo descriptum non fuerit assecutus P. præposituram: licet habeat, quòd illo tempore fuit assecutus, & cõcordes sunt: de testi.cum tu.

¶De testibus. Rubr.

Conclusio CCCCLVIII.

SI TESTES super dicto articulo deponentes dictum articulum esse uerum: pro eo quòd ita reputabatur publice & notorie; & fructus præposituræ percipiebat; bene probant, licet non interrogati non deponant se uidisse, quòd receperit dictos fructus.

¶De probationibus. Rubr.

Conclusio CCCCLIX.

PRAEDICTI testes deponentes quòd P. tenuit præposituram de tempore articuli,& ante, & quòd tenuit archidiaconatum simul cum præpositura de tempore sequenti non percutien. ad tempus assecutionis præpositurae uel archidiaconatus, nihilominus probant assecutionem præposituræ assecutionem archidiaconatus præcessisse, & locum esse modo uacandi, per decreta. de mulcta.

¶De accusationibus. Rub.

Conclusio CCCCLX.

LEX libellorum,locum habet in actio.in iure: etiam ciuiliter intentata. & l. prætor edixit.ff.de iureiurand. & quòd dans liberum super crimine facrile

crilegii criminaliter tenetur se inscribere : alioquin pars non tenetur respondere libello.

¶De consuetudine.

Rubrica.

Conclusio CCCCLXI.

LICET AGENS ex[a] præscriptione uel consuetudine [a] quæ prætenditur contra ius commune intentata secundum multos quos credo uerum dicere, tenetur actus deducere in articulis, super quibus habent testes deponere : secus tamen in interdicto uti possidetis. Ratio diuersitatis : quia primo casu in uerisimilem agit : imo non mirum, si magis arctetur ad specificandum illud, super quo soli testes habent deponere. Patet primò de restitu. spo. ad decimas. patet secundo per id, quod dicimus in materia obiectiua propter præsumptam calumniam, & inuerisimilem, requiri specificationes. de elect. ut circa cap. is qui. & cap. si procurator. & cle. constitutionem. l. libellorum. de accusat. & not. Compo. de elect. quòd sicut. &. qui aliter. articulus quodammodo uidetur esse iuris, sed in secundo casu articulus est solùm de positione, quia licet habeat effectus iuris, tamen facti est. de primo ff. de acquirend. possessi. l. peregre. de secundo ff. quib. ex cau. ma. l. denique. C. de acquirend. possessi. l. j. cum ibi not. & quia de iure partis est totus, & non ita communiter iuri communi aduersatur, nec tantum præiudicium parit. Vide tamen quod circa id not. Ioan. in Spec. tit. de testi. in addi. suis.

a

¶Præscriptione uel consuetudine. *Nota quòd præscriptio seu consuetudo iam completa non interrumpitur, licet semel, uel bis fiat contrarium. Specu. titu. de præscript. §. j. uersicu. quia si post completam.*

¶De iudicijs.

Rubrica.

Conclusio CCCCLXII.

SI. P. contra Ioan. citationem personalem ad partes obtinuit, & postea citatione nondum executa Ioan. uenit ad P. dicens : si citationem personalem contra me obtinuisti, ut dicitur, mihi rogo eam exhibeas, & iudicium subeamus, & ille respondet, quòd non faceret tunc, sed aliàs dum placeret sibi, & ob hoc Ioan. ad curiam ueniat, obtineat committi auditori, qui citationem decreuit pro P. citato legitimè super absolutione ab instantia iudicij, quam contra P. petit Ioan. iustitiam fa. procedere non potest auditor contra. P. nisi ipso legitimè citato ad partes : & quod potest eum citare uigore non secundæ commissionis impetratæ per Ioannem, sed uigore primæ impetratæ per Petrum eundem. Aegi.

De præ

¶De præbendis.

Rubrica. a

Conclusio CCCCLXIII.

SPECIALES gratiæ & communes ex suiforma non impares sunt, ut sit locus ca. duobus.de rescript. libro sexto. Sed fuimus contra archiepiscopus Corsien.& ego,& nobiscum est dominus Mar.scripsi super hoc plenissimè in sexterno magno.Aegidius.

¶De litis contestatione.

Rubrica.

Conclusio CCCCLXIIII.

SI DEPONENS contra depositarium agens potest iudicialiter compellere depositarium ad rei depositæ restitutionem,& reus neget se habere rem,quæ petitur, uel si datis depositionibus, & articulis de depositio facto concludentibus.ad restitutionem rei depositæ interloquitur iudex de positionibus, & articulis respondendum fore, & reus respondeat dicendo se habuisse rem, & eam perdidisse, non respondendo directe ad petitionem, neutro casu lis contestat. censetur:tum quia per modum prædictum non uidebatur dirigi modus agendi ad litem contestatam. tum quia petitioni non uidetur esse aliqualiter responsum,&c.

¶De consuetudine.

Rubrica.

Conclusio CCCCLXV.

CONSVETVDO[a] quæ habet quòd fructus curatorum beneficiorum administrationem habentium debeantur defuncto pro primo anno,&c. non ualet,quia est irrationabilis,&c.& ecclesijs onerosa. Nec obstat extrauagans Ioann.xxij. suscepti. quia non loquitur, nisi in casu, in quo defuncto deberentur. Modo ille casus est in simplicibus, & quo ad hoc teneretur decisio Ioannis Andr. ad quæstionem per eum disputatam super regula, nemo potest. Ratio enim diuersitatis patet euidens inter hos casus,per not. glos. in cap. præsenti. de offic. ordin. lib. sexto.& tenuerunt notabiliores consilii: alii contra quia uidetur, quòd ratio decisionis Ioannis Andr. uendicet sibi locum hoc casu.

¶Consuetudo. *Nota quòd quando consuetudini ueritas suffragatur firmius ualet. distinctione viij. ueritate,& cap. frustra.& xij. distinct.illud interpretatur,l.extra.co. cap.cum dilectus. Adde quòd consuetudo illa dicitur rationabilis quæ sustinetur à iure.Not.per Inno.eod. capitu.ulti.*

¶De resti.spoli. Rubr.

Conclusio CCCCLXVI.

SI POSTQVAM beneficiatus fuit in plena, & libera possessione percipiendi fructus

fructus, ille cui debentur ex consuetudine fructus primi anni illos percipit propria authoritate sine uiolentia non spoliatus: ita quòd si agit beneficiatus iudicio restitutorio, materia consuetudinis data in contrarium est possessorii exclusoria. Sed archiepiscopus Corsien. & ego fuimus contra, quia dicta materia petitorium concernit secundum nos. Aliud enim est ius percipiendi, aliud possessio iuris percipiendi: & aliud ipsi fructus. Directè enim ad fructus non agitur, nec ad restitutionem possessionis eorum, sed directè, & principaliter agitur ad restitutionem percipiendi, quantum prædicto primo anno, & consequenter ad restitutionem fructuum in modum sequelæ. sed non fuimus exauditi, licet hoc nobis clarum uideretur.

¶De præbendis.

Rubrica.

Conclusio CCCCLXVII.

SI MINOR xiiij. tacito de minoritate ætatis obtinuit primò à domino. N. Gregor. xj. papa moderno gratiam de canonicatu sub expectatione præbendæ ecclesię Spireń. et secundò fuit per nuntium apostolicum habentem potestatem dictos canonicatus, & præbendas conferendi collationem quorundam canonicatus præbendæ dictæ Spirens. ecclesiæ certo modo uacantium, & possessionem eorundem licet ratione dictæ minoris ætatis nulliter & de facto, & post hoc duo & tertio idem minor dictos canonicatum & præbendam per dictum nuntium sibi collatos possidens impetrat ab eodem domino N. reformationem dictæ gratiæ sũę primæ apostolicæ: non obstañ. defectu ætatis de aliis prædictis nõ faciens mentionem, supposita regula eod. domi. Nico. quæ habet, quòd tales impetrationes non ualeant tacito de dicto defectu, dicta gratia reformatoria est surreptitia. Tum quia tacuit de possessione prębendæ, quam possidet. Tum etiam hoc cessante, quia tacuit de alio defectu, uidelicet de renuntiatione tacita primæ gratiæ, quam fecit recipiendo præbeñ. à dicto nuntio, & possessionem eius, per cle. gratiæ. de rescript. in clem. & per cle. si ista. de præben. iuncta l. si domus. de serui. urb. præ. quia sublato uno impedimento, aliud remanet.

¶De concessio. præbẽ. Rub.

Conclusio CCCCLXVIII.

SI PRIMVS in forma. dignum arbitramur, acceptat infra mensem, & purificat, & facit conferri post mensem: & secundus acceptat, & faciat sibi prouideri infra mensem, & est in possessione, & tertius post men

mēsem, & ante purificationem, & collationē primi obtinet de eodem beneficio gratiam à papa cum clausula, si non est alteri ius quæsitum in re: & tertius excludit primum: quia primus nō habet nisi ius ad rem, & primus propter clausulam suam retractiuam, quæ hodie currit excludit secundum, quia clausula retractiua inficit per decre. quicquid interim fit, licet, ut dixi, forsan acceptatio primi non ualuerit pro eo, quōd purificatio nō fuerit facta infra mensem. per l. bonorum. ff. rem rat. hab. Nam clausula retractiua non concernit nisi uires decre. & habet locum ca. authoritate. maximè in ratione. Nec obst. determinatio Ioan. Cal. in quæstione disputata per eum, ubi tenet, quōd ualet collatio ordin. uel execut. secundi facta infra mēsem primi, si primus ius non habeat, quia intelligitur, dummodo primus non acceptauerit, de quo per Ioan. mo. & Ioan. Andr. in c. statutum. de præben. lib. vj. de quo tetigi plenè intra lecturam do. Mar. super clemen. uidelicet inter tit. de censi. & titu. de magist. in quæstione secunda. principali: ubi plenissimè de hoc. quia loquuntur in casu, ubi impetrans non acceptauit, hic uerò acceptauit, nec ualet, quia ex postfacto tollitur ius quæsitū per acceptationem, uel fortè potius impeditur, quia quod est ab initio infectum, & c. c. auditur. de elect.

¶De re iudicata. Rub.

Conclusio CCCCLXIX.

SI INTER P. habentem contra Mar. tres diffinitiuas sententias conformes super ecclesia, post dictas sententias coram auditore committat papa executori ipsius P. quōd si sibi cōstiterit A. penden. lite contra M. uel finita se intrusisse cōtra eū sentētias exequatur. Non ob. dictæ lite pendente auditor de surreptione dicti mādati nō debet cognoscere, sed statim debet cōmittere executori, quo ad hoc, & supersedere quousq; fuerit contra A. executio facta.

¶De procuratoribus. Rub.

Conclusio CCCCLXX.

PROCVRATORIVM ad causas motas, & mouēdas deuolutas, & in quibus astringitur cōstituens in curia litigare, nō ualet, nisi in causis, quæ erant tempore constitutionis deuolutæ propter uerbū præteriti temporis, & propter uerbum, astringitur, præsentis temporis.

¶De testibus. Rub.

Conclusio CCCCLXXI.

TESTIS cum fama nō probat excessū taxæ datum contra possessorem per modum obiectus: per not. Specul. titu. de fama. uer. quid si

agenti opponitur. Sed nedũ testis cum fama: imò fama sola cõtra impetrantem tacitam præsumptionẽ inducit: quod etiam casu quo aliàs nõ haberet probare quòd infra taxam esset beneficium acceptatum: tamẽ hoc casu probare haberet, uidelicet si peteret adiudicationem: secus tamen si peteret se absolui tantũ: puta quia possidet: quia non tenetur tunc probare. l. cogi. & tenetur probare actor plene. ca. in præsentia.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CCCCLXXII.

SI episcopus obtinẽs prioratum, dignitatem, curatam & caput collegii habẽtem, tempore suæ promotionis ad episcopatum obtinet gratiam à papa antequã uacet dictus prioratus de dicto prioratu cum episcopatum tenendo tacite de cura, dignitate, & capite collegii: totum est surreptitium re ipsa, quia si talia uitiãt prouisionem per regulas cancellariæ, ut cap. cum in illis. & cle. si dignitatẽ. & cap. fin. eodem titu. in antiquis. ergo talem dispensationem fortiori ratione, quia dispensationes sunt strictioris iuris &c. ut not. cap. j. & fi. de fi. presb. lib. vj. & de præben. non potest. lib. vj. per docto. & Ioan. mo. Regula in generali, maxime quia materia ista est de iure communi: ut de elect. dudum R o. & de præb. dudum. lib. vj. uel saltem præter ius: quia de arbitrariis nõ declaratis per dicta duo ca. alle. proxime. Itẽ ex alio capite: quia nedum dicta retentio habet duos prædictos effectus: uidelicet effectum prouisionis, & effectũ unius dispensationis: imò effectum duarum dispensationum. Primo contra ius quo cauetur duas dignitates curatas nõ posse teneri simul: ut c. de multa. & cle. si plures. de præben. Modo cõcessa una nõ propter hoc alia concessa uidetur. de fi. presbyt. c. ij. de ser. ur. prædi. Nec ualet dubium unius domini, dicentis quòd imaginari posset illam non esse nullam, sed annullandam: licet dictum suum posuerit cõclusione proxi. sequen. pro eo quòd surreptio est de ipsa retentione, & requirit fore opus exceptionis: quia nõ est uerum. per not. in c. ad audientiam. de rap. ij. & c. fi. de præben. Et quia ista surreptio procedit ex culpa episcopi, qui sciebat huiusmodi qualitates, & eas tacebat.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CCCCLXXIII.

LOCVM habent primitiua dicta de cura, etiamsi per uerba exceptionis facta fuit mẽtio, per cle. si dignitatem.

¶De iure patronatus. Rub.

Conclusio CCCCLXXIIII.

IDEM esset de iure patroni, ad quem spectaret præsentatio,

tio,tacuisse per not.Ioan.Andr. Ioan.mo.& Archi. de præbend. cap.ij.lib.vj.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CCCCLXXV.

PREMISSAE tres conclusiones locum habent, etiam si dicta gratia facta fuisset episcopo motu proprio: quia surreptionem quæ cõpetit re ipsa,& procedit ex intẽtione, non tollit motus proprius. per no.Ioan.And.c,si motu.Itẽ quia alia dispensatione opus est.dixi in fi.conclusionis primæ.

¶De officio delegati. Rub.

Conclusio CCCCLXXVI.

PLVRIBVS subexecutoribus ad iudicãdum insolidum datis: unus non potest coram alio citare: quia citatio debet esse certa:& incertum est an collega uoluerit seu potuerit procedere: & an sibi terminus placeat assignatus.

¶De officio delega. Rub.

Conclusio CCCCLXXVII.

ETIAM si ualeret,non ualeret saltem citatio facta coram collega ad alios actus gradatim: quia quo ad illos alios actus fieret in quo fieri nõ posset. arg.de offic.delega. cum in plures.& ita nõ ualeret.ar.C.de don. inter ui.& uxo.l.ꝙ sponsæ.

¶De offic.delega. Rub.

Conclusio CCCCLXXVIII.

PROCESSVS factus coram priore tanquã subexecutore apostolico nõ ualet, nisi probetur illum priorẽ esse conuentualem. per clem.& si principalis.

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio CCCCLXXIX.

APPELLATIO interposita ab episcopo ad archiepiscopum, uel ad papam in palatio apostolico à papa recipitur,etiam si appellans infra tẽpus appellationis prosequendæ non elegerit prosequi apud papam, & ita recepimus opin. Specul.titu.de appel.in secunda parte.§.nunc tractemus.uer.sed et uerbo.sed quid.licet Io.And. super regula, in alternatiuis.de regu.iuris.lib.vj.in conclusione ibidem per eum disputata, & in addi.Specu. in loco proxime præallega.contrarium determinet de iure, licet id fateatur de iure ciuili, quia non potest appellari omisso medio de illo iure ad appell.l.impares. ff.eodẽ. saluo etiam, si de iure canonico infra tempus appellandi eligeret.l.bonorum.ff.rem ra.ha.

¶De iureiurando. Rub.

Conclusio CCCCLXXX.

LICET secundum communem opin.non sit locus delationi iuramenti, iuxta l.in bonæfidei.C.de iureiuran.in causa criminali, nec in

causa matrimoniali, uel beneficiali. primò propter l.ult.C.de a proba. secundò & tertiò propter periculum animæ & canonicum titulum, qui requiritur per no.de eo, qui mit.in poss.c. b eum qui.libro vj. nihilominus si contra intrusum, & prætensos intrudentes probetur uiolētia, & intrusio per unum testem nō ad effectum alium, nisi ut feratur sentētia super fructibus, qui percipi potuerunt etiam à tempore intrusionis, & etiam contra episcopum, & alios milites laicos per se, uel alios spoliantes locus est dictæ dilationi iuramenti, maximè si per alios testes probatur aliquid de fama, secundū Nico.de Cremo.& me.

¶De iudicijs. Rub.

Conclusio CCCCLXXXI.

SI AVDITOR secundæ instantię in causa beneficiali habens potestatem procedendi, terminis consuetu. non seruatis, & sola facti ueritate inspecta omisit terminum ad producendū omnia sequen.& parte uocata sentētiam tulit auditor tertiæ instan. qui terminos omnes bene seruauit: potest nihilominus sententiam dicti secundi auditoris confirmare, si aliàs reperit eam iustam. fecit enim quod facere debuit alter, & non grauatur pars, quæ potuit producere coram eo.

¶De exceptionibus. Rub.

Conclusio CCCCLXXXII.

SI ORDINARIVS[a] ueniens per mortem Titii habens confirmationem in forma perinde ualere, ac si Titius fuerit collector, [b] &c. producat collationem ordinariam, & confirmationem apostolicam, & ad excludendum expectatiuū apostolicum, qui acceptauit, det de collectoria, quia si aduersariū non haberet, non haberet necesse dare de hoc, imò si daret materia tanquam impertinens, & non iuuans repelleretur: ergo est obiectiua. consequentia patet per no.Ioan.And.in addi. Spec.de teste. Prima pars antecedentis patet, quia si collector non est, obtinet in uim collatiōis ordinariæ. Si collector est, obtinet in uim confirmationis apostolicæ. Secunda uerò pars antecedentis patet, & sequitur formaliter ex dicta proxima deductione primæ partis. consequentia patet ex dicta proxima deductione primæ partis. consequentia etiam sequitur ex regula, quæ habet, quòd dicitur obiectiua, quæ non esset necessaria sine parte, quam tenuimus in rota, & tenemus: quia cum ad adiuuandum obiicientē nil facit, oportet etiam recipere eam ut impugnatiuam, uel nullo modo eam admittere. Et hanc opi. tenuerunt domini Nic. Guiliel. Petrus, Franc. & quasi dominus

Bened

Benedictus. Alii uerò contra, inter quos dominus archiepiscopus Corsien. de quo miror, quia subtilis est literatus, & domini Robertus Guil. & Bertan. fateor tamen cum domino Benedicto, quòd si dicta confirmatio non produceretur, & articulans fateretur collectoriam, materia dictæ confirmationis esset de iure suo, quia eam probare teneretur, tũc etiam, si aduersarium non haberet.

a ¶ Si ordinarius. *Quis dicatur ordinarius uide per Feli. in c. post cessionem, in prin. de probat. Et an appellatione ordinarij, uel diœcesani uiciat alius, quàm episcopus. idem in cap. cum olim. col. vj. de præscrip.*

b ¶ Fuerit collector. *De collectore uide per Feli. in c. nostra. in xxj. correlario. de rescrip.*

¶ De testamentis. Rub. *Conclusio* CCCCLXXXIII.

HÆRES legatam conditionalis habet de necessitate probare, nedum legatam, & conditionem de facto fuisse purificatam: imò etiam purificationem conditionalem de uita legatarii euenisse, quia hoc fundat eius intentionem. ergo. ar. no. Bar. l. in illa. ff. de uerborum signifi. per illam l. coniunctam. cum l. hoc iure. & quia uenit nõ ex persona sua, imò ex persona legatarii. ergo debet probare fuisse locum legato in persona legatarii ipso legatore uiuente, quod non posset fieri nisi probaret conditionem fuisse tunc purificatam, ut l. cedere diem. & §. ex conditionali. ergo, &c.

¶ De testamentis. Rub. *Cõclusio* CCCCLXXXIIII.

CONCLVSIO quòd §. tractari. in l. hæredis institutio. ff. quando di. le. ce. non habet locum in casu, in quo substituto dato sub conditione legatum, sub eadẽ conditione relinquitur, sed non expresè à substituto. Ratio, quia §. ille loquitur, ubi expresè legatur à substituto sub conditione, à qua dependet substitutio. Et dicit, quòd pẽdente conditione moriens legatarius transfert pro eo, quòd conditio etiam non adiecta tacitè subintelligebatur. Ideo adiecta effectũ operari quo ad hoc non habebat. Modo ubi expresè à substituto nõ legatur, licet censeatur sub conditione legatum à substituto tacite repetitũ, tamẽ hoc est uerum casu quo substitutioni locus erit: ueruntamen quia casu, quo substitutioni locus non esset, de legato hæreditatis onerata foret, & deberet hæres ipsi instituto ab intestato succedens etiam absque aliqua conditione & pure: & ita patet quòd legato talis conditio inhærens substitutioni non esset tacita, ergo expressa, quæ omni casu suspenderet aliud genus conditionis induceret. & ita

cessaret ratio dicti §. tractari. Et hæc fuit ratio mea, quæ placuit dominis: & in hoc omnes concordarunt.

¶ De iudicijs. Rub.

Conclusio CCCCLXXXV.

PROCESSVS factus ui gore commissionis surreptitiæ, contra quam non fuit de surreptione exceptum, nisi longe post terminũ uidelicet nec remittere debet talis auditor, maxime si multũ processit alteri auditori habenti non surreptitiam commissionẽ qui modicum processit. per c. pastoralis. de exceptio. & quia non curamus quis procedat, cum tota iurisdictio sit papæ, nisi nostra interfit.

¶ De confessis. Rub.

Conclusio CCCCLXXXVI.

SI CVRSOR pro portatiõe remissionis à Io. petens salarium, non probat, nisi quia Io. fatetur quòd portauit communem remissionem inter ipsum, & Pet. tunc non debet Io. nisi in medio salarii condemnari: quia cum responsio facit unum structum in totum debet recipi &c. per nota. de confes. statuimus.

¶ De arbitris. Rub.

Conclusio CCCCLXXXVII.

PRO portãdo remission. ad Angliã tempore guerræ regum Brãciæ, & Angliæ, potest arbitrari salariũ pro labore & expens. ad xxxvj. flore. attento quòd per uias distortas propter guerram deambulare oportet.

¶ De præbendis. Rub.

Concl. CCCCLXXXVIII.

SI impetrans aliquod beneficium ecclesiasticum dicit in non obstantia sua, quòd habet in ecclesia Burgen. præbendam gratialẽ, licet post constet, quòd imò præbenda, quam tenet, est corporalis, nihilominus gratia propterea non est surreptitia, etiã posito, quòd gratialis differat à corporali, quia licet utraque sit præbenda data in titulum, & ad uitam, tamen gratialis moritur cũ defuncto, ut c. dilecto. & non corporalis. Et hoc maximè, si non constet ibi esse gratiales à corporalibus distinctas. Ratio, quia hic non disputatur, nisi de errore circa qualitatem beneficii, cuius expressio falsa non mouit papam ad denegandum, tamen respectu canonici uiuentis non differunt. Et quia papa hoc etiam ignorãter potuit credere, quòd omnis de iure dicitur gratialis, cum omnis præbenda de iure debeat gratis cõferri, ut eccles. benefi. c. ut nostrum. quòd sit uerisimile papam ignorasse, patet de constitu. c. j. libr. vj.

¶ De exceptionibus. Rub.

Conclusio CCCCLXXXIX.

SVPP

SVPPOSITO quòd capitulum ſancti Seuerini contra Rogerum canonicum præbendatum eiuſdem eccleſiæ, qui certum groſſum conſuetum antiquiori canonico aſsignari impetrauit à papa, tanquam generaliter reſeruatũ, & per dictum Roge. docentẽ de iure ſuo trahitur in cauſam, ad excluſionem Rogeri det articulos de iſta materia: uidelicet, quòd ultra groſſum terminum prębendarũ ſunt huiuſmodi groſsi, & quòd ſint res prophanę bonis capituli paciores, uel minores ſecundum quòd ſunt canonici, & quòd ceden. uel deceden. habente groſſ. redit ſine hominis miniſterio ad capitulum, & dantur per capitulum in remunerationem laboris, per hoc augetur cultus diuinus, & tamen alias diminueretur. Item ſuppoſito, quòd det de alia materia, uidelicet de iſta, a quòd de conſuetudine eccleſiæ morien. uel deceden. &c. optat antiquior canonicus, &c. groſſum, &c. & capitulum ſibi aſsignet, & tenet ad uitam, prima materia inficitur per ſecundam, iſtud non uidetur de iure procedere. Primò cum iſtæ materiæ nõ ſint contrariæ. Secundò quia etiam reus poteſt uti contrariis remediis, & totum pellitur.

¶De iudicijs. Rub.

Concluſio CCCCXC. a CONCLVSIO, quòd ubi quis poteſt defendi ex errore uel alio facto, [a]non ſuffi cit, quòd conſtet de errore in actis, niſi error allegaretur per illum, cuius intereſt allegare. probatur ff. ad leg. Iul. de adul. l. ſi adulterium. §. idem imperator. in fin. & ibi not. per Bart. ad fi. ſecundæ col. lecturæ ſuæ. circa illam. l. uerſi. ulterius ex hac l. quod eſt multum notabile, ut apparet, appellationem eſſe deſertam, & non allegetur, nihilominus poſsit ſententia confirmari &c. ibi enim loquitur, ubi erant probationes apparẽtes. Et iſtud eſt dictũ domini archiepi. Corſien. uiedlicet domini Ioan. de Amelia dudum palatii apoſtolici auditoris, tertius poſt me, licet ſecundus fuit dominus Petrus de Narbona epiſcopus Eſtulanus.

¶Ex errore, uel alio facto. *In facto proprio an, & quando ſit tollerabilis error, & poſsit reuocari, uide Bart. in l. primæ. C. de confeſſ uer. formo. Et quis ſit iuſtus, uel iniuſtus error. in l. Celſus. de uſucap.*

¶De exceptionibus. Rub.

Concluſio CCCCXCI.

CONCLVSIO, quòd contra commiſsionẽ, quæ habet quòd prouiſus de canonicatu, & prębenda Meten. compellator infra terminũ ſibi per auditorem prætigendum, docere ſe eſſe legitimum: [a]pro eo,

quòd de priuilegio dictę eccleſiæ Meteñ.eſt, quòd nullus illegitimus ibidem admittatur in canonicum. Opponitur quòd dicta eccleſia hoc priuilegium habet. exceptio tanquam dilatoria etiam præiudicialis eſt ante omnia diſcutienda, quia licet tangat petitorium, tangit etiam ſurreptionem. Simile eſt in cap. accepta. de reſtitu. ſpolia. Nec ob. de reſcrip. ſuper literis. quia iſta commiſsio non eſt de iuſtitia, ſed potius gratioſa. Nec obſt. Ia cob. de Are. & Cyn. C. de proba. l. actor. uer. no. q. negantē releuat præſumptio famæ, de qua ante omnia mandatur auditori inquiri, quia illud habet locum in cōmuni materia, non in obiectiua, ubi fama non habet uim unius teſtis. not. Specula. titu. de teſti. fa. tertia parte Specula. uer. ſed quid ſi agēti. fa. optime not. Innocen. de accu. ſuper his. ut ſi ageret eccleſia Meteñ. pro præmiſsis. multum bene fa. not. Inn. de for. compe. ex parte in gloſſ. quæ incipit. not. ar. q. ubi apparet de mente Innocen. quòd exceptiones peremptoriæ quæ nō obſtarent in petitorio contra commiſ. obſtarent in poſſeſſorio, pro eo, quòd ibidem maiorem gratiam obtinent.

a ¶Docere ſe eſſe legitimum. *Nota quòd perfectè probari, uel ſciri nō poteſt, quis ſit filius legitimus, ſed ex præſumptionibus, & coniecturis. In rebus enim præſumptione præſumitur legitimus, qui ex uiro, & uxore natus eſt in legitimo matrimonio, ut l. filium. ff. qui ſunt ſui, uel alieni. & hoc quando ambo in facie eccleſiæ coniuncti ſunt bona fide credentes ſe legitime copulatos, uel etiam, ſi alter tantum credebat.*

¶De dilationibus. Rub. *Concluſio* CCCCXCII.

ITEM quòd uigore dictæ cōmiſsionis proceſſus eſt ita fiendus, quia primò eſt tenor commiſsionis parti in curia per procuratorem litiganti in partibus intimandus: quia hoc potuit uerisimiliter ignorare, ſicut dicimus de morte procuratoris, & de probatione promotionis, quòd de ſtylo non obſeruatur inter eos auditores, & quòd ſa cta fide de intimatione aſsigne tur terminus procuratori, uel principali, ſi cōpareat ad ſatiſfaciendum, quantum in ſe eſt fidem de legitimitate prædicta &c.

¶De iudicijs. Rub. *Concluſio* CCCCXCIII.

CONCLVSIO, quòd ſi dantur articuli poſt concluſionem, & citatur pars ad dicendum contra, uidetur citari ad dicendū cauſam, quare non debeat propter huiuſmodi articulos concluſio reuocari, quia de hoc ſolo tunc diſcutiendum eſt, nō autem ad dicendum defectus tangentes materiam, uel formam,

formam, quia de his ante conclusionem discutiendum est, & non post, & per consequens, quòd si reuocetur cõclusio, non deberent admitti dicti articuli nisi pars primò citet ad dicendum contra, uel ad uidendum eos admitti, ut discutiantur dicti defectus, quia citatio, quo ad hoc, nõ uidetur fuisse facta post conclusionem, & si uideretur facta, non ualeret, & ita reiteranda foret. de testi. c. ij. super uerbo, rite. in cle. imò si noluisset. non esset admittenda citatio ad uidendũ articulos admitti: quia huiusmodi citatio in unoquoque medio fieri debet, & habet tacitam disiunctiuam, puta, uel, ad dicendum contra. l. de unoquoque. ff. de re iudi. Præterea, quia terminus ad dicendũ contra concernit defectus materiæ, uel formæ. Alter terminus concernit alios defectus, quia non habet potestatem dandi, uel renuntiauit, uel est excommunicatus, uel termini non seruati, & rationes alias iuris, uel facti infinitas, quæ mouere possunt. Nec obst. quòd exceptio est iudic. quia si hoc procederet ad nullam diffinitiuam, uel interlocutoriam pars uocanda foret, &c. Et si contra fiat grauata est, & potuit appellari secundum dominum Corsien. dominũ Fran. & me. & do. Nico. de Cremona: ut credo, alii contra.

¶ De resti. in integ. Rub.

Conclusio CCCCXCIIII.

CONCLVSIO quòd si petens se restitui aduersus cõtractum, ex quo possessionem rei alteri dedit, ex eadem causa intẽdit interdictum unde ui, uel redintegrãdæ, uel quo ad rei, uel quo ad fructus spoliũ repellendus est, tanquam sibi contrarius, quia ordinaria, & extraordinaria remedia pure & sine conditione simul nõ intentantur. l. in causæ. ff. de mino. & quia se spoliauit, & ita non potuit dicere se ab alio spoliatum, & habet locum in prælato ecclesiæ se modo prædicto spoliante, quia cessantibus dolo, & negligentia cessat. l. fi. C. de acquirend. possess. quæ hic cessãt, dummodo ponamus, quòd prælatus contrahens credidit bene facere, nec fuit deceptus dolo aduersarii. negligentia enim notarii non potest. per not. Inno. de concess. præben. cum nostris.

¶ De iudicijs. Rub.

Conclusio CCCCXCV.

LICET MORS procuratoris sit domino intimanda, secus tamen de absentia, quia sine intimatione tũc proceditur per audientiam.

¶ De exceptionibus. Rub.

Conclusio CCCCXCVI.

CONCLVSIO, quòd si monachus contra unũ prælatũ suum, uel alium

ab abbate intentat iudicium restitutorium super beneficio, & agit de iniuria propter ablationem bonorum, & personæ suæ incarcerationem, & prælatus huiusmodi dicit, quòd fecit ut iudex, & describit maleficia monachi propter quæ processit materia huiusmodi, quia tendit ad crimen, & depositionem, inquirit specificationem, & danda est in termino, aliter non ualet. per l. libellorum. Nec propter processum danda est remissio, quia scribi debet. de probatio. quoniam contra. & propter scripturas non datur remissio.

¶De confessis. Rub.

Conclusio CCCCXCVII.

CONCLVSIO, quòd sufficit in articulis datis, qui petuntur ad probandũ admitti, ante conclusionem uerbo reuocare errorem: quia probatur error, dum correcti articuli cum suis correctionibus probabuntur: nec ante uidetur admitti, nisi correct. probatio. Et ita solebat tenere dominus Viarien. Et ita satisfactum est c. de confes.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio CCCCXCVIII.

SI obtinens parrochialẽ eccle siam reseruatam ex collatione ordinarii, sciens reseruationem eam, à papa impetrat facta mentione de reseruatione, sed nõ facta mentione de eius possessione uitiosa, nõ ualet impetratio. per not. de electione cõmissa. libr. vj. & de elect. dudum Rotho. post medium.

¶De testibus. Rub.

Conclusio CCCCXCIX.

CONCLVSIO, quòd licet in cõclusiõe suprà proxima probẽtur collatio ordinaria, & possessio inde secuta per testes, non sufficit, nisi testes percutiant ad tempus ipsius collationis, & possessionis inde secutæ. Nec obst. de re iudi. cum olim. prouisus à papa recipiens ab ordinario facit in elusionem apostolicæ sedis: quia exceptio de surreptione gratiæ apostolicæ nõ concernit exceptionem de tacita renuntiatione, uel priuatione, aut alias ipsius gratiæ infectione.

¶De rerum permuta. Rub.

Conclusio CCCCC.

CONCLVSIO, quòd articulus infirmitatis, & articulus furoris contra permutationem per apostolicum impetrantem sunt boni. c. ij. de re. libr. vj.

¶De exceptionibus. Rub.

Conclusio CCCCCI.

CONCLVSIO, quòd si plures materiæ obiectiuæ dantur ab eadẽ parte, quarũ una bene specificata, aliæ licet nõ ita bene

bene ſpecificatę tanquàm coadiuuantes admittuntur.

¶De reſti.in integ. Rub.

Concluſio CCCCCII.

ONCLVSIO, quòd reſtitutio in modum replicationis cõtra contractũ implorata cenſetur implorari inciderter.ut ff.de iureiuran.l.nam poſt. §.ſi minor.& ita non haberet locum.c.ij.de offic.iudi.nec requiritur obſeruatio terminorum.

¶De reſti.in integ. Rub.

Concluſio CCCCCIII.

ONCLVSIO, quòd cõfirmatio[a] contractus facta per principem, etiã ex ſcientia certa, non tollit beneficium reſtitutionis propter enormen læſionem eccleſiæ in contractu. ratio, quia talis cõfirmatio licet tendit ad ualiditatẽ inualidi.c.j. de tranſact.cum ibi no.nõ tamẽ tendit ad dictũ beneficiũ, quod tendit ad inualidandũ id, quod ualidum eſt, quia ad hoc nõ tendit.actiones etiam diſponuntur ſecundũ intentiones agentiũ.c. cum dilectus.de or.cogni.Nec ad alium effectum debẽt trahi.l. qui hominẽ.in fi.& cle.ſi dignitatem.in fin.imò eſſet ſurreptitia, quia gratioſa, & nulla aliter: quia ſi papa ſciret læſionẽ, taliter non cõcederet, argu.c.dudũ. de in integ.reſtitu.in fi.& fortè daretur reſtitutio aliàs per confirmationem.per.c.cũ ex literis. de reſtit.in integ.ſi commiſſum eſt hoc auditori, ſi & prout de iure. Nec obſt. quòd gratioſa eſt, & c.cũ ex literis. loquitur in his, quæ ſunt de iuſtitia. quia poſtquàm papa cõceſsit reſtitutionẽ cõtra gratiam fieri poſſe, intelligitur, ſi reperiatur læſio, etiam non obſtãte, quòd gratia ſit, uel cõmiſsio effectum totaliter fruſtraretur.

¶Confirmatio. *Nota quòd confirmatio quælibet etiam principis intelligitur ſine præiudicio iuris tertij. ut in c.quamuis.de reſcrip.lib.vj.*

¶De re iudicata. Rub.

Concluſio CCCCCIIII.

ONCLVSIO, quòd ſi auditor admittit duas materias cõtrarias, licet de iuris rigore poſſet in totum pronuntiare, male proceſſum, quo ad materiam repellendã, & quo ad materiã admittendã, de æquitate eius admiſsio cõfirmari, ut fiat obreptio litis. Aegi.

¶De re iudicata. Rub.

Concluſio CCCCCV.

ONCLVSIO, quòd ſi cambæ partes fateãtur ſentẽtiam latã, & appellatũ eſſe, nec contra dicat pars appellata, non eſſe infra decem dies appellatũ, iudex non debet de hoc diſcutere, maxime ſi debet ſententia cõfirmari, ſecus ſi appellatus

latus non fatetur appellatũ,per cle.si appellationem.

¶De ordi.cogni. Rub.

Conclusio CCCCCVI.

CONCLVSIO, ꝙ quæstione spoliationis beneficii[a] mota,incidẽter per modum attentati,& lata una sentẽtia super attentatis scilicet pro suspensione petitorii reus spoliator prope secundã confirmationem impetret, ut præmissis non obstantibus procedendum foret super petitorio in possessorio simul potest prius nihilominus possessorium expediri,si de eo prius constet,quia hoc nõ tollit commissio,sed solũ tollit priuilegiũ possessorii,quod habet,quòd in petitorio procedi non posset.

a ¶ Spoliationis beneficii. *Nota quòd cũ quis spoliatur ab aduersario rebus,uel beneficio,ante litis ingressum restituitur.ij.q.ij. per totũ. Adde quòd spoliatio sonat in factũ non in exceptionẽ. Panor.iij.c.ex parte.de cle.non resi.*

¶De re iudicata. Rub.

Conclusio CCCCCVII.

CONCLVSIO, ꝙ in casu proximè dicto fuerunt latæ tres interlocutoriæ conformes super huiusmodi attentatis, pro spoliato non debet post illas tres sententias sic latas amplius procedi super petitorio,[a] quousq; illæ sentẽtiæ quo ad restitutionem possessionis,ac fructuum,& expensarum fuerunt executioni mãdatę.Ratio est,tum primò,quia uenit ad eum casum,à quo nõ incepisset ante suum cõpletum esse dicta commissio,nam completũ esse, nõ est quousq; duret ꝓcessus in petitorio.ergo uitiatur.patet antecedẽs,quia papa modo nõ cõcederet talem commissionẽ, si sciret tales tres interlocutorias fuisse cõcorditer latas.patet cõsequentia.ff.de serui.l.generali. §.pro parte.& ff.de uerbo.obli. l.possunt.§.fi.in princi.Secundò quia aliàs tribus sententiis,concordibus fieret præiudiciũ contra clemen.j.de re iudica.Tertiò quia hæc commissio est contra ius odiosa,& ideo strictè interpretanda,& tamẽ non dicit, quòd fiet executio ante oĩa,sed loquitur solum de processu, qui tamẽ fertur per sentẽtiã.ff.de re iudicata.l.j.Confirmat dominus Franciſ.quia uidentur hic esse duo priuilegia huiusmodi possessorii:unum, quo ad processum,qui fit ante sententiã,& illud propter dictam commissionem est bene sublatũ:aliud,quo ad ꝓcessum executoris,& post sententiam,& illud nõ est sublatum,sed hoc facit magis contrà, quàm pro:quia reuera non est, nisi unicum indiuiduum priuilegium unico, & indiuiduo iure concessum.Ideo in totum uidetur esse sublatum. Item confirmat

mat dominus Nico. quia in materia attentatorum non dicitur, quòd non procedatur, &c. sed ꝙ ante omnia reuocentur. Hoc uerò cõcernit magis principaliter executionem, quàm processum. Commissio uerò principaliter cõcernit processum. Sed hoc facit contrà, quia bene uidet, & cõmissio de hoc priuilegio attentatorum mentionem facit, & uult, quòd non obstet processui ipsius petitorii, & tamẽ alias non ceret. Quarto, quia nõ dicit, nisi quòd procedat in utroq; quòd esse non potest, nisi utroq; processu durante, ergo usq; ad sententiã ulti. super possessorio latam solum, & duntaxat. Quinto, quia nõ refertur hæc commissio, nisi ad dandum, non refertur ad executionẽ, ergo, &c. Sed ego fui, & sum cõtrà. Primò, per contrariam rationem primę rationi, quia tunc nõ uitiatur, &c. quando post suum completum esse, &c. ut ff. de serui. l. ut possessorium. §. fi. & dicta. l. penult. §. j. ij. responso. ff. de uer. obliga. Modo hic habebat suum cõpletum esse gratia in dicta cõmissione facta, etiã statim antequàm ad alia procederetur, licet huiusmodi completum esse, haberet causam continuam, & durabilem producentem effectum: ut pote, ꝙ processui petitorii priuilegium possessorii etiam per modum attẽtati intentati in aliquo non obstaret. Secundò per contrariã rationem secundæ rationi, quia mens cõmis. non fuit derogare quo ad hoc iudicio possessorio, quãdo iudex in eo continuo, & ante, & usq; ad sententiam, & etiam post sententiã usq; ad completam eius executionẽ continuo procedere posset. & infra no. fa. in aliquo commissio contra cle. ut calumniis. de iureiur. sed fuit intentio eius fauere petitorio quo ad hoc, ut priuilegium attentatorum, de quo, ut li. pen. c. ij. in clem. cũ ibi nota. processui in petitorio in nullo obstet. modo cle. ut calumniis, loquitur solum de tollendo impedimento, quòd tribus sententiis concordibus obstare haberet. Tertiò, per contrariam rationem tertiæ rationis cõtrariæ, quia licet hoc sit regulare, quòd ea, quæ sunt cõtra ius commune, sunt strictè interpretãda. ff. de actio. & obliga. l. in honorariis. §. sed cum resciſſa. nihilominus, ubi sunt talia, ius aliquod contra quod ueniũt in ius commune, reducunt ad ius commune magis commune, sunt fauorabiliter interpretanda, & nõ restringenda: pro eo, quòd cũ naturale est illud ius speciale ad cõe redire. ff. de pac. l. si unus. §. pactus. uersicu. ꝙ in specie. licet enim commissio sit contra ius speciale materiæ attentatorum, tamen est secundũ ius commune,

ne,quod habet,quòd duæ quæstiones simul motæ simul tractentur.quod patet,quia ius speciale attentatorum priuilegium ab omnibus appellatur.Quarto circa idem, quia si contrariorũ eadẽ est disciplina.instit.de his, qui sunt sui,uel alie.iur.& in priuilegio possessorii dicunt iura non procedi debere in petitorio,quousq; processus possessorii fuerit expeditus.c.pastoralis. de can.pos.& tamen intelligitur in possessorio etiam usque ad executionem.ergo idem in cõmissione prædicta,ut ibi uerbũ processus ad processum executionis extendatur,ut de restitu. spol.pisanis.facit, quia licet in executione non sit necessarius talis processus,sicut ante sententiam,tamẽ aliqualis necessarius est.ff.de re iudica.l.à diuo.Pio.§. super hæc.Quinto per contrariam rationem quartæ rationis contrariæ. Nam unaquæq; dispositio debet habere & recipere suam interpretationem secũdum finem,ad quem tẽdit.probant iura supra allega.fa.de testib.ueniens.Modo cõstat,quòd gratia facta per dictam cõmissionem non tendit,ut dicta materia attẽtatorum in aliquo priuilegietur,& maximè non tendit ad hoc,quòd illi materiæ cõpetit de iure communi, uidelicet, quòd in ea cum petitorio procedi possit.ff.ad municipa.l. j.in fin.sed potius tendit,ut dictæ materiæ attentatorum priuilegium cõferatur,& quòd petitorio beneficium afferat,ut uidelicet in eo procedi continuo, & statim possit, illius materiæ attentatorũ priuilegio non obstante.Modo processus petitorii nõ finitur,nisi quousq; in eo remanet aliquid ad agendũ.C. ad Sylla.l.j.in fine.ergo,&c.Ergo propter nullã materiam , de qua loquimur uerbũ simul debet interpretari ciuiliter,ut durante, uel nõ durante processu attentatorum procedatur in petitorio. Vel debet intelligi, & melius,quòd durante processu possessorii,seu attẽtatorum etiã coram quocunq; procedi posset in petitorio,modo durat processus,quo ad executionem coram executore, ergo,&c. Sexto per rationẽ contrariam quintæ rationi cõtrariæ,& etiam rationi quartæ,quia dum priuilegiũ cõceditur causæ nõ debet considerari persona iudicis,sed materia causæ : quia persona iudicis non priuilegiatur, sed causa,ut mandatur auditori causæ in prima instantia,quòd procedat summariè &c. Auditor secundæ instantiæ hoc facere poterit:quia nõ fit præiudiciũ personę sed causę.Ita tenemus.Modo hic non sit præiudicium auditori,sed potius parti petitorium intẽtanti,& causæ suæ,ergo,

go,&c.Et ita uerbum simul debet bene recipere suam ciuilem interpretationem,ut dixi.Septimò,quòd causa,quare fuit concessa commissio,fuit ut uitiosius non daretur ingressus spoliato ad beneficiũ,& ut lites abbreuiẽtur.sed ista durat etiam pẽdente executione.Aegidius bellemere.

2 ¶Super petitorio. *Petitorium iudicium quod sit, uide C.qui legiti. perso.l.fi.& plenè Specu.*

¶De iudiciis. Rub.

Conclusio CCCCCVIII.

CONCLVSIO,quòd auditor cameræ apostolicæ nullo modo potest citare extra curiã,nisi habeat hoc à papa speciale mandatum, uel nisi super hoc in aliquo casu speciali habeat consuetudinem specialem, & hoc est contra ius,not. Ioan.mon.in regula, generali. contra quod nõ potest auditor camerę imò nec camerarius,uel alius præter papam. Item quia cur. est sibi pro territorio, ergo & præsertim non potest citare personaliter.Et in hoc arguitur eius temeritas, quia prætendit se esse executorẽ processuum, qui fiunt in die cœnæ, imo omnium cõstitutionum papalium, tanquàm ordinarius,& per hoc omnem iurisdictionem ordinariorum,imò potius apostolicã nititur occupare.Aegidius.

¶De probationibus. Rub.

Conclusio CCCCCIX.

CONCLVSIO, quòd in causa beneficiali non debent admitti articuli fundati super gratia,cuius sumptum de registro literarum statim haberi potest,nisi sumptum huiusmodi habeatur,& producatur,quia æquitas dicti modo positi in capi.j.de probatio.plus urget in hoc casu de productione.Intelligunt domini cum timeatur de fraude per aduersarium cõmittenda,& tunc si producam,& detur copia,detur sine die,& consule.

¶De resti.spo. Rub.

Conclusio CCCCCX.

CONCLVSIO, quòd si inferior commẽdator deducit contra superiorẽ cõmendatorem, spoliationem factam per P.& Mar.familiarẽ dicti superioris commendatoris, & de mandato ipsius, & dictus superior commendator excusando se,ne de iniuria teneatur,dixit hoc factum fuisse per Ioan.eius uicarium eo inuito,& eo ignorante,non bene excusat ideo tunc,quòd illud,quod deducit spoliatus, & possibile est hæc facta multiplicia fuisse plura.

De

¶De resti.spo. Rub.

Conclusio CCCCCXI.

CONCLVSIO, quòd nō ualet, quo ad excludendū restitutionē, quia dicat superior commendator, quòd eo ignorante facta est spoliatio, postquàm adhuc eum de facto detinet spoliatum.

¶De resti.spo. Rubri.

Conclusio CCCCCXII.

CONCLVSIO, quòd si dicat superior commendator se nō spoliasse, sed dedisse custodem beneficio uacanti, non bene se defendit in iudicio restitutorio, quia eoipso, quòd illum uenientem non admittit spoliat, & quia calumniose loquitur, quia isto modo datur ordinariis occasio omnes spoliandi.

¶De offic.legati. Rub.

Conclusio CCCCCXIII.

CONCLVSIO, quòd legatus de latere[a] potest episcopali dignitati unire quā parochialem ecclesiam illius diœcesi. Hanc conclusionem tenet Ioan. And. in addi. Specu. titu. de lega. §. nunc ostendendum. uer. uno. super uersicu. forte. Ratio Ioan. Andr. quia hoc potest episcopus. in ca. sicut unire. ergo & legatus. per not. Specu. eo. §. ad fin. colum. penulti. uer. si. legatus. Caue tamen, quòd Fed. de Se. in quodam consilio suo, quod incipit: Reuerendus in Christo pater. in plebe collegiata contrarium tenet. mouetur per c. fi. de confir. uti. Et bene facit pro hoc no. per Innocen. Hostien. & Ioā. And. qui tenent, quòd collationes ibi factæ de monachis quibusdam ecclesiis, ibi non ualuerūt, pro eo, quòd legatus ad hoc non habebat potestatem. Itē mouetur per c. penulti. de offic. leg. lib. vj. in prin. ubi dicit tex. quòd nedum inhibetur legatus de latere conferre ecclesias collegiatas, imò etiam inhibetur de ipsis ordinare, uel disponere quoquo modo quòd hęc sunt à collatione diuersa, quia patet, alias frustra ad uer. collationis adderetur. fa. de præben. cum in illis. §. j. & ij. de codi. l. si idem. & fa. no. Ioan. And. de præben. si tibi absenti. in glos. sed nunquid poterit. Accipitur enim uerbum ordinare pro omni actu circa rem exercendo, ut colligitur in q. ij. c. iij. de offic. ordi. c. j. de priuile. si papa. uer. & idē. lib. vj. De hoc uidetur casus de excess. prælato. in ca. sicut unire. ubi papa se referens ad canones antiquos dat intelligere, quòd uerbum ordinis ibi positum trahi debet ad unionem. Dicit prætèrea ipse Federi. q̄ Ioan. And. hoc idem sentire uidetur in dicto ca. fi. in reportationibus suis, Nec obstat secundū eum, q̄ in casu c. fi. aliàs

non

non consentiebat episcopus, de cuius priuilegio ibi tractatur, hic bene: quia talis consensus non ponderatur, ut cle. si una. de re. eccle. non alien. Nec obst. quòd episcopus cum suo capitulo hoc posset. ut c. sicut unire. & cle. si una. ergo. ut cap. si abbatem. de elect. lib. vj. quia Fede. negat huiusmodi alienationē. Nam episcopus potest alienare cum consensu capituli, ut in canone sine exceptione, & tamen sine consensu huiusmodi cum authoritate legati non posset alleg. de his, quæ fi. à ma. par. capi. c. j. & sufficit dare instantiam. j. q. j. sicut urgenti. & fauorabilior est iurisdictio episcopi in sua diœcesi quàm legati, licet legatus sit ordinarius. de offi. ordin. c. ij. in clemen. alle. §. nunc tractemus. uersi. penult. licet Specu. de hoc dubitet. eo. ti. §. nunc ostendendum. uer. uno. plus tenet Feder. ubi suprà. quòd legatus nō posset alterare collegium, nec de loco religioso facere collegiatum, & dicit, quòd colligitur de eccle. ædific. c. pe. Nec posset inuitis canonicis dare licentiam plebanis permutandi inuicē suas plebes collegiatas, quia qui nō potest conferre, nec habet potestatem dare, ut colligitur ex not. Io. Andr. de rerum permu. c. uno. in glos. per constitu. cle. Ratio omnium præmissorum secūdum eum est ista, quia solius principis est alicui quem priuare iure suo, uel alteri præiudicare. ut dicunt iura, quæ alleg. de religio. domi. cap. constitutus. in prin. imò plus dicit, quòd legatus nō posset simplices capellas aliis beneficiis unire, si per huiusmodi unionē auferretur ius conferendi ordinario loci, quia non conceditur legato iura aliena in perpetuū præiudicium turbare, licet ista beneficia nō collegiata uacātia posset cōferre, & in hoc ad tempus præiudicare. de offic. leg. di lectus. eod. tit. cap. ij. & iij. lib. vj. imò nec papa uniēdo uult alteri præiudicare, uel ius alicui auferre. de reli. domi. c. ij. & ibi glos. quod cap. bene facit ad prox. di cta. fa. iura, quæ no. in simili conclusione de iure patro. nobis. in gl. magna. in addi. Dicit etenim, quòd qui cōtrarium dicit, uidelicet, ecclesiam collegiatam per legatum posse reduci ad capellam, ut desinat esse collegiū, & dignitas, & diminuatur cultus diuinus. det tex. de hoc. Reperio etiam, quòd Ioan. And. per episcopū, cui uniuit legatus dictam plebem, consultus respondit, q̄ expediebat sibi habere confirmationem papæ, ex certa scientia, dicens hoc esse dubium, remittēs ad Spec. in dicto §. nunc ostēdendum. uer. uno. & ad no. in c. fi. de cōfir. uti. nec aliud ibi ponit in effectu, quid dicēdum uidetur. sic distinguo, quia aut

loquimur de dignitate tali, cuius ordinatio legato admittitur. per decr. de liberatione. in prin. de offi. leg. lib. vj. aut de alio beneficio inferiori. Primo casu stat rem cum Fede, quòd non ualeret unio, de illo facta per legatum, per superius allega. quia ademptio minori, uidelicet collationi, fortiori ratione id quod maius est, uidetur ademptũ, uidelicet unio. quia perpetua dispositio fortior, & maior est, quàm temporalis. Et ita procedunt prox. per Fed. alleg. Aut loquimur de aliis beneficiis, quorum collatio, & dispositio potest pertinere ad legatũ. Et tunc subdistinguo, quia aut per huiusmodi unionẽ non fieret præiudicium, nisi beneficio, de cuius unione tractatur, & tũc procedat conclusio palatii, & dicta opinio Ioan. And. no. in Specu. tit. de lega. §. nunc ostendendũ. a super uer. uno. puta quòd potest legatus tale beneficium unire. Nec obst. quòd istud non est iurisdictiõis, quia nec est ita propriæ administrationis, quin sit authorizabilis potestatis, sicut sunt dispensationes, quæ sunt in potestate talis legati, seu beneficiorum collationes. c j. de offic. leg. lib. vj. Aut fieret præiudiciũ alteri ecclesiæ, uel dignitati, quã beneficio uniẽdo per huiusmodi unionem, &c. & tunc dico, q̃ in præiudicium huiusmodi talis unio non ualeret. Et est casus in c. fi. de cõfir. uti. uel inut. utpote, si per unionẽ perderet episcopus suam iurisdictionem, & alia sua iura, ut d. c. finali. Vel si ordinarius collector, uel patronus perderent iura conferendi, aut præsentandi. Ratio est, quia nec episcopus hoc posset facere. ut de offic. ordi. ad hæc. & de loca. ca. uestra. Hoc enim speciale est in principe, quòd tale præiudicium afferat, ut supradictum est. dictã subdistinctionẽ probat in ratione dictæ cle. si una. coniuncto c. sine exceptione. & c. dudũ. infrà proximè alleg. quod prox. intelligo, nisi in auferendo iure alterius ecclesiæ seruaretur forma canonis sine exceptione. & cap. dudũ. de re. eccles. non alie. libro vj. Et per ista ego, qui fui ualde dubius, sum modo Dei gratia clarissimus.

¶ Legatus de latere. *Panor. in c. j. de offic. leg. tenet, & bene, quòd solum cardinales dicuntur legati de latere, maxime hodie. Adde, quòd legatus de latere ex generali potestate recipit potestatem dispensandi in omnibus casibus, in quibus dispensant episcopi, archiepiscopi, primates, & patriarchæ, & in omnibus alijs præter reseruatos papæ. ut c. ij. de offic. leg. lib. vj. Et de his intelligitur, quòd sunt honorandi, sicut papa. Et quãplura ad hanc materiam. & de eorum potestate magna. uide Spec. tit. de offi. deleg. §. iij. & per totũ Abb.*

in

in rub.de confir.ulti. uel inutili. & Bart.in l.perhibere. uersicu.pone.ff. quod ui aut clam.

¶De offic.legati. De re.ec. non alie. Rub.

Conclusio CCCCCXIIII.

CONCLVSIO, quod in unione fienda per legatū non requiritur consensus capituli, etiā si fiat unio episcopali dignitati, quia licet episcopi potestas propter coniunctionem, quæ est inter ipsum, & capitulum suæ ecclesiæ sit arctata ad consensum, uel consilium huiusmodi requirēdum, ut de his, quæ fi.à prçla.cap.nouit.& cle.si una. tamen in legato, qui cum capitulo non habet huiusmodi unionē. hoc non reperitur expressum. Aegidius.

¶Ad idem.

Conclusio CCCCCXV.

CONCLVSIO, quòd in unione fienda per legatū nō requiritur tractatus. Ratio est, quia si cōsensus, uel consilium capituli hoc casu non requiritur, ut suprà prox. ergo nec tractatus cum capitulo. quia de alio intelligi nō posset hoc casu.

¶De officio leg. Rub.

Conclusio CCCCCXVI.

CONCLVSIO, quòd legatus actum huiusmodi unionis committere potest, quia iure ordinario hoc sibi cōpetit. ar. ff. de iurisd. om. iud. l. more maiorum. cum l. sequen.

¶De offic. lega. Rub.

Conclusio CCCCCXVII.

CONCLVSIO, ꝙ gradis attenuatio redd. dignitatis episcopalis propter guerras, est sufficiens causa dictæ unionis. per lecta, & not. de rebus eccl. non alie. dudū. lib. vj.

¶De iudicijs. Rub.

Conclusio CCCCCXVIII.

CONCLVSIO, quòd si prælatus uniùs ecclesiæ rei ad eandem ecclesiam pertinen. prælato alterius ecclesiæ per suum prædecessorem locatæ, petit fructus pro tribus annis primò præcedentibus, tanquam de eis spoliatus, & nihilominus ratione pēsionis de quinque annis non solutæ petit declarari illum conductorem cecidisse in commissum, & cecidisse à iure suo, tanquam contrarius repellendus est in totū, quia in hoc, quod petit dictos fructus, cōtractū inhcit. Et in hoc, quod dicit illum cecidisse, cōtractum supponit. l. Titio. usufructus. ff. de condi. & demonst.

¶De probationibus. Rub.

Conclusio CCCCCXIX.

QVOD duo diuersa probationū genera nō possunt cōiungi, ut minus plene plenariam probationem inducāt. ar. ff. de excusa. tu. l. spadonem. §. qui unam. & maximè, si ad diuersos fines tēdūt,

puta unũ ad probandum unum obiectũ:aliud uero ad probandum aliud obiectum, quia separatorum separata est ratio,ff. de calum. multo melius probatur. ff.de rei uen. in uẽditionibus.§. itẽ quæcunque.uer.non idem.

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio CCCCCXX.

CONCLVSIO, quòd si appellatio beneficialis legitimè deuoluta causam semel deuoluat ad apostolicã sedem,[a] desertio superueniens non potest tollere deuolutionem antedictam. Primo, quia appellatio in causa beneficiali non interponitur solum,ut reparetur gravamen,imo etiam principaliter ut causa ad curiam deuoluatur, secundũ dominum Francis.Item quia intimatio hanc deuolutionem principaliter inducit,secundum dominũ Nico.Addo,quia, licet quòd effectus requirẽs continuam assistentiam causæ cessẽt causa cessante, de epis co, & cle.l.generaliter,de in integ.resti.mili.l.fi,secus tamen de effectu,cuius perfecta productio est momentanea,& qui non requirit causæ continuã assistentiam. Ideo mortuo legato non moritur eius cõstitutio, de offi.leg.c. fi.sicut moriente patre,non igitur moritur filius. Exemplum in casu nostræ materiæ:deserta appellatione deseruntur effectus ipsius appellationis requirẽ.continuam assistentiam ipsius appellationis,tanquam causę,sicut est suspensio effectus ipsius sententiæ,ut l.furti.in prin.ff.de his qui no.infa.Et idem tenet palatium de attentatorũ reuocatione ex priuilegio ipsius appellationis.quia huiusmodi priuilegium requirit continuam assistentiam appellationis eiusdem tanquam causæ,Secus uerò, ubi effectus in totali suo esse statim & momẽtaneè, ac perfecte producerentur, ita quòd per eius perfistentiã non requiret continuam assistentiã appellationis, tanquam causæ, ut est in facto actus requirens liberã iurisdictionem, sicut in facto excommunicationis. Casus est de senten.excommu.licet.in vj.Modo ad propositũ, deuolutio est effectus momentaneę & perfectæ productionis.igitur sortitur. Secundò cõfirmatur,quia ius quęsitum appellato secundũ huiusmodi quo ad huiusmodi deuolutionem, per negligentiam appellantis auelli non debet,ut de elect.ab eo.& de elect.ab eo.lib. vj.& cle. cõstitutionem.regula. non debet. C. de inoffi. testa. si quis in suo.Et not,per docto.& Cy.C.de appella.per hanc.in vj. quæstione. Et tamen per appellatio. & intimationem hoc ius deuolutũ,est quæsitum appellato,ergo &c.Non obst.cle.si appellat

pellationem. ubi patet etiam, quòd etiã appellato prosequen. non ideo minus sententia transiit in rem iudicatam. quia hoc non uidetur tangere præiudicium appellantis, sed potius fauorem. Tamen quia aliqui dicere uolunt, quòd etiam confirmari potest. per no. ff. de appel. l. si expressum. Tertiò confirmatur hoc, quia licet hæc deuolutio concernat articulum grauaminis, quo ad eius deuolutionẽ, a per modum appellationis, tamen concernit etiam principaliter negotium principale, quod non deseritur ita faciliter. operetur ergo desertio circa id, ꝙ respicit. Quartò confirmatur, quia res, quæ iam peruenit ad suum completum esse, ex causa superueniente non retractatur. regula. factum legitimè. cũ concor. & ff. de serui. urb. præ. §. fin. modò effectus deuolutionis iam peruenit ad suum perfectum esse ante desertionẽ. Quintò confirmatur, quia non appellatio, non intimatio, sed l. scripta, puta c. statuimus. licet appellatione & intimatione præcedentibus tanquam profanis secundum omnes hoc inducunt. ar. dictæ l. nunquam moritur.

a ¶Ad apostolicam sedem. *Adde, quòd appellationi ad apostolicam sedem est ab omnibus deferendum, & non deferens punitur. ij. quæst. vij. decreto. & cap. quoties episcopi. & processus post appellationem factum enervatur. eo. c. quoties.*

¶De iudiciis. Rub.

Conclusio CCCCCXXI.

CONCLVSIO, quòd etiam post annum cum dimidio à tempore dictę deuolutionis computandum, potest in curia in dicta causa procedi per audiẽtiam absque hoc, quòd fuit citatio alia, uel intimatio[a] ad partes. Ratio est, quia in causa deuoluta ad curiã modus citandi est per audientiam, & hoc scit totus uniuersus orbis. Igitur cũ hoc potuerit præuidere pars, sibi imputatur, quia nõ fecit alterum de duobus, uel quia statim nõ fuit suam appellationẽ prosecuta, uel quòd nõ misit ad custodiendam audientiam contradictarum cum sufficienti mãdato. Imputatur enim ei, qui præuidere potuit, ut l. si domum. ff. mandati. c. concertationi. de appellat. lib. vj. Primò, quia non loquitur de desertione appellationis extra iud. sed de tempore appellandi. Secundò esto, quòd fateor huiusmodi ibi desertioni locum fore, tamẽ hoc est, quo ad partis præiudiciũ concernens grauaminis reuocationem, non quo ad effectum deuolutionis, quam dicta desertio non concernit, ut proximè dictum est. Nec ob. quod notat Comp. de elect. statuimus.

lib.vj. tẽpora, de quibus loquitur c.ſtatuimus.ita currere appellato, ſicut appellanti,& ſeruanda fore per utrunque, quia illa tempora non concernunt tempus,quo procedi debet,ſed concernunt tempus,in quo procedi non debet,&c.Nec obſtat,quòd potuit appellans ignorare proceſſum fieri poſſe poſt deſertionem, tamen quia ſi errauit in facto,ſibi imputatur,& præuidere potuit,ut dixi,ſi in iure ignorantia non eſt probabilis. igitur, &c.Aegidius.

a ¶Intimatio. *Quomodo debet intimari appellatio aduerſario, nota.in cle. de elect.c.cauſam. Et ſi quis intimat appellationem alieno nomine, tenetur facere fidem de mandato, aliàs non ualet.not.per Archi.in diſtinct.ſi quis.*

¶De teſtibus. Rub.

Concluſio CCCCCXXII.

CONCLVSIO, quòd ſi pars, cui fuit ſemel decreta, uel expedita remiſsio, producit teſtes in partibus, ſed propter factũ partis fuit impedita citationem exequi contra partem,& teſt.contra producentem depoſuerunt, non eſt danda alia remiſsio pro eiſdem teſtibus,quia præſumeretur,quod idem deponerent ſicut ante.

¶De officio iudi. Rub.

Concluſio CCCCCXXIII.

CONCLVSIO, quòd ſi auditor primæ inſtãtiæ nõ pronuntiauit ſecũdum petitionem rei, ſed ſecundum petitionem actoris, & male,& ſecũdus auditor ſecundę inſtantiæ repetiit pronuntiandũ eſſe pro reo, & contra actorem,hoc debet facere,licet reus petitionẽ primæ inſtantiæ non repetierit, quia duo facere debet. Primũ corrigere maleficiũ per primũ.Secundò facere, quod primus facere debuit,quia nõ ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat, quod bonũ eſt. de no.fo.fi.in fi.in feu.coll.iiij.

¶De re iudicata. Rub.

Concluſio CCCCCXXIIII.

CONCLVSIO, ꝙ in omni prima inſtãtia, in qua procurator omnes terminos ſeruauit, taxandum eſt pro procuratore pretiũ xv.flor. quia ita habet l.ff.ex quibus.l.proſpexit.licet quãdoq; cauſa ſit leuis, quia ſi grauiſsima eſſet,nõ plus haberet.ff.de iure.l.eũ qui.Aeg.

¶De reſcriptis. Rub.

Concluſio CCCCCXXV.

CONCLVSIO,ꝙ commiſsio procedendi ſola facti ueritate inſpecta,&c.in omni cauſa impetrata parte abſente ualet,etiã non facta mentione de partis abſentia, quia hoc præuideri potuerat,cum ſit de pertinẽtiis cauſæ,& quia faciliter, & ſæpe obtinetur. Item, quia citatus eſt abſensad omnes actus,& per audiẽtiam ad iſtum ad dicendum contra.Et Nic.dicit,

cit,quòd negari nō poteſt, quin commiſsio ualeat ipſo iure.

¶De iudicijs. Rub.

Concluſio CCCCCXXVI.

CONCLVSIO,quòd uigore huiuſmodi commiſſionis primo auditori in prima inſtantia directe ſecūdus auditor in ſecūda inſtantia procedere pōt. Primò,quia fit cauſæ iſta commiſsio, quæ durat in ſecunda inſtātia procedere poteſt primo:ſecūdo quia non debet eſſe arctior ꝓceſſus ſecūdæ inſtantiæ,quàm primę,ſeu cauſæ appellationis, q̄ principalis.

¶De reſcriptis. Rub.

Cōcluſio CCCCCXXVII.

CONCLVSIO,quòd habens gratiam ab Vrbano, ante mortē eius conſtituit procuratores ad proſequēdam gratiam,& acceptandum prouiſionem,& poſſeſsionē recipiendam, & ſuperueniente domino Gregorio,& poſt eius reuocatoriam dictus procurator acceptat uicariam curatā, & eius poſſeſsionē nanciſcitur collatione facta, & quòd hoc facto dictus cō ſtituēs impetrat à Gregorio aliā gratiam de pręmiſsis mentione non facta, nec apparet, ꝙ prǽmiſſa ad eius notitiā peruenisſent,ſed poſt impetratā gratiam per ſex mēſes ipſe impetrās narrans ſuam poſſeſsionē dictæ curiæ per dictū ſuum procuratorē eius nomine fuiſſe continuatā, uſque tunc eam intrat, & adminiſtrat ſicut uicarius, non ideo inficitur dicta gratia per modū ſurreptionis. per lecta & not.in c.gratia. de reſcript.lib.vj. Nec obſt. narratio. 3.proxi. quia potuit eſſe,ꝙ ideo dixit ſuam poſſeſsionem per dictū ſuum procuratorem de illo tempore continuatam fuiſſe, quia tunc reuocatoriam ignorabat.

¶De fide inſtrumen. Rub.

Cōcluſio CCCCCXXVIII.

CONCLVSIO,ꝙ inſtrumentū,quo cauetur impetrantē narraſſe uacare beneficiū,& cadere ſub gratia ſua, & illud acceptaſſe, non probat gratiæ conſumptionē, niſi probetur,ꝙ infra tēpus acceptauerit,quia obiectus eſt,in quo prę-ſumptio non ſufficit. per not. Innoc.in c.ſuper his. licet dominus Nico.& Franc.cōtra,& ego cum eis.Aegidius.

¶Vt lite pendente. Rub.

Concluſio CCCCCXXIX.

SI Titius commendator ſancti Antonii Vien.cōtra Mæuium alterū cōmendatorē eiuſdem ordinis ſuper quibuſdā iuribus ſpectantibus ad præceptoriam Titii poſſeſ.per Mæuiū,& præceptoriā Mæuii ex cauſa cuiuſdā arrendationis corā auditore contenditur, & moriatur Mæuius, & eius loco, quo ad præceptoriam Seius ſurrogatur, & admittitur ad cauſæ proſecu-

tionem, & post hoc in causa inhibitio. per auditorem obtinet Seius à papa mandari, se induci in possessionem dictorũ iuriũ, & inducitur, non reuocatur per modum attentati mandatum, & inductio proximè dicta : tum a quia iniusta fuit inductio cum præceptoria possessionem nunquam amiserit : tum quia nihil fit in præiudicium litis, cum super possessione illorum iurium non litigetur. fa. not. ff. quòd ap pel. pen. nihil innouatur. l. j. in prin. per doct. secundum Franc.

¶ De procuratoribus. Rub.

Conclusio CCCCCXXX.

DOMINVS nouos constituendo procuratores, primos reuocare uidetur, etiam si secundo constituti onus procurationis non acceptant. no. glo. Ioan. And. in c. si duo. de procu. lib. vj. in glo. ij. & no. idem Arch. fa. in ar. ff. de adi. leg. l. & si trãsferan. & l. legatum ij. §. j.

¶ De procuratoribus. Rub.

Conclusio CCCCCXXXI.

LICET procurator factus dominus litis in prima instantia per litis contesta. nõ possit reuocari inuitus sine causa, secus tamen est in secunda instantia, nisi in ea fuerit lis contesta. uel actũ fecerit, qui in sententiis loco lit. contest. habetur. Ratio est, quia licet dominus litis efficiatur procurator per cõtestationẽ, hoc intelligitur quo ad instantiam, non quo ad causam. Modo licet sit eadem causa diuersæ tamẽ instantię. tamen aliqui domini fuerunt contra.

¶ De præbendis. Rub.

Conclusio CCCCCXXXII.

SI prouisus [a] per ordinarium dubitans, quòd ille per quem uenit fuerit subcollector, impetrat confirmationem in forma perinde ualere, ac si non fuisset subcollector, & postmodũ cum per apostolicum impetrantem trahitur in causam, ipse ordinarius confirmatus dat simpliciter de huiusmodi subcollectoria. materia huiusmodi est de iure suo & non obiectiua. quia facit ad gratiam dictæ confirmationis, quæ alias effectũ non habet, & quæ tunc prouisionẽ operatur, quam canonizare interest potissimè, si cõfirmatus in conscientia sua hoc credit. Simile, quia impetrans gratiam, quòd si per euentum litis neutrum litigantium constiterit ius habere, sibi prouideatur, dat obiectus, ut tenet palatium: & tamẽ casus similis uidetur: igitur &c. Dominus Gal. & ego cõtra. Idem Reuerendissimus pater dominus Cardinalis sancti Eustachii, & dominus Nicol. ab initio idem. Sed per rationẽ ultimò tactam in ultimis consiliis dubitauit, & ultimò licet sine motiuo in dubitatione perstitit sequẽdo partem maiorem, nescio qualiter.

Ratio,

Ratio, quia deductio huius materiæ, non esset necessaria deducenti, si aduersarium non haberet. igitur est obiectiua. patet cõsequentia per regulam, quam palatium in hac materia tenet. probatur primum, quia si fuerit subcollector, siue non, sibi adiudicari deberet: quia si non ualuit collatio ordinaria, & sic ualuit confirmatio: igitur frustra expectaretur euentus probationis huiusmodi. ff. ad Velle. l. aliquando. C. de proba. l. ad probationem. & l. neque naturales. Secundo quia materiæ deductio non est necessaria ad fundandum ius deductionis, cum sine illa fundetur, ut dixi, sed bene facit aduersarium repellendum: ergo præsumitur, quòd data fuit solum ad repellendum: & si admittitur ad dictũ effectum solum admitti uidetur. Primum patet ex dictis. Illatio patet, quia de quolibet actum faciente præsumitur, quòd facere intendat ad finem illum: ad quem ualere potest, & non alias. ff. de leg. j. si quando. ff. ad municipa. l. j. in fi. c. si papa. & c. abbate. cum simi. ergo clarè patet, quòd hoc casu immittit in alium, iuxta l. Proculus. ff. de damn. infect. ff. si seruitus uendi. l. sicuti. §. Aristo. fa. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. idem aiunt. & §. denique. de leg. præstan. l. uirilis. §. ij. ff. de Carbo. l. iij. §. si duo. Et per hoc cessat ratio domini reuerendi patris, & maximæ scientiæ uiri Ioan. de Amelia, olim auditor. nunc archiepisco. Corsiẽ. Dicebat enim hoc casu referre, an daretur dictus articulus in euentum, an uerò simpliciter, ut primò casu censeretur obiectiuus, secũdo non. Dico enim secundo casu idem, quia licet simpliciter detur, præsumitur tamen, quòd detur propter aduersarium repellendum. quia aliter datione non esset opus, cum ad ueritatem disiunctiuæ sufficiat quãcunque partem esse uerã. Tertiò hoc probo sic, quia aut ponderamus solum ordinariam prouisionẽ præcedentem, aut consideramus solum confirmationem sequentem, aut consideramus utrunque coniunctim. Si primò non potest negari, quin sit obiectus, ad quem tamen non admitteretur talis, nisi admitteretur ratione possessionis defendendę. ut de se patet. Secundò casu probo esse idem. quia talis confirmatio casu quo potest sortiri effectum, equiparatur prouisioni papali factę cũ clausula: etiam si subcollector, &c. modo in tali cẽseretur obiectus. Tenet enim palatiũ, quòd secundus in data habet clausulam, etiam si sit dignitas, uel curam habeat animarum, & primus non habeat hanc clausulam, & secundus de dignitate, uel cura deducat, obiectus

est, & ita fuit seruatum cõtra me de tempore d. Io. Rober. & dominorum sancti Eustachii, sancti Angeli, & de Benehino Romæ in palatio, Anno lxxvij. Tertio casu idem, quia medium debet sapere naturam extremorum, & uidetur eadem, & fortior ratio. l. præmissa. Sed caue, & aduerte, & nota, ut dissoluatur ultima ratio per dominum Nicolaũ subtilissimè in contrarium facta de gratia, quod si per euẽtum, &c. quia facio magnam differentiã, utrum timẽs titulum suum prætensum non ualere, impetret ad audi. causæ mandatum de prouidendo sub collatione aliqua, cuius existẽtia inficeret dictum titulum primũ: an uero aliquis timens de suo titulo, ut præfertur, impetret primò à papa confirmationem sub forma: perinde ualere, per quam uult papa, quòd etiam si constet de certo impedimento, de quo timetur, quòd aliàs titulo primo obstaret, quòd nihilominus ualeat à data confirmationis titulus primus. Nam primo casu, si talis impetrans petat ab auditore prouisionem sibi fieri secũdum formam prædicti mandati, & ad dictam nouam prouisionem obtinendam, deducit existentiam dictæ conditionis, huiusmodi deductio satis potest dici de iure ipsius deducẽtis. Ratio est, quia cum timeat suam prouisionem primam non ualere, & ideo nouam prouisionem petat negari non potest, quin noua prouisio fienda sit sibi necessaria, & de iure suo. Igitur non mirum, si omnia, sine quibus noua prouisio haberi non potest, etiam de iure suo censeantur, quia idẽ est iudicium de uia, & de termino, de spon. oratio. Item quia negari non potest, quando existentia conditionis sit de esse actus conditionis ualidæ. ff. de uerborum significationib. l. cedere diem. ff. de conditio. institu. l. si ita quis hæreditatem. Modo sic est in mandato, quòd si per euentum lit. constiterit auditori neutri ius cõpetere, prouideat impetrãti, uigore cuius impetrationis asserens ius neutri competere petit prouisionem nouam sibi fieri, & procedit saltem clarissime, ubi constat ex actis, alias de non iure suo: quia tunc, sicut quodlibet aliud mandatum de prouidẽdo diceretur de iure suo, ita istud: igitur, &c. Secũdo casu dico secus, q̃ deductio materiæ existẽtiæ talis cõditiõis est obiectiua, ut in casu nostro, de quo agitur. qa aut talis ordinarius cõfirmatus per modũ prędictũ petit declarari simpliciter prouisionem sibi factã fuisse, & esse canonicã, aut petit pronũtiari dictã prouisionẽ fuisse & esse canonicã à tempore confirmationis, & nõ ante,

ante, aut petit copulatiuè, & simpliciter collationem ordinariã, & confirmationem fuisse canonicã. In primo casu apparet clare, quòd deductio dictæ existentiæ conditionis, est obiectiua: quia cum ad effectum pronuntiationis sufficiat probare dictam prouisionèm esse canonicam, & etiam aliquo tempore fuisse, nec requiratur modus agendi, probationem pro omni tempore iam præterito deducere materiam, per quam appareat prouisionẽ prædictam certo tempore fuisse canonicam, uidelicet impetratæ tẽpore confirmationis, & certo tẽpore non fuisse canonicam, uidelicet tempore confirmationis præcedentis, & facit ad fundationem iuris sui, tamẽ siue sit, siue non sit sufficiat, & resultat idem effectus ad effectũ dictæ prouisionis obtinendæ. In secundo casu obiectus adhuc clarior est. Simile ponit Ioan. Andræ. in addit. suis in prima parte Specu. tit. de teste. §. sequitur additio, quę incipit: & sciendum est. Ibi, nunc uidẽdum de articulis, quos causidici impugnationes appellãt. Dicit enim, quòd si prouisus calend. Aprilis contra prouisum calend. Martii dat articulum, in quo deducit uacationẽ de tempore sequen. calend. Martii, articulus est impugnatiuus, quia cum sibi sufficeret in genere sine tali tẽporis limitatione deducere huiusmodi uacationem, si aduersarium non haberet, & quo ad fundandum ius suum, satis uidetur, quod hanc temporis limitationẽ ipse deducit ad hunc finem solum, & duntaxat, ut immittat in aduersarium, & eum excludat, quia secundum eum nedum articulus est impugnatiuus, cum per se solum consideratus impugnat aduersariũ, imò etiam cum adiunctus cum alio hanc impugnationem inducit aliàs. ff. de aqua pluui. arcen. l. si autem plures. & de flu. l. penult. In tertio casu dico, quia aut quantum tangit dictam confirmationem, petit tantum illam pronuntiari canonicam: aut etiã petit illam suum sortiri effectũ. Primo casu idem, quod supra. Ratio est, quia ad hoc, quòd dicta confirmatio sit canonica, nõ est necessaria existentia dictæ conditionis, quia etiam si conditio non sit uera, canonica est confirmatio, & non operatur, nisi abundantiorem cautelam, & exclusionẽ titubationis præsertim conscientiæ. Aut petit etiam pronuntiari, quòd dicta confirmatio suum debitum sortiatur effectũ. Et tunc dico, quòd quia ista pronũtiatio nõ est necessaria, quo ad huiusmodi beneficiũ, & canonicatũ, & suũ titulum in eo obtinendũ, sed sufficit, & pronũtietur prouisionem fuisse,

fuisse, & esse canonicam. Præsumendum est, quia ista petitio est impugnatiua, sicut illa, qua peteretur pronunciari prouisionem aduersarii non ualere per rationes, de quibus supra, & per consequens omnia, quę ad eam tenderent, & impugnatiua censerẽtur ex idẽtitate rationis. Quarto casu idem dico, quia non refert, an sub uerbo breui plura copulatiuè, an uero per diuersas orationes explicare huiusmodi plura, ut probant etiam iura. Modo ista petitio includit duo. Primo, quòd collatio ordinaria ante confirmationem nõ ualuerit. Secundò, quòd post confirmationem ualuerit. Modo quo ad primum c. immittit in alienum, ergo responsio patet ex dictis. Quod autem prædicta duo includit, quia aliter conditio confirmationis non esset uera, nec ipsa confirmatio per cõsequens posset sortiri suum principalem effectum, temporis incompetentia me allegare non sinit. Vide, quòd dicta distinctio quadrimẽbris supponit, quod dicta confirmatio non inducat nouam prouisionem, sed facit ualere à tempore datæ suæ collationem ordinariam, quæ anteà non ualebat, sicut econtrà not. in cle. una. de re. eccle. super uer. infectis, & actis. quia uerba dictæ confirmationis clarè hoc habent. patens est igitur ratio differentiæ inter casum, in quo arguebat Nico. ad casum nostrũ, quia in primo petitur ab auditore noua prouisio, quam etiam petere, & habere expediret, si aduersarius non ueniret ad causam. In secundo non petitur, nisi antiqua prouisio canonizari, & in primo casu non potest obtineri dicta prouisio noua, nisi doceatur de non iure aduersarii. Sed in secundo potest obtineri dicta prouisio canonizari, etiam si de subcollectoria nõ doceatur. igitur, &c. Fateor tamen, quia si non produceretur confirmatio in casu nostro, & confiteretur dans de subcollectoria subcollectoriam, nisi aduersarius impugnaret confirmationem dare de confirmatione, esset de iure suo, sed non admitteretur ad probandum per testes, ideo nihil ad factum. Item quia aduersarius semper dictam confirmationem impugnaret, igitur per no. de confes. cap. j. lib. vj. fortius procederent supradicta, si solum peteret se absolui ab impetitione.

¶ Si prouisus. *De prouisione beneficiorum ecclesiasticorũ, uide Archi. extrà, de præben. cum nullus. de elec. c. j. lib. vj. Et per Compost. extra, de rescrip. c. capitulum sanctæ crucis.*

¶ De præbendis. Rub.

Concl. CCCCCXXXIII.

SVPPOSITO, quòd Petrus impetrans prætendens se ius

se ius habere ex persona Titii, & Titiũ ius habuisse ex persona Guil. uigore gratiæ urbani, & acceptationis, & prouisionis inde secutarum, petit pronunciari acceptationem, & prouisionem sibi factam de beneficio huiusmodi, ut uacañ. per mortem Titii uigore gratię suæ Greg. & Ioannes, qui impetrauit à papa illud beneficium, tanquàm uacans ex persona Guil. ne producat acceptationem Titii factam post reuocatoriam domini Grego. licet obiectus de non iure Titii contra P. forte de iuris rigore non sit plene probatus. tamen ius Titii actoris ipsius Petri ita reuocatur in dubium, quòd Ioannes, qui alias non haberet aperte, & clarè probare Titium habuisse ius, nunc clarius probare habeat, adeo quòd nisi doceat de alia acceptatione, Ioan. absoluetur ab impetitione sua, imò sibi adiudicabitur beneficium, & alle. fortius ius. ar. C. de edic. Adri. tol. l. iij.

¶ De priuilegiis. Rub.

Concl. CCCCCXXXIIII.

SI PAPA facit gratiam uni ecclesiæ in præiudicium alterius, non obstañ. quibuscunque sententiis, non per hoc uidetur sublata sententia lata de expresso consensu papæ: quia aliud est sententia talis, sicut dicimus de pacto. cap. j. de pact. lib. vj. & ita not. gloss. dudum. de sepultu. in fi.

¶ De probationibus. Rub.

Concl. CCCCCXXXV.

DICTVS processus probandus est per scripturam, & ideo, quòd ad eum probandum non debet dari remissio secũdum stylum nostrum, quod intellige, si pars citata est, ut ueniat cum actis, & monumentis ab homine, uel forte per appellationem à iure. Alias secus. de procura. dilectus. cum si.

¶ De resti. spoliatorũ. Rub.

Conclusio CCCCCXXXVI.

INPOSSESSORIO petitorio iam suspenso [a] in causa beneficiali, cum ordi. papalem papalis reseruatio produci potest. Ratio est, quia decretum inficit nedum titulũ, imò etiam possessionem secũdum omnes. Simile de renuntiatione de restitu. spolia. accepta. Plus dicit dominus Nico. quo ad effectum absoluendi, licet nõ quo ad effectum adiudicandi de omni alia probatione per literas, quæ non requirit discussionem, quia per eam constaret de non iure. Sed non sum cum eo, quia obstante suspensione fidem non facerent, cum iurisdictio, & iudicium totum quo ad petitorium sit in suspenso.

¶ Iam suspenso, *Suspenso, id est, pend*

pendente ff. ad Sylla. l. propter.

¶ De reiti. spoliatorii. Rub.

Concl. CCCCCXXXVII.

IN CAVSA beneficiali non potest una pars pro eo suspendere petitorium, quòd spoliatum se dicit de una domo pertinēte ad beneficium, de quo agitur: quia illa est alia causa non commissa, & prophana, cuius etiam si commissa esset processus non debet aliam causam beneficialem impedire. per not. Dy. de re. iu. nullus pluribus. in materia cumulationum.

¶ De fide instru. Rub.

Concl. CCCCCXXXVIII.

a ACTA[a] habita in causa beneficiali per appellationē deuoluta contra principalem faciunt fidem, etiam contra illos, quorum interest, qui sciuerunt causam, etiam si sint tales, quorum interest, longe tamen post appellationē incepit, quia statim cum interfuit eorum, si sciebat causam agi, potuerit uenire ad causam. de re iudi. cum super. cum ibi nota is per Inno.

a ¶ Acta. *Qualiter intelligantur hæc uerba: acta: facta: gesta, colligitur ex glo. ff. de cura. bo. dan. l. de curato re. de offi. procur. cæsa l. j. in princ. ff. eo. l. Labeo. Et an sit differentia inter acta, & gesta, uide do. Iaſ. in l. ij. C. de edendo. Adde etiam, quod acta faciunt notorium secundum Innoc. in c. ex insinuatione. & ibi canonistæ. de appel. & est glo. in c. significauerunt. de testibus.*

¶ De iudiciis. Rub.

Concl. CCCCCXXXIX.

LICET CITATIO originalis per edictūnon fuerit affixa in locis, in quibus mandatur affigi, sed solum in huiusmodi locis affixa fuerunt transsumpta publica dictæ citationis, si tamen pars citata miſit procuratorem cum procuratorio ad causam istam specialiter in eo designatam, & sub data sequen. dictam executionem, & præcedentem processum agitatum uigore executionis antedictæ, & procurator non comparuit, nisi in conclusione, nihilominus ualet processus ante sui comparitionem agitatus, quia uerisimile est, quòd sciuerit citationem, & tenuerit se pro citato, potuit enim legitimus eius procurator uidisse in curia originalem citationem. Facit maximè, si non impugnetur processus, secundum do. Nico.

¶ De fide instru. Rub.

Conclusio CCCCCXL.

SI PARS non opponit contra instrumentum notarii imperialis, standum est ei. Nec iudex debet requirere probationem notariatus literæ, & signi, postquàm pars non opponit, nec excipit.

¶ De cōsti. De sen. excō. Rub.

Conclusio CCCCCXLI.

IGNO

IGNORANS constitutionem publicam, licet improbabiliter sententia excommunicationis lata per illam constitutionem ipso facto, quo ad deum non ligatur, dummodo id quod facit, non sit aliàs nimis malũ, & maximè, si peccare non credit, ut si auditor, uel notarius uidens literam remissionis nõ bullatam loqui in aliquo contra alia acta, in margine literæ scribit illud, quod habetur in actis, non recordatus, ignorans de cõstitutione audientiæ contradictarum contra taliter facien. excommunicationẽ ipso iure promulgãn. eò, quòd excommunicatio requirit dolum. xj. q. iij. nemo episcoporum. nec aliter potest infligi per statutum, quia aliter esset eo casu iniustum contra c. erit autem lex. iiij. Dy. & de cons. & prescrip. c. fi. C. quę sit lon. consue. l. ij. probatur de sen. excom. c. j. & c. mulieres. iuncto c. si quis suadente. xvij. q. iij. cum ecclesia iudicaret eum excommunicatum, quia talem ignorantiã non exaudiret. xvj. dis. quod dicit a tis. depo. c. qui ma. accu. po. cum in tua. cum concordã. Ideo opus est absolutione saltem ad cautelam, &c. Addit tamen do. Nico. quòd si talis non petat se absolui cum diligentia, ligari incipit, quo ad deum: sicut dicimus in sententia lata ab homine, quia tunc ligat cum contemnitur. Sed d. Fran. contra, & ego cum d. F. Ratio est quia si scit se non ligatum, ergo scit se absolui non posse. ergo scit, quòd non tenetur petere id, quod sibi fieri non potest, puta absolutionem, ergo non petendo non contemnit. Secundo non peccat, ergo non ligatur, secus est in sententia lata ab homine, quia illa quis ligatur re quo ad ecclesiã. Sed dices ita, hic certe non bene tunc diceres, quòd statutum quo ad ecclesiam non ligauit non contemnentem, quia sic esset iniustum. probat. c. ij. de constit. lib. vj. licet bene habeat iudex, quòd ligat illum, qui non probat se probabiliter ignorasse, quia aliam ignorantiam non exaudit, ut dixit. fa. bene not. per Paul. in procœmio. in Clemen. super uerbo. de cætero. circa prin. & ff. de decre. ab ordi. fa. l. fi.

¶De accusationibus. Rub.

Conclusio CCCCCXLII.

CONTRA mandantem delictum fieri[a] oritur actio ex ipso delicto propter mandatum præcedens, non ex ipso mandato, & hoc tenet glo. ff. de seruo corru. l. j. §. suadente. ff. de furt. l. si quis uxori. §. nec uerbis. & qui seruo. §. primo. eodem titul. ubi apparet, quòd non tenetur mandans, nisi postquàm factum est delictum. ideo

ideo reuocatio superueniens, &c. impedit pœnam. not. de hoc de senten. excommunica. eum qui. libr. vj. in gloss. Ioan. Andr. Ideo tenet Barto. de iniur. l. non solum. §. si mandato meo. ex quo concludit Bartol. quòd in accusatione debent describi locus, & tempus commissi maleficii, non locus, & tempus facti mandati, & probatur secundum eum. ff. ui bono. rap. l. j. §. hoc autem edicto. & l. si ut proponis. ff. de fid. instru. In primo, uidelicet quòd designari debeant locus, & tempus commissi delicti, sto cum eo. Sed in secundo, uidelicet quòd non sit de tempore, & loco facti mandati, puto contrarium, quia nedum principalis articulus censetur esse impugnatiuus, imò & omnes facien. ad illud, maximè sine quibus alias principalis materia non concluderet. Not. Ioan. Andr. in titu. de teste. prima parte. Specu. ubi tractat de articulis impugnatiuis. Modo delictum non sufficeret, igitur quoniam magis operatur, uel tantum mandatum, sicut delictum, quia omni casu mandans ex mandato delinquit, etiã delicto aliter non secuto, & tamen delicto secuto non mandans nunquàm delinquit, imò ipsum mandatũ opere subsecuto principaliter est illud, quod obligat ipsum mandantẽ. ergo fortiori ratione mandatũ requirit fortiorẽ specificationẽ, quàm delictum, ex eodem dicto cõcludunt alii, quòd statutum infligẽs delinquẽti pœnam ipso iure omni casu, intelligitur etiam de mandato, licet de illo nõ faciat mentionem, quia nõ ex mandato, sed ex delicto oritur actio contra mandãtem, quod intelligunt quidam uerum, ubi statutum est scriptum in rem, puta quia uult clerici percussionem puniri pœna excommunicationis. sic intelligitur c. si quis suadente. iuncto c. mulieres. & cum quis alleg. probat secũdum eos hæc uerba. ff. ad l. Iul. de adult. secus tamen secundũ eos, si statutum est in personam, quia tunc mãdans nõ includitur, nisi ex interpretatione. alle. C. de ui. & ui ar. l. j. §. deiecisse. ff. prout hanc distinctionem uidetur posuisse Ia. de Are. & recitasse Bar. ff. ad. l. Iul. de adul. l. hæc uerba. Modo ad pœnas, quæ infliguntur ipso iure, non uidetur esse locus huiusmodi interpretationibus in statutis, ar. regulæ, quæ à iure, & regulæ, quæ in pœnis. & regula, odia. cum ibi no. per Ioan. And. in q. fa. c. non solum. & c. constitutionem. de re. lib. vj. simul iuncta. Sed dubito, quia c. si quis suadente. loquitur in persona. Sed diceret quis, quòd c. cum quis. & c. mulieres. sunt quædam extensiones, quod non bene uideo. Ideo dubito satis, &

uel

uellem declarari.

a ¶ Mandantem delictum fieri. *Et an mandans delictum fieri includatur sub dispositione iuris, uel statuti punientis eum, qui fecerit tale delictum: Vide Panor. in c. mulieres. de sen. excommu. adde ad materiam, quæ notat plene, & subtiliter Bald. in l. non ideo minus. C. de accusa.*

¶ De offic. legati.

Rubrica.

Conclusio DXLIII.

CONCLVSIO, ꝙ mandatum factum per legatum de prouidendo certæ personæ de certo beneficio tũc uacante, moriẽte legato ante mandati execut. ipso iure expirat, per cap. prẽsenti. de offic. lega. lib. vj. melius in ratione cap. si cui nulla. ij. responso. de præben. lib. vj. in nouella. cum ibi notatis per Ioan. Andr. in dissolutione ad cap. si super gratia. de rescript. in sexto. Idem in alio habente certam potestatem beneficia certa authoritate apostolica conferendi re integra moriente.

¶ De præbendis.

Rubrica.

Conclusio DXLIIII.

SVPPOSITO casu præcedenti, si ille, qui obtinuit mãdatum à uicario domini Papæ, habente potestatem conferendi beneficia deuoluta certæ taxæ de certo beneficio, quod dicebatur esse infra taxam eidem uice illius per alium conferendum, mandante mortuo re integra, narrat papæ prædicta, saluo quòd de taxa mentionem non facit, & papa mandat aliis executoribus, quòd si per euentum litis, quam ille narrans habet cum alio, constiterit neutrũ ius habere, prouideant isti, si dicta narrata sint falsa, uel si per alium modum uacet, quàm expressum mandatum est surrepti tium. Idem tenui de taciturnitate taxæ, sed non placuit dominis. probabam sic, quia falsa narratio in his, quæ mouere potuerunt papam ad facilius concedendum reddit gratiam surreptitiam. ut de elect. dudum Ro. in fi. & de præben. dudum. lib. vj. de offic. deleg. cap. ij. Modo hic fecit papæ dictus impetrans talem narrationem, per quam, si uera esset, dedit papæ intelligi, quòd si non fuisset mortuus dictus uicarius, qui sibi prouideri mandauit uigore dicti mandati, sibi debuisset prouideri. dixit enim illud beneficium tunc uacere, & tãtum uacasse, quòd eius collatio erat ad sedem apostolicam deuoluta, & quòd dictus uicarius habebat potestatẽ conferendi talia beneficia sic uacantia, quorum collatio esset ad sedem apostolicam deuoluta, & quòd ille uicarius ita, ut prædicitur, sibi prouideri mandari mandauit. Ex quo sequitur, quòd si mortuus non fuisset

ille uicarius, si mandans executor ad prouidēdum per eum deputatus, ille prouidere debuisset, & per consequens narrasse uidetur, ꝙ sola mors dicti uicarii fuit in causa, ꝙ dictum mādatum fuit extinctum. Et ideo papa uolēs isti casui prouidere, uideli cet ne casus fortuitus mortis dicti uicarij obsit isti, prout ad ueritatem impetranti apostolico non obesset. de rescript. si super. libr. vj. dedit sibi alios executores cum mandato simili. Primo ergo apparet, quòd prouocatus fuit papa propter dicta narrata ad facilius concedendum. Nam non est omnino falsum, quòd non careat primordio ueritatis. l. cum filius. §. hæres meus. ff. de lega. iij. Multum ergo conferunt reliquiæ facti præteriti. ut not. Dyn. de regu. iur. c. decet priuilegium. libr. vj. per l. ff. de decurio. l. unius. §. seruus. & l. ulti. eod. titu. & per l. ij. & iij. ff. rerum amot. potissimè, quia ualde æquum est succurrere illi, qui per casum sine culpa sua contingentem, alias ius suum perditurus esset, ut regula, sine culpa. cum concor. & l. iuris ciuilis. ff. de condi. & demonst. alias sequeretur, quòd si falsa expressisset papæ, se fuisse familiarem, uel nepotem alicuius papę cardi. iam mortui, quòd hæc falsa assertio non noceret: maxime quia expressio falsi in literis gratiosis præsumitur dolosè facta. ut not. Inno. de crimine fal. c. accedēs. maximè in sciēte eum, cui iste, qui confessus est excessum taxæ. Sed contra prædicta instatur. Primo, quia licet expresserit omnia, de quibus supra, nō tamē expressit, quòd potestas data uicario non esset limitata ad certā taxam, seu quòd dicta ecclesia esset infra dictam taxam, de qua confessus est modo excessum. Secundo, quia dictus impetrās nō fundauit suam cōclusionem suæ impetrationis in dictis narratis, nec papa uidetur etiā in eis fundasse, sed potius in litis euentu, quia dicit si per euentum litis, &c. pro eo, ꝙ euentus iudiciorū dubii sunt. ff. de pœ. l. quod debetur. Tertio, quòd nō agitur hic de corroborando gratiam primam uicarii eius morte iam extinctā, sed potius de noua gratia nouiter cōcedenda. Igitur inefficacia dictæ gratię uicarii nō uideretur ponderanda hoc casu. Quarto, quia palatium tenet, quòd impetrans talem gratiam, si per euentum, &c. non habet necesse facientia ad primū titulum suum, per eum narratū iustificare uel probare, modo sic uidetur. hic ergo, &c. Ad primū dico, quòd primò uidetur narrasse papæ dictam potestatē uicarii ex dicta taxæ limi-

tatione

tatione nō fuisse restrictam, sed potius puram. Ratio est, quia narrans dispositionem præcedentem in narratione non adiiciens conditionem, uel restrictionem, narrare uidetur dictam dispositionem fuisse pure facta: quia quę sine conditione dicuntur, sine conditione debent intelligi, etiam si loquens conditionem agit in mente. C. de conditio.ob causam.l. si repellendi. & xxxij. quæstio.ulti.cap. ulti.in fine. & ibi not.in ultima glos.& not.etiam de iureiurando.quemadmodum. in secunda glos. maximè, quia culpa fuit narrantis, qui legem debuit apertius declarare.ff. de pact.l. ueteribus.& regula, contra eum. lib.vj.cum ibi no.Imputari enim debet narranti, quare cū credere debuit, quòd papa dictā restrictionē intelligere, siue diuinare non potuerit.ff.ad leg.Aquil.l.si putator. quare de ea papam nō certificauit. Item dico idem de hoc, quòd nō expresit propter taxę excessum, sub gratia uicarii, huiusmodi ecclesiam non fuisse comprehēsam propter eandem rationem. Et quia huiusmodi expresio totum unum sensum, & intellectum expressorum totaliter immutasset, quia totus uerus, & proprius sensus expressorum apud quemlibet audientem, impressisset in animo, dictam gratiam uicarii ab initio ualuisse. Nam articuli de illa materia ad hoc concludentes fuissent, si essent aliàs ad propositum admittendi. Et ita illa taciturnitas, est quædam simulata ueritas, quæ censetur duplex falsitas, sicut dicit Io. mo. de simulata æquitate, quia duplex est iniquitas, & patet, quòd non ita prouocassent papam ad cōcedendum reliquiæ facti inutilis ab initio, sicut utilis. igitur, &c. Ad secundum dico, quòd in intentione impetrantis tria considero, uidelicet id, quod mouit impetrantem ad supplicandum, & hoc tenet locum primi extremi. Secundum, per quod ipse uoluit inducere papam ad concedendum, & istud tenet locum medii. Tertium puto id quod uoluit pars finaliter per concessionem supplicationis obtinere, & istud tenet locum secundi extremi. Primum uerò fuit, seu potius esse debuit hoc casu, quantum colligitur ex narratis, uidelicet quòd licet gratia sibi facta per uicarium ab initio ualuisset, cum per mortem legati desiit esse, & extincta fuit probatio. Nam ideo saltem supplicat sibi de remedio prouideri, quia gratia prima non sibi proficiebat, & exprimebat causam specialem, quare sibi non proficiebat, uidelicet mortē uicarii, ergo est uerisimile, & expres-

sit maiorem, & quòd si aliam habuisset, illam expressisset, si eam se posse obtinere, seu sibi nocere putasset, sicut no. Innoc. in simili, de deci. c. dudum, præsertim de eo, quòd geritur in mente, & non exprimitur, non causatur excusatio, sed potius ac cusatio, ut prædixi. Et quòd eam sciret patet, quia sciebat potestatem uicarii limitatam ad certam taxam, cum copiam dictæ potestatis insertam in dicto mandato haberet, & confessus est, ut supponitur, taxæ excessum. Interpretemur ergo in eius præiudicium, quòd uideatur solum se retulisse ad narrata, quia talia debent esse prædicata, qualia permittunt eorum subiecta. ff. loca. l. si uno anno. cum simi. Tertium uerò est clarum, quia intētio fuit ad uiuificādam gratiam uicarii, sed potius nouam, quæ fortior est, puta apostolicā gratiam obtinendam, sed medium perueniendi ad illam, puta secundum, per quod uoluit inducere papam ad concedendum: fuit narratio quæ præcedit. non enim ad tollendum surreptionē fit narratio antedicta, cū de gratia, quæ nulla est, non sit necesse facere mentionem. ar. no. Inno. de elect. consideramus. & regula non præstat. cum simi. ergo ad inducendum papam ad facilius concedendum facta fuit, ergo magnam partem suæ intētionis fundauit impetrans in narratione prædicta, licet tenderet ad alium finem, & ideo oporteret fateri de papa eadem ratione, per illa supradicta. Nec obstat, quòd papa etiam se retulit ad euētum litis, quia illud fuit propter hoc, quòd de lite in narratione fiebat mentio, & ut alteri parti ius suum in re præseruaret, & etiam ex iure ad rem, si quod alteri competeret, ista noua gratia surreptitia non redderetur, sed nihilominus ex hoc non sequitur, quin ex præmissa narratione ad ista fuerit prouocatus. Ad tertiū dico, quòd concedo antecedens, sed nego cōsequentiam, quia licet non ponderetur, ut amodo debeat canonica reputari, tamen ponderatur, ut sciatur, an ita fuerit, prout narratur, pro eo, quòd talis narratio mouit papam ad facilius concedendum, ut dixi. Ad quartum dico, quòd palatium nō tenet hoc ita latè, & si teneret, malè teneret. Vnde ego facio differentiam magnam, utrum talis impetrans dispositiuè narrauit se habuisse, uel habere titulum collocatum, de quo tamen modo dubitat, uel pro eo, quòd iste titulus, licet coloratus ex aliquo capite non ualuerit, uel si ualuerit, ex aliquo tamen casu superuenienti dubitatur fuisse extinctus, & tūc certe fateri oportet, quòd talis narratio est proban-

da,

banda, pro eo, quòd potuit papam inducere ad cõcedendum, ut si paulopost creationem Gregor. uacauit beneficium, & accepto, & fuit mihi prouisum uigore literarum domini Vrbani iam reuocatarum per Gregor. Exemplum de secundo si acceptaui ante reuocatoriã, & post reuocationem fuit mihi prouisum, non dico tamen ꝙ sit probãdum illum titulũ modo ualere, quia esset contrarium ipsius gratiæ intentioni. Aut non narrauit dispositiuè prædictum titulum coloratum, sed habet literam in forma consueta, quòd ego ex tali causa, & tu ex tali prætẽdente in beneficio ius habere super eo, inter nos orta erat materia quæstionis iuxta formam petitionum uestrarum. Et hoc casu sola ipsa prætensio, quæ dispositiuè sola narrata est, est probanda, quia ad aliud papa se non refert. Et ita procedit conclusio palatii, sed in casu coloratus titulus, qui præcesserat, dispositiuè narrabatur, ergo, &c. a

¶ Vt lite pendente. Rubr.

Conclusio DXLV.

SI PENDENTE inquisitione[a] cõtra Titium canonicũ sanctæ Mariæ, Io. admittatur ad huiusmodi inquisitionẽ prosequẽdam, tanquã ille, cuius interest, licet plus non fecerit, nec de interesse suo docuerit, tamen per hoc inducitur quędã pendẽtia litis, adeò ꝙ si lata sententia ex officio, etiam Io. nõ instã. cõtra Titium, per quã priuatur Titius suo canonicatu, & appellato ab ea Io. expectatiuus ad prębendas illam præbendam, ut fic uacantẽ acceptauit, & sibi obtinuit prouideri, & se in possessionem induci, prouisio & possessio ita debẽt, ut attentata reuocari. Ratio est, quia licet antequàm Io. admitteretur, nõ faceret partem, quãquàm sentẽtia sibi præiudicaret. ff. de re iudi. l. sæpe. & extra eod. titu. c. quãuis. tamen postquam ius uult eum posse admitti ratione interesse, si admittitur, partem facit. Nec obstat, quòd nihil fecit, quia administratio huiusmodi non minus operatur, quàm in principali. Citatio quidem legitime executa facit, quia Clemen. ij. ut lite pendente, habet locum etiam in actore, etiam ante executionẽ citationis factã contra reum, ut palatiũ tenet, & in cõclusione nemini contradicente asserunt.

a ¶ Pendente inquisitione. *Nota, quòd aliquãdo inquiritur de persona: aliquando de crimine: & aliter proceditur in uno: & aliter in altero. Vide per Innoc. extra de postu: prælato. c j. & per alios etiam. Et de materia inquisitionis, & procedendi per inquisitionem, nota. per Host. & Gof. in sum. de accus. & inquisi. & per Spec. eod. titu.*

¶De dolo, & contuma. Rubr.

Conclusio DXLVI.

CONCLVSIO, quòd citatus, & personaliter apprehensus ad sententiam audiendam nõ comparens, uel qui comparet, & monetur ne recedat, quousque sententia detur, & nihilominus recedit, hoc non obstante non dicitur manifestè contumax[a], quin ualeat ab huiusmodi sententia appellare. Contrarium tenet Bart. ff. de re iudi. l. contumacia. in prin. Idem uidetur tenere Ioã. And. in Spe. titulo de contumacia. §. j. in magna addi. in fin. In hoc, quod dicit, quòd citatus ad unum actũ, quo ad illum actum solum est contumax, & ab illo non appellat, sed in sequentibus secus. Ita quòd delictum contumaciæ uerè, quæ consistit in uero contemptu iudicis, in hoc punitur, quia ex petitione illius actus, & facto iudicis non poterit appellare: & hoc probat l. cõtumacia. in princip. Nec aliqua l. distinguit, &c. secus tamen in uera contumacia procuratoris, quia quo ad hoc delictum est, quòd non nocet domino, ut pulchrè not. Bar. ff. quando appel. sit. l. j. §. fi. & per Spec. titu. de contumacia. §. j. in fin. & per Inno. ut lite non contesta. c. j. licet in primo palatium seruat contrarium. Vide plenè de materia in dicta additione per Ioan. andr. coniungendo eã cum glos. si ante. de dolo, & contuma. & cum not. per glos. & Innoc. in c. eum qui. eodem titulo. lib. vj. & de senten. excommunica. ex uenerabilibus. §. secus. Aegi. idem Corsien. episcopus. fortissima ratio, quia secũdum omnes doctores, & glos. scribentes iura loquentia secũdum istam materiam non puniunt contumaciam commissam in faciendo, sed in ueniendo: ergo non extenditur id, quod expeditione termini est faciendum, sed solum iudi. contemptus in non ueniendo, scilicet propter dissolutionem. l. creditor. §. iussus. ff. de appellatio. Ratio est, quia licet eadem cõtumacia uideatur uocandus personaliter comparens, & recedens ante terminum, & expeditionem illicentiatus. de iudi. c. j. tamen etiam citatus, & personaliter apprehensus hoc casu non comparens, appellat. Ratio est, quia id, quod dicunt iura uerum, seu uerisimum, aut manifestum contumacem non appellare. ij. quæstio. vj. sunt quorum. xxiiij. quæstio. iij. de illicita. C. de iudi. l. & post edictum. §. properãdum. §. cum autem. & C. quorum appel. non recip. l. j. ff. de iudi. l. post edictum. §. fina. intelligi debet de illo, qui est omnino contumax, uel saltem de illo, qui cõtumax est in his, in quibus potest eius

præse

præsentia aliquid uel pro iudice, uel parte in eius præiudicium operari: utputa in termino ad respondendum libello, uel in aliis, quæ sequuntur litis contest. & præcedunt sententiam, ut in termino ad respõdendum positionibus, &c. & ita loquitur l. properandum. §. cum autem. & l. quorum appella. non reci. cum similibus. Secus uerò, si contumax est in termino ad audiendum sententiam, quia ille terminus non fit, nisi in fauorem citati, ut alleget pro parte sua, tunc coram iudice ratione iuris, uel facti pro parte sua facien. Nec quantum tangit aduersarium est aliquid ad expendiendum, nisi per iudicem, & iuri, & fauori suo potest actor renuntiare. l. si quis. C. de pactis. Primò ll. quæ dicunt, quòd uerè contumax non appellat ciuiliter, sunt intelligendæ, quia cõtumaciæ genus non designant, & antiqua obseruatio hoc interpretatur. argu. l. diuus. ff. de resti. in integr. c. generali. facit a clemen. si ante. de dolo. ubi plenè in glos. de hoc, quia loquitur de recedente non tempore sententiæ, sed ante alleg. not. per Barto. ff. de inoffic. testa. l. Papi. §. meminisse. ubi not. post doct. quòd licet dicãt iura sententiam præiudicare illis, quorum interest, nisi lata fuerit præsente principali defensore, tamen satis dicitur præsens, si fuerit præsens usque ad conclusionem, quia postea eius uera præsentia non requiritur. non adhæreas præsentibus, quia non attenditur natura rei in termino expediente, sed solus contemptus non uenientis. De primo uidetur text. ff. de appella. l. creditor. §. iussus. cum dissolutione doct. Secundo uidetur tex. de re iudi. l. contumacia. in prin. & Spec. titu. de contu. §. j. exemplificat cum glos. not. Barto. ff. de re iudica. l. contumacia. in princip. & Specu. titu. de contuma. §. j. Et caue, quia non idem de cõtumacia procuratoris. No. Innoc. extra ut lit. non contesta. cap. j. & Specul. de appellatio. cap. j. de contuma. §. j. in fine. & Barto. ff. quando appelland. sit. §. j. in fine. ubi ponit Barto. rationem huius, & etiam quando procurator neglexit appellare, qualiter dominus potuit appellare. Et ibi omnino uide. Aegidius.

a ¶ Manifeste contumax. *Ille autem dicitur manifeste cõtumax, qui quando offensa est notoria, & iussus à iudice non uult emendare. ut extra, de uer. sig. c. ex parte. circa finem. ubi etiam dicitur, quòd excommunicatio non debet imponi, seu ferri, nisi pro contumacia: quia cum quis paratus est audire ecclesiam, quare habebitur ab ea sicut ethnicus, & publicanus?*

¶De probationibus.
Rubrica.

Conclusio DXLVII.

REVS nihil probans ab impetitione actoris nullā petitionem dantis est absoluendus, quia impetere uidetur, a qui temere ad iudicium uocat. Sed super impositione silentii, quo ad principale, domini fuerunt diuersi, & satis dubii. Item consuluerunt, & nō ab impetratione seu inquietudine iudicii.

¶De procurator.
Rubrica.

Conclusio DXLVIII.

CONCLVSIO, quòd si Ioan. episcopus Carpen. nominatus se episcopum dictæ ecclesiæ constituit procuratores generales in omnibus causis, &c. censetur nomine ecclesiæ constituere. Tū quia omnia, quæ habet in dubio præsumitur ecclesiæ, ut not. C. de episco. & cleri. authen. licentiam. & extra, de pecu. cap. j. Tum quia debet præsumi, uelle esse ita diligēs in causis ecclesiæ, sicut in propriis. Sed prima ratio, utputa cardinali episcopo cessat, quia minores redditus, quos percipit, sunt redditus ecclesiæ suæ. plus enim redditus capellæ, & aliorum beneficiorum suorum in decuplo. Ideo præsumptio hoc casu præsumptione tollitur, secundum not. Inno. de eo, qui fur. or. fusce. cap. innotuit.

¶De præben.
Rubrica.

Conclusio DXLIX.

NVNTIVS apostolicus habens potestatem à papa habilitandi tenen. iniustè beneficia ecclesiastica[a] obtinenda, & eadem beneficia eisdem obtinē tibus nouiter conferendi, nō habet potestatem conferendi uacantia, per extraua. execrabilis. obstan. reseruatione generali illius extraua. de præben. cap. ij. lib. vj. cum simi.

a ¶Beneficia ecclesiastica. *Nota, quòd beneficia ecclesiastica dicuntur canonicatus, uel præbendæ. iij. q. iij. c. ex multis. Adde, quòd beneficia ecclesiastica danda sunt clericis, quibus parentum bona non suffragantur. j. q. j. clericos. & c. seq. & illis, qui in ecclesia uigilanter seruiunt. j. q. j. clericis. Et qui ex bonis paternis sustentari possunt, si beneficia ecclesiæ percipiunt, sacrilegium committunt. j. q. j. clericos. & c. seq. & c. si quis. quod tamen hodie non seruatur, & malè, dicit glos.*

¶De præben. Rubr.

Conclusio DL.

IN CASV proximè dicto nō potest talis dispensare in casu dictæ extrauagan. quia ibi requiritur habilitatio ad ordines, quæ non est concessa, & tamen maior est, quia habilitatio fit propter collationē, ergo cessante collatione illa cessabit, per cōmunia iura. Item quia dispositio

sitio eadem ad ambo debet referri uniformiter.C. de impu.& aliis sub.l.quamuis.

¶De procuratoribus. Rubrica.

Conclusio DLI.

SI PROcurator datus ad acceptandum possessionem, & beneficium nanciscendum spoliat alium,dominus nõ tenetur, quia non uidetur mãdasse.ff. de condi.indebi.l. si procurator.ff. si quis iudi.nõ ob.l.una.§.si procurator.& ibi per omnes docto. plene, nisi quòd primo sciuerit spoliationem nomine suo factã non cõtradixerit, ut extra, ut lit. non contest.c.j.& not.per Inno. ibidem: & plenius per eum de fideicom.c. ℘ quibusdam. Nec sufficit uerbo reuocare, nisi de facto ipse dominus mãdet procuratori, quòd desistat.argumẽ. de eo qui mit.in possess.c.j. Sed dico, ℘ non tenetur mittere expen.suis,ubi longe esset ne dolus procuratoris sibi obsit.cõtra l.si quis in suo.C.de inoffi.testamen.in fi. Nec per consequens durante hoc deberet contra eũ, seu pro eo processus petitorii impediri.argu.regulæ, non debet. lib.vj. nisi propter moram, uel culpam purgandum factum procuratoris præsumeretur ratificatio,uel consensus in domino per prædicta.ita dixi ut patet omnibus.

¶De testibus. Rubrica.

Conclusio DLII.

IN CAVSA prophana post conclusionem occasione publicandarum attestationum non est conclusio reuocãda,nec post cõclusionem terminus assignandus ad dicendum contra attestationes, sed tũc. prout potest fieri , earum copia detur. Ratio primi,quia articulus ante conclusionem debuit peti. Ratio secundi , quia licet non renuntiato post cõclusionem possit pars dare iure allegationes, conclusio tamen in facto allegationibus uiam præcludit,quia illa debent fieri ante sententiam , & licet auditor retinuerit sibi potestatem conclusionem reuocandi , hoc solum concernit eius arbitrium,& forte intelligitur , si uidelicet ad boni uiri arbitrium iuxta causæ naturam fuerit reuocanda. Veruntamen si copia attestationum data , æquitas dictaret illa talia esse , propter quæ deberet conclusio reuocari,bene faceret reuocando. præmissa dixi, & dominis omnibus concorditer placuerunt,& domino Corsiẽ.

¶Vt lite pendente. Rubrica.

Conclusio DLIII.

CONCLVSIO, quòd licet petens reuocari attenr 5 tata

tata præiudicium appellationis, uel litis non teneatur de iure, uel interesse suo docere etiam coloratè, & in hoc differt iste articulus in possessorio beneficiali principaliter attentato: a tamen ubi constaret de non iure peten. attentata huiusmodi reuocari debent compelli, & in hoc conuenit dictus articulus cum dicto beneficiali possessorio, & etiam in his duabus conclusionibus omnes pariter concordarunt nemine discrepante, unà etiam cũ domino archiepiscopo Corsien.

¶De rescriptis.
Rubrica.

Conclusio DLIIII.

2 SI FACTA alienatione[2] rei immobilis ecclesiasticæ partes aduersus huiusmodi alienationem certam concordiam faciant, & post huiusmodi concordiam illa pars, in quam facta est alienatio, impetret ex certa scientia papæ confirmationem alienationis prædictæ non facta mentione de dicta cõcordia, & alia pars nihilominus impugnet dictam concordiam, ex causa confirmatiõ. prædictæ non potest ratione dictæ concordiæ per eum impugnatæ dictam papalem confirmationem surreptitiam allegare, quia eam impugnando, dicit eam non ualuisse, & per consequens de ea non fieri mentionem, & dicendo gratiam propter eius taciturnitatem esse surreptitiam, dicit eam ualuisse, & allegans contraria non est audiendus. C. de fur. l. j.

¶Facta alienatione. *Casus, in quibus prohibetur alienatio rei ecclesiasticæ, ponit Bartol. in authent. hoc ius porrectum. in vj. oppo. C. de sacrosanct. eccle. & ibi etiam aliquid per scribentes. & an, & quãdo consuetudo possit diminuere, vel augere solennitatem in alienatione rei ecclesiæ, uide per canonistas in c. cum causa. de re iudi. & præsertim late per Feli. ibi.*

¶De re iudicata.
Rubrica.

Conclusio DLV.

CONCLVSIO, quòd petitione data per actorem super adiudicatione fienda reo nullam petitionem danti poterit uigore libelli actoris fieri adiudicatio, si non de iure actoris, & de iure rei constet in actis. per not. Innoc. de offi. deleg. c. cum contingat. de restitu. spoli. ex conquestione. uidetur tex. de re iudi. cum causa. in fine.

¶De iudicijs.
Rubrica.

Conclusio DLVI.

CONCLVSIO, secũdum dominum archiepiscopum Corsien. dominum Robertum, & me, quòd si procurator limitat

limitatus ad causas deuolutas, & deuoluendas præsente aduersario in curia impetret committi causam propter partiũ præsentiam per cancellariam sine speciali mandato papæ, & proceditur usque ad conclusionem inter istum procuratorem prædictum, & dictam partem aduersam in causa prophana sine alia cõmissione, processus totus est ipso iure nullus: tum quia ista causa nunquam fuit deuoluta, nec habuit speciale mandatum dictam causam deuoluendi dictus procurator limitatus: item quòd adeò est nullus, quòd non potest per ratihabitionem, uel scientiam domini confirmari, iuxta not. Innoc. de rescriptis. ex parte decani. Ratio est, quia etiã peccat ex defectu iurisdictionis. quia cancellaria non potest cõmittere causas non deuolutas, nisi ambæ partes sint præsentes sine speciali mandato papæ, & ita commissio est ipso iure nulla, ergo non potest reconualescere. de præscript. auditis. cum similibus. Et per not. Ioan. Andr. in regula. ratum. in quæstionibus ibi per eum disputatis. & per Innocen. de offic. deleg. prudentiam. & maximè, quia consensus priuatorum in supplemẽto defectus circa iurisdictionem nihil potest. per l. priuatorum. C. de iurisd. om. iud. licet teneat palatiũ secus: ubi de speciali mandato papæ causa cõmitteretur, quia tunc non curaremus de persona impetrantis, dũmodo reciperetur per partes. ar. ff. de reg. iur. l. hoc iure. not. Spec. in spe. ij. parte. tit. de appel. §. nunc breuiter. uersi. quid si appellauit. Item secus esset in actis habitis corã uero iudice per non procuratorẽ. per l. licet. ff. de iudi. & ff. rem ra. hab. l. iij. §. falsus. Sed dominus, & alii dixerunt cõtrà, quo ad secundam partem dictæ principalis conclusionis. quia dicit, quod id, quod facit cancellaria, facit papa, & quòd uicecancellarius est loco ministri, & ideo non insurgit nullitas ex defectu præsentium partium, sed surreptio. de rescriptis. super literis. Sed non uidet motiuum, quia licet papa uideatur facere, &c. hoc est uerum. ubi faciunt infra potestatem sui ministerii eis datã, alias nõ. Pone enim: mitto famulum, qui ut minister certa uerba obligatoria pro me dicat, dicit ultra quàm sibi cõmissi, ero obligatus? certè nõ, hoc enim regulare est, quòd id quòd fit ultra fines mandati, est nullum. de præben. cap. fina cum similibus. & ita nõ obstat. ff. de consti. pe. l. qui autem. §. finali.

¶ De re iudicata. Et de resti. spolia. Rubrica.

Conclusio CCCCCLVII.

CONCLVSIO quòd si post suspensionem petitorii

rii lata pro spoliato sententia in possessorio spoliatus obtinet cõmissionem, qua mãdatur, quod si pauper est, quo ad fructus, & expensas recipiatur cautio, quã præstare potest de soluendis fructibus, & expensis, & quod credatur suo iuramento super possessione restituta, & ille probauerit se pauperem, nec possit da re fideiussores, sufficit iurata cautio, ut no. per c. uestras. de donatio. inter uirum & uxo. & C. de episco. & cler. auth. generaliter. not. de sen. excommu. cap. uenerabilibus. & quo ad iuratoriam statur rigori commissionis, quæ quo ad hoc gratiosa est, hoc enim potuit papa sicut ab initio tollere suspensionem in totum. Item, si creditur dicto suspẽdentis, non mirum si credi potest papa mandante iuramento spoliationis, quo ad effectum procedendi in petitorio, saluo, quòd per hoc executio minimè differatur, & ꝙ per hoc manus executoris in aliquo non ligentur.

¶De rescriptis.

Rubrica.

Conclusio DLVIII.

CONCLVSIO, quòd si de mandato speciali papæ cõmittitur causa super ecclesia parochiali, nec nõ super iuribus, prouentibus, reditibus ipsius parochialis ecclesiæ, potest intentari uigore huiusmodi commissionis, nedum causa beneficialis, imò etiam causa prophana super pecuniis & decimis, maximè, si agitur etiam super ecclesia, uel si est in commissione uerbum coniunctim, & diuisim, quia in commissionibus ueniunt omnia, quæ possunt cõprehendi super uerbis Innoc. de rescriptis. super literis. & quia largus est papa ad concedendũ, nos non debemus esse stricti ad commission. huiusmodi restringendã. arg. dicti c. super literis, in fine. Nec ob. fraus, quæ fieri potest per proximam rationẽ, quæ tunc potissimè cessat, cum alterum de duobus proximis præcedentibus interuenit, ut dixi.

¶De cau. possess. & proprie.

Rubrica.

Conclusio DLIX.

CONCLVSIO, quòd si lata sententia in possessorio suspenso petitorio spoliato omissa cõdemnatione fructuum, & expensarum per spoliatorem prætensum ab eo appellatum, mandet papa auditori secundo, quòd suspensione non obstan. procedat in utroque præstita cautione de soluendis fructibus, & expensis, in quibus dicitur cõdemnatus, potest statim procedi non præstita cautione: cùm in eis nulla facta fuit condemnatio, nec est prius danda possessio, cum per hoc appellationi renũtiare cogeretur: quod non est faciendũ, igitur. &c. Aeg.

De ap

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio DLX.

CONCLVSIO, q̃ si de
a causa beneficiali[a] appella-
tur, & tria tempora, de qui-
bus loquitur cap. statuimus. de
elect. lib. vj. fuerunt lapsa, uide-
licet mensis à die, iter arripien-
dum, & sequens tempus arbitra-
rium datum ad ueniendũ ad xx.
dies, dictum tempus arbitrarium
immediatè sequens, per quos
est absens expectandus, potest
procedi, postea quomodocun-
que etiam post annum à tempo-
re appellationis interiectæ, & di
ctorum trium temporum iam la
psorum computandum, & ultra
una parte adueniente contra
aliam partem absentem per au-
dientiam. Tum quia licet dicta
tria tempora sint seruanda an-
tequam procedi possit, tamen
non dãtur ad processus inchoa-
tos. Tum quia licet sit circundu
ctum edictum primæ comparti-
onis, bene sufficit citatio noua
quæ secundum naturam causæ
deuolutæ habet fieri per audi-
entiam. Tum quia talis citatio
iuris non citat ad istum actum,
uel ad illum, nec ad istam diem
plus quàm ad illum, sed arctat
ad totam causam, & arctat ad
procedendum in curia quando
cunque per audientiam citatio-
nes emanebunt, sine quibus de
stilo palatii esset processus nul-
lus, & ita præuidere, & cogitare
debet quælibet pars, quòd per
audientiam citare potuerit, &
debet, uel in causa appellatio-
nis statim post tempora lapsa
procedere, uel tenere procura-
torem, qui habeat audientiam
contradictarum custodire. Si-
mile not. in clemen. tanquam.
de elect. in glo. quid ergo in fi.
Sed Robertus, & Benedictus cõ
trarium primitus sentientes, in
contrarium allegabant unum,
quod per Specu. not. ij. parte spe
cu. titu. de appellatio. §. nũc bre
uiter. uersic. hoc autem certum.
cum duobus sequ. & per Comp.
in cap. statuimus. de elect. libro
sexto. alleg. uidelicet, quod
pars perueniens non uidetur
seruasse tempus uiginti die-
rum, &c. nisi inter illud tem-
pus saltem impetrauerit audi-
torem, &c. Sed nec illud est
uerum, nec si uerum esset, ad
propositum facit. Primò qui-
dem non est uerum, quia ui-
ginti dies dictæ expectationis
non computantur à tempore
aduentus alterius partis præ-
uenientis, sed computantur à
fine mensis dati ad iter arri-
piendum, ut notat Hostien-
sis & Archidiaconus in dicto
capitulo statuimus. & Ioannes
Andræas post eos. & subaudio:
& à tempore lapsus termini
arbitrarii ad ueniendum da-
ti, quia illa duo tempora hoc
tempus tertium præcedere de
necef

necessitate habent: nec mirum, quia aliter sequeretur, quod si ex fortuna uenti per mare ueniret pars una infra triduum à tempore appellationis interpositæ: cùm tamen tempus itineris arripiendi, & tempus ueniendi forte facerent quinque menses, quod statim infra uiginti tres dies à tempore interpositæ appellationis contra absentem non culpabilem procederetur, sic quod posset fieri definitiua contra indefensum reuerà non contumacem: quod esset iniquum. Sed dices saltem à tempore aductus post tempora, &c. nihil ualeret & si uenisset ante tempora. Item esset iniquum & contra mentem Hostien. & Archid. & docto. & dictæ decret. quod sine causa compelleretur pars uolens procedere, uenire statim post tempus arbitrarium, pro huiusmodi expectatione facienda. Quid enim si uidens illa tempora necessaria expectanda, habēs per illos xx. dies extra curiam aliquid expedire, uult esse extra curiam ad faciendum sua negotia per illos xx. dies: quid parti oberit? certè nihil. quid enim in curia facerent? certe nihil. frustra igitur fieret. ff. ad Velleia. l. aliquando. cum concor. Sed quæreres: qualiter ergo intelliguntur uerba literæ, quæ dicit: sed si pars altera non uenerit per uiginti dies post aduentum alterius expectata, in electionis negotio, nō obstante cuiuscunque absentis contumacia, sicut de iure fiunt procedetur? Certe ego dico, quòd text. supponit, quòd pars aliqua statim post duo tempora prima uenerit, quia uerbum aliqui, est partitiuum: not. C. de summa trinitate. l. j. super uerbo, quos. & qui de uno negat, de alio uidetur concedere. de præsump. nonne. ff. de iudi. l. cū prætor. C. de procurato. l. maritus. Ideo oportet text. intelligere in casu, in quo suus mensis, sed potius tempus arbitrarii cum unius partis præcurrentis aduentu concurrit, & ubi non præcurrerit, quod intelligantur isti uiginti dies currere à tempore lapsus temporis arbitrarii supradicti, secundum Hostiensem, & Archidia. & iudicium rectæ rationis, ut præfertur, & miror de Compre. & Spe. quod fatetur Spec. quòd solam expectatiuam requirit constitutio, non ergo requirit aliquem processum, uel aliquam impetrationem fieri interim. Secundò dico, quòd etiam si dictum præcedens esset uerum, non faceret ad propositum: quia non quærimus de modo temporā obseruandi, ad quem modum dictum Compre. & Specula. se refert solum, & duntaxat: sed quærimus modò solum de tempore, quo post tempora iam

seruā

seruata poterit in causa taliter deuolata inchoari processus, cui inchoationi non reperitur per aliquam constitutionem posituam aliquod tempus saltem anni, uel biennii esse præfixum. Dicit enim dicta constitutio: procedetur, sed non dicit quo tempore sit necessarium simpliciter huiusmodi inchoari processum.

a ¶ Causa beneficiali. *Causa beneficialis dicitur siue agatur de dignitate, siue de persona, uel officio, uel prebenda, uel beneficio. argu. eorum, quæ notantur extra de rescrip. cap. si gratiosè. & cap. si propter. libro sexto.*

¶ De exceptionibus.
Rubrica.

Conclusio DLXI.

CONCLVSIO, quòd si P. qui ex persona Ioan. ex causa permutationis cum eo, & cum alio de beneficio iuratæ, uel alio quouis modo ius habere in certo canonicatu prætendit, ad probandum ius Ioan. post conclusionem factã in causa, & omnibus terminis palatii aliàs ritè seruatis, producat literam apostolicã, per quam mandatur in forma: dignum arbitramur dicto Ioã. prouideri de huiusmodi canonicatu, tanquam de uacante per promotionem canonici dictum canonicatum obtinentis ad quandam ecclesiam cathedralem, & opponatur per aduersarium ipsius P. ipsi Petro, primò, quòd ipse Ioan. qui asseruit in gratia à papa ex causa dictæ permutationis, aut alia sibi facta se esse doctorem, & familiarem unius cardinalis, in his duobus falsum se asseruit: item, quòd idem Ioan. in eadem gratia non fecit mentionem de quadam capella certæ ecclesiæ, quam tamen capellam obtinebat: Item, quòd Ioan. in impetratione prima eiusdem canonicatus nõ fecit mentionem, quòd P. esset familiaris illius eiusdem cardinalis, cuius erat familiaris idem Ioan. sed est uerum, quòd idem dominus cardinalis gratiam ipsius Ioan. procurauit. item, quòd ipse Ioan. fuit tempore dictæ permutationis excommunicatus, quia mutuum per eum receptum monitus ipse consentiente de soluendo in certo termino non soluit, &c. & alioquin lata excommunicatione in eum, & lapso termino fuit denuntiatus. Hæc denuntiatio non facit ad effectum peremptorié, licet sufficeret ad effectum dilatorié. Fa. not. Ioan. Andr. de except. pia. & de sentent. excommunicati. cum desideres. in nouella. & ita hic non obest, nec hic ex præsumptionibus iudicamus in materia obiectiua: quod intelligi, nisi talis fuisset eo uocato iudicialiter seruatis seruandis declaratus

tus, seu denuntiatus: quia talis sententia contra eum pro iure haberetur. ff. de stat. homi. l. ingenium. & l. res iudicata. ff. de regu. iur. Primi duo & ultimi dictorum obiectorum sunt repellendi. De primo, & secundo est clarum, quia deducunt negatiuam non coarctatã. C. de proba. l. actor. De quarto est clarum, quia constitutio facta est in fauorẽ cardinalis, qui inter duos suos familiares de beneficio procurauit, & non potest prætendi deceptus. argu. C. de rescin. uendi. l. quisquis. De quinto est clarum, tamen quia non solutio secundum Innoc. de accusa. super his. in hoc casu esset necessaria ad probandum, quæ tamen est quædam negatiua non determinata, & per consequens improbabilis, ut suprà facit. de ele. bone. cum ibi not. per Inno. Fateor tamen, quòd probatio doctoratus, & familiaritatis narratorum in gratia Ioan. non pertinet ad P. quia pertinet ad Io. secundum Ioan. And. de lit. contesta. c. exceptionis. de reg. iur. in famibus. in quæstione ibidẽ per eum disputata. De tertio uerò puto, quòd materia est bona. de præben. si motu. lib. vj. & quòd si forma est bona, nec apparet ex processu causæ, quod aduersarius P. potuerit præuidere hanc exceptionem à natura sibi competere, & hoc iurare uoluerit, quòd terminum lapsum in conclusione non obstãte audiri debebit, quia de nouo, & c. ff. de interroga actio. l. de ætate. cum similibus. probant c. j. in fin. & c. ut circa. in fine. de elect. lib. vj. & ca. pastoralis. de exceptio. licet dominus Nico. & quidam cum eo uidentur innuere uelle pro parte contraria arguere dicen. stylum obstare in contrariũ seruatum esse: tamen quia obiiciẽs ante omnia debuit præuidere, quæret si aliqua obiect. sibi poterat competere. Tum quia materia est odiosa. Tum quia in secunda instantia posset reparare, & in tertia. Tum quia prima opinio obtinuit per dicta iura. Si uerò iurari uoluerit repelli debuit, & reputari calumniosus: maximè, quia super qualibet exceptione, & in qualibet parte litis debet exigi huiusmodi iuramentum, seu saltem potest. de iuramen. calum. c. ij. in fi. lib. vj. Et probant iura prædicta: licet aliqui domini uidẽtur primo uelle contra, qui postea se reduxerũt. Sed etiam dominus Nico. & domini alii se satis reduxerunt.

¶ De exceptionibus.

Rubrica.

Conclusio DLXII.

CONCLVSIO, quòd si possessor secundus in data [a] contra actorem primum in data, cum ad eandem collationem expectarent. & am

& ambo idem beneficium post utriusque purificationem infra tempus debitum acceptassent, & sibi ambo fecissent de eo per suos executores prouideri, det certã materiam obiectiuã principaliter ad unum effectum, uidelicet surreptiõis gratiæ ipsius actoris primi in data, & generaliter ad omnem alium effectũ, qui sibi prodesse potest, & alteri parti obesse. & reperitur, ℘ a ad effectum surreptionis prodesse non potest: licet tamen reperiatur quo ad effectum renuntiationis, seu priuationis, seu consumptionis causæ eiusdem actoris aliàs probata materia ipsa facere posset, tamẽ propter hoc admitti nõ debet, quia materia obiectiua non specificata ad probandum admittenda non est, secũdum omnes. de procura. cap. tuæ. de elect. ut circa. cap. j. §. qui. ca. procurator. c. constitutiones. de testi. præsentium. & cap. pia. de sententia excommunicatio. libro vj. de accusa. libellorum. ff. de iniur. l. prætor. in princip. Modo dictus articulus, seu materia datus ad omnem finem, &c. quo ad hoc est generalis, & sine specificatione. ergo &c. & fuit dictum domini Nico. & placuit ualde omnibus.

a ¶ In data. *Nota, quòd data literarum attenditur, uide per Ioan And. in fi. li. vj. super uerbo, data.* Et *utrũ debeat una, uel duabus lineis terminari, uel qualiter, nota per Archid. xxv. q. j. in sum.* Et *uide ibi pulchra circa literas papales.*

¶ De præbendis. Rub.

Conclusio CCCCCLXIII.

CONCLVSIO, ℘ Cle. gratiæ. de rescript. & c. de mulcta. de præb. & dec. eũ. qui. de præb. in vj. nõ habẽt locũ in eo, qui recipit beneficiũ incompatibile,[a] credẽs se habere ius in eo, & nõ habens, & quòd hoc casu præsumitur ignorãtia, nisi scientia probetur. ff. de proba. l. uerius. & regula, ignorãtia. lib. vj. de præben. eum qui. quia dicit scienter. & probat regula, sine culpa. Item quia c. de mulcta. non habet locũ in canonica assecutione. probat c. eum qui. quia aliàs superflueret. Et c. eum qui. non habet locũ nisi in scienti, ut probatur ibi, in princ. & c. gratiæ, habet locũ in tacita renuntiatione, quã quis ignorans non præsumitur facere uelle. ff. de iurisdictio. omn. iudi. l. si per errorem. cum similibus. Aegid.

¶ Beneficiũ incompatibile. *Quæ beneficia sint incompatibilia, & nõ possint simul retineri, uide Archid. extra. de resti. c. gratia. lib. vj.*

¶ De præbendis. Rub.

Conclusio CCCCCLXIIII.

CONCLVSIO, ℘ gratia facta de certo beneficio per modum mãdati de prouidendo, si habilis reperiretur,

retur,&c.& possessio secuta, ac cõmunis reputatio, &c.nõ probat sufficienter titulũ in beneficio, maximè aduersario opponente,& negante,& aliàs de iure suo docente, quia titulus habilis ad acquirendum in futurũ, non causat ius in re.ff.de acquiren.poss. l. si ex stipulatione.cũ similib.nec probat hoc esse,&c. C.de proba.l.neque natales.maximè, quia plena probatio aduersarii per minus plenam istius non elidetur.C.de edict.Adria. tollen.l.iij.& de testi.l.uolumus. & per not.Cyn.C.si certum pet. l.in bonæfidei.in quæstione fin. Tamen aliqui domini dixerũt, quòd si talis talem aduersarium non haberet,fortè etiam ad adiudicationem sibi proficeret talis præsumptio.per not.gloss.ff. de re.uen.l.quædam.

¶De procuratoribus. Rub.

Conclusio CCCCCLXV.

a CONCLVSIO,si procurator [a] habens potestatem a plures substituendi, & substitutionem reuocandi primò substituit Bernardum protestando, ꝙ comparendo postea non reuocet,nisi dicat expresse,& postea sine protestatione substituit Albertum,Bernardus uidetur reuocatus.extrà.de procur.c.non iniuste.cum concor.ibi alle.dummodo in eadem causa secus,no. Arch.de procu.licet.lib.vj.& Io. An.in d.c.iniuste. probat l.cum semel.ff.de tutelis. Nec obst. dicta protestatio per procuratorem in prima substitutiõe facta, quia non rescribatur, nisi ad modum reuocandi tacite per personalem comparitionem, ut de se patet: de quo extrà,de procura. si quem.cum concor.Modo alia est tacita reuocatio, uidelicet per nouam personę alterius deputationem. Præterea alia hic, quàm ibi,quia comparatio non fit nisi ad certos actus, & habere potest executores ex mente. ut in d.c.si quẽ.ij. responso. Sed secunda substitutio fit ad totũ,& caret illis executoribus: & not. clariorem titubationem secundo substitutis circa fidem,uel diligentiam primi substituti,probat clausula generalis, quæ habet quòd separatorum separata debet esse ratio;& quòd clausula apposita circa unum specialiter non operatur ad aliud, iura sunt communia.

¶Si procurator. *Nota unum licet extrauagãs,quòd procuratores duo, si sint dati insolidũ ad negotia,unus potest exigere debitum ab alio, siue debitum fuit contractum ante mandatum eius factum, siue post. Vide Feder.consi.xcix,& consi.cxxv.*

¶De exceptionibus. Rub.

Conclusio CCCCCLXVI.

CONCLVSIO, quòd si ego possessor, & reus ab ordinario in hospitali habente

bente sub se parochialem eccle-siam sibi unitam institutus contra apostolicum de eccleſia per executores prouiſum excipio proponendo, eccleſiam eſſe uni tam hoſpitali, & non econtra. exceptio huiuſmodi non uidetur obiectus, ſed de iure hoſpitalis. per cle. conſtitutionem. de elect. & debet admitti, etiam ſi contrarium probauerit apoſtolicus per aliquos teſtes in curia, quia probatio probationē non excludit. Nec obſtat, imò coadiuuat, quia per compulſoriam habuit ponere quædā iura non probantia, niſi narratiue unionē quam prætendit, quia præſumptionem ſaltem faciunt illa, & quia alia forte in uerificatione plenaria producet, & quia materia eſt probabilis per teſtes. ut in c. cum de beneficio. de præben. lib. vj. Nec obſtat, ſi apoſtolicus deducit poſſeſſionē contrariam annorum xl. proximè præcedentium. quia uidebitur in fine quis melius probabit. Nec obſtat, ſi quis producit collationem factam per papam de eccleſia, quia præſumptio probationem non excludit. not. Io. mo. de hæreti. cap. fin. libro. vj. Aegidius.

¶ De ordi. cogni. et de cau. poſ. & proprie. Rub.

Concluſio CCCCCLXVII.

CONCLVSIO, quòd ſi Ioan. contra P. poſſeſſorem eccleſiæ agit petitorio, & poſſeſſorio ſuper eccleſia poſſeſſa per Petrum, & eodem iudicio pendente P. agit contra Ioan. ſu per ſpoli. domus pertinen. ad dictam eccleſiam: & ſuſpendit petitorium per utranque partem, & poſtmodum, quia dicta ſuſpenſione non ob. auditor procedit cum Io. in petitorio, etiam antequam iudicium reſtitutorium intentatum per Petrū fuerit terminatum, ipſe Petrus appellat, dandi ſunt ſibi apoſtoli duarum, uel alterius earundem, aut uigore c. frequens. de reſtit. ſpol. libro vj. aut uigore c. ſuper ſpoliatione. de ord. cog. aut per l. fundi. l. fundamēta. de excep. ff. & principia materiæ accumulationum, ſed nullo modo poteſt. igitur, &c. ſtabitur regulæ, quæ habet, quòd mutuæ petitiones ſimul tractentur, nec ſe impediant, quæ ponitur per Dyn. in regula. nullus pluribus. lib. vj. Et probatur de ordi. cogni. cum dilectus. Primò enim non poteſt ſe iuuare per c. paſtoralis. de cau. poſſeſ. ex aliqua dictarum duarum ſuſpenſionū. Primo ſi quidem ex ſuſpenſione petitorii Ioan. ſuper eccleſia attentati ſe iuuare non poteſt, quia ſupponitur in facto, & ipſe Pet. ſic ſuſpendens poſsidet dictam eccleſiam, modo tamen priuilegium dictæ ſuſpenſionis non detur, niſi ſpoliato, & in odium ſpo-

liantis.ut probat dictum cap.pastoralis.patet quòd possessor nõ suspendit petitorium rei, quam possidet. Præterea ex alio capite, quia suspensio non fit in fauorem fiendæ restitutionis, & possessorii intentati à suspendente petitorium rei, quam possidet, ut illud ante omnia expediatur, ut probat dictum cap.pastoralis.modo talis non agit aliquo iudicio possessorio, nisi super domo, ut præsupponitur. igitur, &c. Secundò non potest se iuuare ex suspensione petitorii sui super domo intentati quantum ad ecclesiam, quia suspensio unius petitorii in alio petitorio non suspenso totaliter diuerso nihil operatur: quia in separatis debet esse separatus effectus. ff. de calum. l. finali. & de condi. & demonst. l. pater Seuerinam, in fine. nec debet operari dispositio, nisi circa propriũ effectum, cui adiicitur, & secundum finem, ad quem tendit. ar. dicti c. cum dilectus. & de testi. c. ueniens. cum similibus. modo petitio ecclesiæ, & petitio domus sunt diuersæ ex toto. Primò, quia una intentatur nomine proprio. not. Inno. de resti. spol. in literis. Alia nomine ecclesiæ. no. Inno. de probatio. ex literis. Secũdò, quia una tendit ad declarationem tituli in beneficio. Alia ad declarationem tituli in domo, & hæc recipiunt separationem. Tertio, quia una est beneficialis, & alia prophana. igitur, &c. Item dico secundò, quòd non potest se iuuare per c. frequens, tum quia de hoc in dicta appellatione mentionem nõ fecit. & ita obstat sibi clemen. si appellanti, tum quia ante appellationem de hoc nõ excipit, & ita non dicitur grauamen ante appellationem illatum, cum illud priuilegium non competit, nisi exceptione opposita. ut probat c. cũ dilectus. allega. coniunctim cum c. super spoliatione. alle. & ita non ualet, quo ad hoc appellatio iudicialis. de appel. ut debitus. & ca. cordi, tum quia illa est exceptio dilatoria, [a] quæ debet proponi, antequam lis pro contestata habeatur, & non fuit ita proposita, igitur, &c. Addunt quidam, quòd de spolio rerum prophanarum contra agentem super titulo beneficii nõ potest excipi. per fi. dicti c. frequẽs. sed non omnes admittebant hoc. Item dico tertiò, quòd non potest se iuuare ex dicto cap. super spoliatione. alleg. per eadẽ motiua. sicut dictum est de cap. frequens. maxime per tria prima. Item quia super spoliatione tũc solum locum haberet, cum primò egisset Pe. suo possessorio super domo, & uellet Ioannes modo reconuenire super ecclesia. Sed in casu, in quo primo egisset Ioannes super ecclesia, sicut

ſicut fecit, ſecus eſſet, quia reconuentio Petri licet in modū exceptiōis propoſita fuiſſet, potuiſſet repellere, ſeu differre cō uentionem Ioannis, tamen ipſa in modū reconuētionis propoſita hoc nō poſſet facere, & hoc probat directe dictū c. cum dilectus. & probat ratio naturalis, a quia facilius impediuntur contrahenda, &c. ff. de his qui ſunt ſui, uel alie. iuris. l. patre furioſo. Modo iam fundatū eſt iudiciū, cum lis eſt conteſtata, uel habetur pro cōteſtata. l. hoc amplius. ff. rem ra. habe. Item dico quartò, ꝙ non poteſt ſe iuuare ex l. fundi. & l. fundum. alleg. nec ex materia cumulationis, quia illæ regulæ loquūtur, ubi ab eodem cumulatio fieret. ſecus enim, ſi à diuerſis. ut le. & no. C. quando ci uilis act. crimi. prēiudi. Et poteſt etiam tolli per l. ſi autē. ff. de exceptio. nō proſequor. Secundo, quia etiā ſi ab eodē fieret cumulatio, nō haberet locū hoc caſu, per l. ſed ſi ante. ff. de excep. per quam apparet, ꝙ ſi peto primo uiā ad fundū, & idem ſi primo peto partē fundi, & poſtea uellē accumulare petitionē fundi, certe poſſum. Igitur ſic in propoſito. Tertio, quia forte nō habet locū, niſi in uno iudicio ageretur poſſeſſorio, in alio petitorio, ut modo fit hoc caſu. Quarto, quia forte nō habet locū regula cumulatiōis, ubi una actione agitur nomine proprio, in alia nomine eccleſiæ, ſicut hoc caſu per rationē. c. frequēs. in fi. alle. Quinto, quia exceptio huiuſmodi prætudicii quę reo cōpetit, eſt dilatoria, ut dixi, & debet poni ante lit. conteſta. igitur, &c. Aegidius.

¶ Exceptio dilatoria. *Nota, quòd exceptionum aliæ ſunt peremptoriæ, & aliæ dilatoriæ, aliæ anormalæ, & aliæ mixtæ. de quibus uide plenè per Spec. ÿ. parte. tit. de excep. c. j.*

¶ De præbendis. Rub. *Concluſio* CCCCCLXVIII.

CONCLVSIO, quòd ſi Ioannes, qui eccleſiā ſancti Marti. à papa obtinuit, ut uacan. per nō promotionem Borchardi poſſeſſoris. iuxta c. licet canon. de elect. li. vj. qui Borchardus coram executore dato ipſi Ioanni ad prouidēdum ſibi de dicta eccleſia, ſi uocato illo Borchardo dictā eccleſiā reperiret dicto modo uacare, uocatus, & cōparens confeſſus fuit, non promotionē antedictā traxit in cauſam Ioan. qui ex eodē modo uacādi ſumpta occaſione ex dicta cōfeſsione Borchardi dictā eccleſiam obtinuit ſibi conferri per ordinarium collatorem, & ſe in poſſeſſionem induci à domino meo papa obtinuit per cō miſsionem ſpecialem domino auditori mādari, ꝙ ſi ſibi cōſtaret de cōfeſsione prædicta dicti Borchardi, præfigeret terminū

ipſi Ioanni, infra quem probaret ꝓmotionē Borchardi, alioquin quòd imponeret ſibi ſilentiū,& probat dictus Ioan.dictā cōfeſsionē per proceſſum dicti executores habētis teſtes,& no. in quo narrabitur dicta confeſsio, & per notariū productū in cauſa, qui ſuper hoc clare depo nit,ſufficit hæc probatio ad dictum finem, cum iſte articulus, qui non eſt niſi præparatorius, ſuper quo principaliter nō agitur,nec eſt pronuntiandū ſuper eo,non requirit probationes ita arctas.ff.ad exhi.l.iij.§.ſciendū. a & §.ibidē.& quod not.Innoc.de uerb.ſig. ueniēs de notario &c. tamē quia magna fides adhibetur ei, cui committitur aliquod negotiū extra iudiciū expedien dū, cum ſuper illo negotio refert:ut not.Inno. de fide inſtru. c.j.in fi.pen.gl.& Comp.de elec. ſtatuimus.col.iiij.uer.item quęritur.de quo per Io.An.de proba.poſt ceſsionem modo dictus executor in proceſſu ſuper hoc extra iudiciū per eum agitato hoc fatetur, & narrat, ꝙ ſit iſte proceſſus actus extraiudicialis. per not.Inno.de prę ſump.c.fi.& gl.de offi.deleg.c.uno. in clem. Item,ꝙ notarius cum teſtib.qui dicit ſe omnibus cum teſtib. interfuiſſe in inſtrumēto proceſſus probare uidetur, ꝙ omnia ſimul,& ſemel facta coram teſti a bus, & rogato notario eſſe dicuntur.Et ita non ob.not.Innoc. c.quoniam. contra falſam aſſeſ. ui.Aegidius.

¶De reſcriptis. Rub.

Concluſio CCCCCLXIX.

CONCLVSIO, ꝙ parti, cuius cauſa fuerat in receſſu domini noſtri de Auinione ibidem cōmiſſa in Auinione,& quæ obtinuit à d.N.nihilominus eam hic cōmitti,pro eo, ꝙ aſſeruit acta eſſe hic, & etiā regiſtra papalia,per quæ uolebat ſe iuuare, ſufficit hic eſſe notarium cauſæ cum ſuo prothocollo, [a] qui uult facere regiſtrū, quod nondū fuit inceptū, & quod producat de dictis unū ſumptū gratię ſuæ,in qua ſe fundat.Ratio primi,quia ꝓthocollum cēſeretur acta, cum alia nō ſint, potiſsime ſi redigantur in modum actoris.Ratio ſecundi, quia hoc caſu ſecūdū dominos plurale reſoluitur in ſingulare. Item, ꝙ regiſtra etiā in plurali dicūtur illa de quibus ſumptum fuit illud, & quia talia notantia ſurreptionem debet magis per partē opponi,quàm à iudice ſuppleri.Item fuit obtētum,ꝙ audi tor, cui eſt facta dicta cōmiſsio: uocatis uocandis,&c.poteſt,& debet ſimul mittere iudici deputato in Auinione intimationem habētem uim inhibitionis cum citatione.

¶ Cum ſuo prothocollo. *Quomodo liceat notario, ſeu tabellioni ampliare*

pliare uerba prothocolli, seu abbreuiare cum ea redigit in publicũ instrumentum, uide Specu. in ti. de instrum. edit. §. ix. uer. item opponitur contra rescriptum.

¶De testibus. Rub.

Conclusio CCCCCLXX.

CONCLVSIO, ꝙ licet procurator in termino ad producendũ omnia reuocatus non sit, in eadem instantia ꝓ domino alias sit bonus testis. de testi. c. ij. lib. vj. tamen quo ad probandum pertinentiã collationis, super qua directe nõ agitur, nec pronuntiandum existit, & quæ per consequens non requirit probationes ita arctas, sufficit cum dispositione clausula dicti procuratoris in testem, per dominũ producti probatio cõmunis opinionis, & famæ: maximè, si prætensus collator habito ad eum recursu super exceptione apostolici prouisi illum recepit, & admisit. quòd intellige si aduersarius negantẽ huiusmodi collationis pertinentiã non habeat, aliàs secus. dominus Nico. aliqualiter dubitauit, sed satis consensit post.

¶De exceptionibus. Rub.

Conclusio CCCCCLXXI.

QVOD si V. possessor in data [a] secundus contra Nico. in data primum, & actorẽ utroque docente de iure suo obiicit a de consumptione gratiæ suæ in termino, quòd post gratiã Nico. de anno domini M. ccclxx. de mense Ianuarii anno. xxv. diem eiusdẽ mensis uacauit beneficiũ aliud, quàm illud, de quo agitur quòd nõ uacauit, nisi postea de anno. lxxj. Et quòd ipse Nico. dictum beneficium acceptauit de anno domini M. ccclxx. xxv. die mensis Ianuarii post terminum, attendẽs, quòd si articuli prædicti ad eandẽ anni reputationem referantur inter uacationem, & acceptationẽ fuit quasi annus, declarat post terminum dictos articulos dicens, quòd primũ articulum intelligit, & declarat secundũ computationẽ ab incarnatione, & secundum articulum secundũ computationem à nati uitate, & producit instrumentũ publicum probãs dictã acceptationem per ipsum Nico. factam fuisse de anno ab incarnatione domini M. ccclxx. xxv. die Ianuarii, dictũ instrumentũ coadiuuans reddit dictam materiam cum dictis suis declarationibus admissibilem: quia nedum tollit odium, & præsumptã calumniam materiæ obiectiuę prædictæ, imò secundũ aliquos probari uidetur: imò secundum omnes probat, saltẽ quo ad effectum ad soluendũ dictũ V. possessorem ab impetitione dicti Nico. actoris.

¶In data. *Adde, quòd data anterior literarũ facit regulariter literas præferri exceptis tribus casibus. Fel.*

late in c.capitulum.ij.col.uersi.literæ priores.de rescrip.Et an,& quando attendatur tẽpus datæ,est regula affirmatiua cũ sex nouis fallentijs, de quibus per eundem in c. eam te.in antepen.col.in uer.tẽpus datæ.eo.tit.

¶ De exceptionibus. Rub.

Conclusio CCCCCLXXII.

NON obstante cõclusione suprà præcedente si V. cõtra N. deducens in causa beneficiali primò obiectũ surreptionis:secudo obiectũ consumptionis,& de inductione primi obiectus dedit de uacatione C. ecclesiæ, quæ est sibi necessaria ad deductionẽ secũdi obiectus sufficit: licet in deductione secundi obiectus, dictã uacationẽ dispositiue non deducat: maximè si generaliter saltẽ se ad illã referat, & post primã materiam dedit ad omnẽ modũ, quòd sic se referendo ad illam cũ uidetur repetere,& ita satis aduersarius certificare,& specificare.

¶ De concess.præben. Rub.

Concl. CCCCCLXXIII.

CONCLVSIO, si expectans cum adiectione mensis probat gratiam, processum,acceptationẽ, prouisionẽ,collationis pertinentiã, & uacationem sufficienter probat, etiã si sua probatio uacationis ad mensem prædictũ, uel tempus dictę acceptationis nõ percutiat.Ratio primi,quia acceptatio præsumitur facta infra mensem.no.Inn.de concess. præben. c.j.li.vj.& Pau.in cle.cũ ei quem. Ratio secundi,quia prosequẽdo litẽ acceptat.ar.de concess.præben.c.unico.in fi. in cle.& ita locus est suprà proxi.dicto.

¶ Ad idem. Rub.

Concl. CCCCCLXXIIII.

CONCLVSIO,quòd dicta præsumptio, uidelicet quòd acceptatio facta fuerit infra mensem, habet locũ,si de tali acceptatione detur contra impetrantem per modũ obiectus ad probandũ cõsumptionem gratiæ suæ secundũ dominum Nico.ratio sua,quia dictus mensis non currit à uacatione, sed à tempore notæ publicę uacationis in beneficiis. ut clem. una.de concess.præben.in fi. Caue,quia non dicit, quòd nõ currat impetranti à tẽpore,quo sciuit beneficium esse uacans. sed interpretatur impetrantem non prius scire currere,ergo si sciret antè,qa solũ in incertis locus est coniecturis.ff.de uerb.obl.l.continuus.§.cũ ita.Sed non ob.huic deductioni,scilicet nec solũ infra dictũ tempus, sed ante à tempore uacationis põt acceptare. nisi ergo cõstet de publica notitia uacationis in ecclesia,quęri nõ debet, an acceptauerit infra mensem, quia primo debet constare de mense, quàm quæri quid actum fuerit infra illũ mensem, & de his quæ non sunt, &

non

non apparent idem est iudiciū, &c.ff.de contrahen.emp.l.iij. cū igitur ad efficaciā acceptationis mensis nō sit necessarius,sed ad tollendā huiusmodi efficaciam acceptationis nedum ex natura mensis imò eius lapsus necessarius,ergo nō excipiens de acceptatione, sed replicandū de mē sis lapsu ante mēsem, & mensis existentiā probari habet secundum eum, quod subtile dictum & prima facie mihi placet, licet quibusdam dominis nō placet. ¶De proc.& de uer.sig. Ru.

Conclusio CCCCCLXXV.

PROCVRATOR deputatus ad causas motas,& mouendas,duntaxat deuolutas,intelligitur deputatus ad causas, quæ tpe, quo mouebantur erāt deuolutæ:qa determinatio adiecta certo determinabili,cuius effectus refertur ad incertū tempus futurū importat tēpus suū, & referri debet ad tēpus sui determinabilis.probat cle.si de beneficio.de præb. & de uerb.sig. sicut.li.vj.cū ibi no.super uerbo, cōmēsales.p Io. An.in nouella.

¶De iudiciis. Rub.

Conclusio CCCCCLXXVI.

SI impetraui causam cōmitti super beneficio contra Ioan. possessorē cum potestate citādi ad partes, & executus fui citationē in ecclesia, de qua agitur *in* personā P. se dicentis procuratorē dicti Io. & nomine procuratorio petentis, & recipientis copiā dictæ citatiōis, de quo constet in actis,ꝙ erat constitutus per dictum Ioan.procurator ad causas motas, & mouendas dūtaxat,tamē ad deuolutas etiā super beneficio, de quo agitur, ualet executio.ratio,quia procurator erat legitimus ad causam istam per conclusionē supra posità. Nam cōmissio facta de speciali mādato papæ cum potesta te citandi,deuoluit causam tractandā ad curiā,licet citatio effectū non operetur.Modo cle.causamq;.de elec.dicit,ꝙ sufficit facere intimationē in personā ꝓcuratoris legitimi.Iste uerò fuit legitimus,& onus assumpsit, ut præfertur. licet secus secundum dominū Nico.si non constaret, ꝙ onus assumpsisset.per c.licet. de proc.lib.vj. in quo multi decipiuntur secundum eum, & ita non sufficeret hoc casu producere procuratorium,nisi proba retur assumptio oneris.

¶De iudicijs. Rub.

Concl. CCCCCLXXVII.

ETIAM si executio proximè dicta fuisset facta solū in personas possidentiū pro dicto Io.dictū beneficiū, & in beneficio ipso, uidelicet in ecclesia parochiali curam animarum habente, & dictæ personæ literis citatoriis citātes spoliassent, & eum uulnerassent, sufficeret, licet non sit facta in personam

propriam, uel procuratoris, nec in ecclesia cathedrali. tum quia feciſſe uidetur citãdus, ſeu alius pro eo, quo minus aliter citari potuiſſet. tum quia nõ eſt ueriſimile, quòd illa feciſſent, niſi ali quod mandatũ habuiſſent, uel aliàs aliquid de uoluntate dicti Io. ſciuiſſent. tum quia imputatur Io. quia nõ contradixit, nec mandauit poſtea. ut li. nõ cõteſt. c. j. tum quia ueriſimile eſt, quòd dicti ſpolian. notificarũt ipſi Io. in cuius fauorem hoc fecerunt. Et ita ſemper eſt locus dictę cle. cauſam quæ.

¶De reſti. ſpo. Rub.

Concl. CCCCCLXXVIII.

a SPOLIATVS[a] ad colorandum titulum producens prouiſionem prętenſi ſubexecutoris ſine gratia, & proceſſu, ac ſententiam diffinitiuam adiudicatoriam pro eo contra aliũ in palatio latam, & executoriã ſuper eo emanatã, ſufficienter titulum colorare uidetur. quia non eſt ueriſimile ad obtinẽdum in palatio pro ſe ſententiã adiudicatoriam contra quemcunque, niſi docuiſſet de iure ſuo. quia palatium non ſolet adiudicare ex ſola confeſsione aduerſarii, propter not. gl. in c. eum qui. de eo qui mit. in poſſ. libro vj. licet quo ad petitorium non ſufficeret hæc probatio. quia nõ exemplis, &c. C. de ſen. l. nemo.

a ¶Spoliatus. *Nota, quòd ſpoliari dicitur qui priuatur per ſententiã. extra. de pac. c. cum clerici. Et nota. per Hoſt. de reſtit. ſpol. c. conquerente. & an ſpoliatus per iudicẽ ſit reſtituendus: uide Goffr. de reſtit. ſpol. in ſum. §. generaliter. & ſequen.*

¶De uerbo. ſigni. Rub.

Concluſio CCCCCLXXIX.

SI AGENS ſuper uicaria certa certæ eccleſiæ: in primo articulo deſcribit quatuor uicarias, & in omnibus ſequentibus articulis determinat ſe ad unã earundẽ, nõ deſcribẽs eã alias, quàm dicẽdo: dicta uicaria, &c. intelligitur, & ſemper cenſetur per hæc uerba: dicta uicaria, &c. de uicaria, de qua agitur, & non de alia, quia de alia non agitur. & ſermones ſunt inquirendi iuxta materiã. ff. loc. & cõduc. l. ſi uno anno. & maximè, niſi articuli ſint de iure partis: licet idem ſatis credere in materia obiectiua per prædicta.

¶De his qui ui. Et de iure iuran. Rub.

Concluſio CCCCCLXXX.

IVRAMENTVM de quo loquitur l. C. ſi quãdo. C. unde ui. & c. ſuper eo. extra quòd metus cauſa. non concernit probationem uiolentiæ, uel doli, ſed ſupponit eam probatam, & ea probata concernit damni æſtimationem, & nihilominus in cauſa beneficiali non probaret literarum probantium titulus amiſsionẽ ad effectum adiudicationis

cationis faciendę uiolentiã poſſo, licet aliqui dicerẽt, quòd quo ad effectũ abſolutionis ab impetitione ſecus eſſet. Primũ eñ, ui delicet adiudicatio ratione præiudicii aduerſarii, quòd operatur cofeſsio non fieret. no. gl. c. eum qui. de eo qui mit. in poſſ. lib. vj. Secundum uerò tendit ad præiudicium ſpoliantis, uel doloſi, in quo fundãt ſe dicta iura.

¶ De appellationibus. Rub.

Concl. CCCCCLXXXI.

LICET uelit Cle. cauſam quæ. procurari nõ poſſe fieri intimationem, niſi ſit ſpecialiter deputatus ad cauſam, tamẽ non procurator appellationem interpoſitam per dominum bene poteſt aduerſario intimare. probat glo. antepen. dictæ Cle. cauſam quæ. Nec obſt. alia gl. ſũ per uerbo ſpecialiter. quæ incipit: approbat opi. ad fi. eiuſdem glo. quia intelligenda eſt de appellationis intimatione interpoſitæ non per dominum principalem, ſed per procuratorẽ: quia aliàs contradiceret fini Cle. & antepenul. glo. in fine.

¶ De app. Et de procur. Rub.

Concl. CCCCCLXXXII.

LICET in cauſa beneficiali[a] per appellationem de partibus ad curiã legitime deuoluta, proceſſus neceſſarius per partes principales ſine colluſione legitime, & iudicialiter agitatus obſit abſentibus, quorum intereſt. Secus tamen, ſi partes principales iudicialiter proceſſum nõ fecerint. quòd appareat, etiam ſi eis petentibus, & conſentientibus auditor cum interpoſitiõe decreti mandauerit, & fecerit fieri regiſtrum ſine magna parte proceſſus ſuper quibuſdam copiis, ſeu ex eis. ſic no. Inno. ut lit. non cõteſt. c. j. de hoc, q̃ procurator nõ neceſſariò, ſed uoluntariè agit, quia nõ noceret domino. facit ff. de pet. hære. l. qui repudiãtis. §. fi. cũ cõcor. ff. de euic. l. ſi ideo. C. de peri. & cõmo. rei uẽdi. l. j.

a

a ¶ In cauſa beneficiali. *Nota, quòd cum tex. dicat cauſa beneficialis. extra. de cleri. non reſi. c. conquerente. indiſtincte eſt intelligendũ ar. extrà. de præben. c. maioribus. Adde, quòd eſt intelligendũ de beneficio ſpirituali. Secus ſi eccleſia dediſſet alicui clerico uel laico aliquod beneficiũ tanquam benemerito ad ſuſtẽtationem. xvj. q. j. poſſeſſiones. & q. vj. illud. Et tale beneficium non requirit reſidentiam.*

¶ De reſcriptis. Rub.

Concl. CCCCCLXXXIII.

LICET uſus palatii apoſtolici habeant cõmiſſ. auditoris ſine ſpeciali mãdato impetratas per non procuratorẽ ualere, hoc intelligitur, ſi per illũ nomine cuius fuerũt impetratæ, poſtea approbatæ fuerũt tacite, uel expreſſe: puta quia earũ uigore illi poſtmodũ proceſſerint. per l. licet. ff. de iud. alle. no. de reſc. c. nõnulli. Ratio, quia talis iudicis

cis cõfessio facta absenti nõ ualet, quousq; ipse sciuerit, & acceptauerit. per Inno. in c. quia cunctis. de concess. præben.

¶ De rescriptis. Rub.

Concl. CCCCCLXXXIIII.

CONCLVSIO, quæ sequitur ex præcedenti, quòd si nomine meo ne a scitur, per quem contra B. fuit impetrata commissio. Primo ad auditorem A. Secundo ad auditorem C. & ego primo approbem commissionem auditoris C. & recusem procedere, & approbare commissionẽ A. eoipso uidelicet ualet commissio facta auditore C. & non commissio facta auditore A. non obstañ. q̃ B. primo processerit coram auditore A. ad multos actus, quia ex processu ipsius non fuit ratificata commissio nomine ipsius non impetrata, sed ex processu a mei facto coram auditore C. ualidatur commissio facta ipsi auditori C. per prædicta.

¶ De rescriptis. Rub.

Concl. CCCCCLXXXV.

IN CAVSA proximæ conclusionis per unum procuratorem meum utraque commissio fuisset impetrata, nihilominus si dictus B. approbauit secundam commissionem comparendo, & petendo copiam libelli, & producendo uerbo aliqua iura, non potest postea reprobare, per regulam, quod semel placuit. Item quòd ualet processus coram secundo factus, si de prima commissione alias tamẽ bona non excipitur, quia utraq; dat iurisdictionem. Nota Innoc. de rescriptis. c. cæterum. & probat l. j. C. de his qui spon. mu. pub. li. x.

¶ De sentẽ. excom. Rub.

Concl. CCCCCLXXXVI.

SI excommunicatus [a] pro re iudicata, puta, quia non soluebat expensas litis, in qua fuerat condemnatus, non est absoluendus, nisi soluat expensas executoriæ, & etiam contumaciæ non parẽdo monitioni executionis, quia reuera istæ sunt expensæ litis, & sequuntur ex ea, & quia casus est de sen. excom. uenerabilibus. §. secus. li. vj. quo ad expen. contumaciæ, & si contrarium fecerit auditor, grauat, & appellatio ab eo interiecta iustificatur.

¶ Si excommunicatus. *An autem excommunicatus possit petere opponendo exceptionem compensationis, si conueniatur? dic, ut per glos. & doct. in c. cum inter. de excep. ubi cõcluditur, quòd si excommunicatus possit consequi agendo id quod uult compensare, non admittitur ad excep. Secus si non posset id consequi agendo.*

¶ De consuetudine. Rub.

Concl. CCCCCLXXXVII.

NON ob. c. nulla. c. ulti. c. ne captandæ. & c. detestanda. de concess. præben. potest ualere cõsuetudo, quòd cap. eligat ex sua ordinaria potestate canonic

nicos,& huiusmodi canonici sic electi secundum ordinem suæ receptionis acceptent minores præbendas uacañ.& quòd cap. præbendam acceptatã acceptanti debeat assignare,quia consonat iuri communi:ut de pręben. dilectus.j.& ij.& c. inter cætera. & c.relatum.de concess.præben. cum super.

¶De præben. Rubri.
*Cõcl.*CCCCCLXXXVIII.

SI DVO fuerint sic recepti, uidelicet A. primo, & B. secundo,& vterq; postea præbendam uacantem acceptauerit,& capitulum præbendam huiusmodi sic acceptatam A. primo assignare denegauerit, & eam B.secundo recepto assignauerit, ualet assignatio facta ipsi B. nec potest A. contra ipsum B. super dicta præbenda agere:sed agat,si uult contra capitulum. c. dilectus.j.& ij.& c.cũ super,alleg.supra proxi.ubi casus est suppositio fine suæ ultimæ glos.& c. inter cætera.& ibi not.per Inno. Hosti.Ioan.And.& omnes breuiter doc.Item dominus G.fundabat se super dicto Inno.Host. Io.And.in c.de præben. dilectus ij.super uer.recipi. & per Archi. si postquàm.super uer, ius. addens,quòd canonicatus receptio præbendam afficit.de rescriptis. tibi qui. de præben. eum qui. hi qui.& si postquàm.& c. dilectus. alleg.Sed ista magis faciunt contra eum,quia loquuntur de receptis solum authoritate apostolica.Sed d.Guil.contra, quia contra,quia cõsuetudo optionis tantum ius dat canonico præbendam optandi,quia collatio alteri facta de eadem præbenda nõ ualeret.alle. lecta & no.de consuetudine.c.cum in tua.lib.vj. ergo dicta consuetudo acceptandi idem operabitur, cum acceptatio non sit,nisi quædam optio secundum no.Hostien.& Io. And. in c.cum in multis.in fi.de rescri. lib.vj.& respondet ad c. super.& c. dilectus. quòd ibi erat solum uinculum iuris communis, hic ultra.consuetudo hæc nimis me mouet,quia aut dices,quòd non potest ualere talis consuetudo, & tunc ob.quæ dicta sunt in conclusione proxi.præcedeñ.& etiã obstare uidetur c.cum in tua.alleg. Aut dices, quòd ualet consuetudo,& tunc statim sequitur, quòd prouisio facta contra talẽ consuetudinem cassa est ipso iure per regulam,quæ contra ius. cum concor.uel saltem cassanda per c.cum dilectus.de consue. & c.Cumana.de elect.& c.cum ecclesia.decau.pos.& proprie.Sed tollebat hoc responsum do.Nico.per hoc,quia si sic,&c. tũc esset uera expectatio præbendæ uacaturæ,quòd in eisdem,nisi in canonicis iam prouisis, & præbendatis, de quibus non præsumitur, quòd essent ita ardentes

ad

ad excogitandum in mortem uiuentis, sicut de nullo modo prouisis. Item quia secundum aliquos ibi non est mutatio tituli, sed redditũ, corpore præbẽdæ remanente. eo. tit. præbendali. secundũ alios si mutatio est, uel fit in uim primi, uel fit authoritate iuris. Nec ob. de collatione canonicatus, quia ille canonicatus est supernumerarius, nec præbendam afficit, licet habeat aliquos effectus, iuxta lecta, & no. de cõstit. cũ M. tamen d. F. & B. dubitarunt. Alii uerò erant clari omnes.

¶De consuetudine. Rub.

Concl. CCCCCLXXXIX.

LICET consuetudo, de qua loquitur c. dilecto. de offi. Arch. recipiat extensionem, [a] prout ibi le. & not. præsertim per Innoc. tamẽ secus de possessione recenti per alios ueraciter ignorata, & in paucis obseruata, ut probat discursus glo. Inno. in c. dilecto. præsertim ubi non agitur de cõsuetudine, sed de præscriptione inducenda. secundũ ibi no. Itẽ dixi possessionem recentem requirere colorationẽ tituli propter præsumptionẽ famæ malæ, propter not. Innoc. de in integ. resti. c. ij. glo. per monachum. ad finem.

a ¶Recipiat extensionem. *Extensionis materiam uide per Bar. in l. si constante in vij. q. ff. solu. mat. & in auth. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. in quibus locis uide etiam per alios scribentes.*

¶De procuratoribus. Rub.

Conclusio CCCCCXC.

SI PROCVRATOR habens potestatem unũ, & plures substituendi, & reuocandi, reassumendi, & rursus substituẽdi, substituit primo Albertũ, secundo Bernardũ sine protestatione, tertio cõparens in causa cum protestatione [a], quòd non intendebat substitutos suos reuocare, & appellauit, & termino sibi statim statuto ad dandũ apostolos statim Goffridũ sine protestatione substituit: per Goffridi substitutionem non uidetur Alberi. uel Bern. reuocatus, quia quæ incontinẽti fiunt, ineſſe uidentur. ff. si cer. pet. l. lecta. §. dicebam. Modo præcedebat immediate protestatio de non reuocando, ergo, &c. Itẽ quia ex proxime præcedenti uoluntate colligitur uolũtas in sequẽn. de præsum. ex studiis. maximè, quia non facilè præsumeretur, q̃ uno eodem momento fuisset contra uoluntatem, uidelicet nõ reuocandi, & reuocandi, licet si primo cum dicta protestatione, uidelicet nõ reuocãdi appellasset, & tunc de iudicio recessisset, & post hæc reuersus ex interuallo ad iudicium Goffridũ sine protestatione substituisset, forsan

a

cont

contrarium diceretur pro eo, quòd iterum uolũtas esset mutata, seu esse posset secundũ aliquos, sed quòd in alio proximo casu ita subito mutata fuisset nullus diceret.

a ¶ Cum protestatione. *Nota, quòd protestatio nihil aliud est, quàm animi agentis expressio extra. de regula. c. cõsulti. ff uti possi. l. si duo. & multa notanda, & singularia de protestatione uide per Bald. in suis singul. in uersi. protestatio.*

¶ De præsumptio. Rub.

Conclusio CCCCCXCI.

RETENTO themate cõclusionis proximè præcedentis, per dictã protestationem nedum declaratur uolũtas uolendi reuocare Albertum primo substitutum, imò etiam declaratur uoluntas de tempore substitutionis, & Bernardi, quòd tunc per eam noluerit dictum Albertum primum reuocare, quia ex conclusione proxima præcedenti colligitur, quòd ex dicta protestatione colligitur, quòd nedũ per comparitionem, imò personæ tertiæ substitutionem non intendebat reuocare nec primam substitutionẽ, nec secundã. Modo ista sequens uoluntas etiam præsumitur fuisse in præcedentibus actibus, maximè cùm aliàs frustra fieret protestatio, quia non ponuntur alii substituti, nisi dicti duo Alber. & Ber. sicut enim ex præcedentibus uoluntas trahitur ad sequẽtia. de præsum. ex studiis. ita trahitur ex sequeñ. ad longe præcedentia, ut patet. C. ad l. Iul. de adulte. l. si qui adulterii. cũ quatuor concor. ibi alleg. in gl. Nec mirũ, quia tota ista materia procedit ex præsumptione, & coniecturatione uoluntatis. ut de procu. c. si quem. lib. vj. & per cõ sequens facile per præsumptionem, uel cõiecturam contrariã tolli potest, ut not. Innoc. de eo, qui fur. or. rece. c. innotuit. in fi. Et si alii ponerentur substituti, ad quos protestatio referretur, deberet allegari per partem, & aliàs præsumeretur fraus, & facit, quia præsumitur in secunda substitutione dicta protestatio fuisse omissa, cũ hodie præsertim per notarios audi. in incur. semper consueuerit poni, & per hoc saluatur unus magnus processus, & sumptuosus, &c.

¶ De rescriptis. Rub.

Conclusio CCCCCXCII.

SI PROCVRATOR abbatis deputatus ad agendum contra episcopũ, uolens ualidare processum obtinuit etiã commissionem specialem contra capitulum, & illud citari fecerit, & suspendi pro contumacia, uidelicet suspẽsio iuris, quia eam per primã commissionem etiam contra capitulũ extende-

bat,

bat,secundū quosdā per c.edoceri.de rescrip.& si nō per primam,tamē per secundam.Itē licet capitulum prælato defendē te non teneatur uenire ad causam,sed sufficit,quòd præstet cō sensum in causa ardua prælato agente.per c.edoceri.Et ibi not. per Inno.tamen quia pro multis causis potest dirigi actio contra capitulum,quæ possunt sub cōmissionis generalitate comprehendi,& quia commissio secunda expresse dirigitur cōtra capitulum,& quia capitulū expresse uocabatur, negari non potest, quin capitulum debuerit cōpare re causam allegaturum saltem, quare ad prosequendū compelli non deberet.per l.si quis ex aliena.ff.de iudi.& l.ex quacūq;. ff.si quis in ius uo.nō ie.Nec ob. quòd impetrans erat simpliciter cōtra episcopum cōstitutus,quia probat c. edoceri. allega. quòd per hoc uideatur satis contra c. constitutus.imò per præmissa satis domini concordabant,quòd dicta suspensio erat iusta,sed saltem negari nō potest,quòd fuerit aliqua.quia lata à iudice cōtra partē iniuste tenet.not.in c. sacro.& c.Romana.de sen.ex.

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio CCCCCXCIII.

VNVM modicum impedimentum restituit terminū decem dierum datū per iudicē à quo fertur diffinitiua,à qua appellatur ad appellationē prosequendam ad dictū terminū ipso iure:utputa,quia una hora congrua quæsiuit dominū Pōtium, qui signat commissiones,& nō potuit reperire congruo loco, &c.Ratio est,quia ita est in termino dato à iure.no.Innocē.de appel.ex ratione.Igitur idem est in termino dato ab homine,qa ista æquiparātur.Præterea,quia non datur hoc tempus ad complendum,sed datur ad aliquā diligētiam faciend.modo per hoc probatur diligentia.

¶De cau.pos.& proprie.Ru.

Cōclusio CCCCCXCIIII.

LICET possessio,& communis reputatio actoris mei mihi regulariter sufficiāt,quia super iur.actoris principaliter non est pronuntiandū. Fa.no.Cy.post Pe.C.quę sit lon. consue.l.ij.in iiij.articulo uersus finem secundæ quæstionis illius articuli quarti.per Inno.de uerbo.signi.ueniens.de notorio.& fa.not.in capi.j.de reg.iur.lib.vj. in fin.ulti.gloss.& l.siue possidetis.C.de probatio.de sent.excom.c.si iudex.li.vj.cum ibi no. per Ioan.mo.tamen illud intelligitur de possessione aliquandiu cōtinuata:secus uerò de minus recenti,quia illa sine titulo minus euidenti non potuit causare ita cito talem communem re

reputationē, quæ deberet ſufficere iſto caſu poſſeſſori. hinc eſt quòd licet primo caſu poſſeſſor dignitatis agens contra creditores non haberet docere de titulo, ſi ſibi negaretur: ſecus tamen in caſu ſecundo. not. Inn. de con. præbend. c. quia cunctis. in gloſſ. cum plures. uer. ſi uero contra alios agatur. & quòd coadiuuant no. per Inno. de reſtit. ſpol. c. in literis. in gloſſ. magna poſt princ. primæ coll. & qđ me. cau. c. ij. §. per monachos. in fin. Fa. no. per Inn. de eo qui fur. or. re. c. innotuit. & de præſu. illud.

¶De proba. De teſti. Rub.

Concluſio CCCCCXCV.

VBI ius actoris de neceſſitate & uere probādum non poteſt deſcendere, niſi ex uno titulo, puta, quia per literas apoſtolicas in forma cōmuni prouiſum, & in poſſeſſionem inductus, non ſufficit, quòd teſtes dicant, quòd literas uiderunt & proceſſus, & uiderūt earum uigore dari poſſeſſionem, niſi de prouiſione effectus literarum, & purificationis earū ipſi deponant: quia aliter non poſſunt reddere bonam cauſam.

¶De probationibus. Rub.

Concluſio CCCCCXCVI.

SI A. contra B. habet probare C. fuiſſe capellanum papæ, & producat gratiam per B. impetratā de beneficio ut uacan. per obitum C. in quibus narratur C. fuiſſe capellanū papæ, ipſe A. probat per hoc ſufficienter capellaniam, quia talis narratio confeſsionem inducit. per no. Io. An. in nouella. c. cum impoſitionibus. de iureiurand. li. vj.

¶De præbendis. Rub.

Concluſio CCCCCXCVII.

NON eſt locus ca. de mulcta. de præben. niſi ſecunda aſſecutio ſit pacifica nedum de facto, ſed de iure: puta, quia non litigioſa, & quo ad hoc approbata eſt gloſſ. Archi. & Ioan. An. poſita in c. cōmiſſa. de elect. lib. vj. allegatur c. dudū. de præben. in ſi. lib. vj. & reprobatur gl. Innoc. in c. conſtitutis. de appel. quod intelligitur uerū, dummodo in limitibus legitimę poſſeſſionis moueatur ſibi lis. per no. per glo. in dicto c. commiſſa.

¶De præbendis. Rub.

Cōcluſio CCCCCXCVIII.

VERBA iſta (ſublata difficultate quacunque) poſita in ca. ſi beneficia. de præbend. lib. vj. intelliguntur de difficultate facti, non de difficultate iuris, & quæ probabilem cauſam haberet, per not. Innoc. de præben. pro illorum. ar. ff. de petit. hære. l. illud. adeò, quòd ſi cauſam probabilem habuit litigandi, etiā ſi per tres inſtantias forte litigaret, locus eſſet recurſui ſecūdum aliquos dominos.

¶De re iudicata. Rub.

Conclusio CCCCXCIX.

SI VIGORE commissionis impetratæ per appellatum post appellationē propter non prosecutionē iam desertam, appellans, & appellatus a processerunt usque ad conclusionem, & tunc auditor instante appellato pronuntiat appellationem desertam, non debet condemnari appellās in expensis factis ex processu habito uigore dictæ commissionis super negotio principali, quia per factum appellati istæ factæ fuerunt: secus si appellans commissionem impetrasset. Et ita consului domino Nicol.

¶De rescriptis. Rub.

Conclusio DC.

SI DELEGATVS apostolicus[a] ad instātiam unius partis altera absente nō per contumaciā in loco, in quo non procedere debebat, causam remisit ad curiam beneficialem, & tanquam remissa commissa fuerit auditori procurator legitimus alterius partis in remissione absentis, ad alterius partis instantiam citatus, & nihil obiiciens, ualet processus, licet de præmissis, ex quibus remiss. nullitas uidetur insurgere, dicta cō missio non facit mentionē, quia talis taciturnitas non nullitatem, sed surreptionem inducit. de rescript. super literis. & debuit pars excipere, &c. sed non fuit ponderatum, quòd sine speciali mandato papæ, uicecancellarius tales causas non deuolutas committere non potest.

¶Delegatus apostolicus. *Nota, quòd delegatus dicitur iudex extraordinarius. C. de dila l. prima & est honorandus, sicut ille, qui delegauit. lxxxiij. distinctio. præcipimus. Sed nō creditur ei, nisi ostendat literas delegationis. xcvij. distinct nobilissimus. & de hac materia delegatorum satis profunda, uide extra. de offic. deleg per totum. & lib sexto. cum ibi notatis per omnes.*

¶De concess. præben. Rub.

Conclusio DCI.

IN CAVSA mea Rotomagen. suppositō, quòd dominus noster in gratiis communibus ordinauit, quòd habēs unicum beneficium xl. libra. secundum communem ualorē, uel taxam decimæ in forma pauperū impetratæ ualent, si Ioan. habēs beneficium cum cura taxatum ad x. impetrauit in forma pauperū faciens de dicto beneficio mentionem, & narrans illud beneficium secundū decimæ taxam ix. lib. nō excedere, gratia sua propter hoc nō est surreptitia, quia non omnia expressa falsa secundum dominos uitiant impetrationes, sed illa sola, de quibus pōt aliqualiter præsumi, quòd

mouere

mouere potuerunt principē sal tem ad facilius concedendum, not. Innoc. de concess. præb. cum nostris. Modo in proposito non potest hoc præsumi uerisimiliter, attenta maxime ordinatione antedicta. ergo, &c.

¶De rescriptis. Rub.

Conclusio DCII.

2 CANCELLARIA *potest oēs causas, quæ sunt de communi iustitia committere, & per consequēs, quòd potestas de absoluendo ad cautelam auditori cōmissa, coram quo pēdet causa per dominum Pontium sine speciali mandato bene ualet, quia illud est de cōmuni iustitia. de offi. deleg. cum contigat. de senten. excommun. per tuas. & c. solet. & c. uenerabi libus. §. secus.

2 ¶Cancellaria. *De cancellaria papæ, uide extra. de rescrip. c. ad hoc sumus. Et quare dicantur cancellarij, nota. per Azo. in summa. de aßeß. §. cancellarij.*

¶De sent. & re iudicata. Rub.

Conclusio DCIII.

DE SENTENTIA lata super desertione diffinitiuæ sententiæ latæ debet tantū recipere notarius, sicut de diffinitiua, quia habet uim diffinitiuæ. not. gloss. quòd uim diffinitiuæ habeat. de app. cap. secundo. & idem in sententia lata super attentatis: fortiori ratione secundum eos suppositā constitutione papę Ioan. quæ habet. quòd tantum debet recipi de sententia uim diffinitiuæ habente, sicut de diffinitiua.

¶De offic. delega. Rub.

Conclusio DCIIII.

CONCLVSIO, quòd licet sit iusta causa recusandi iudicem delegatum super promotiōe mihi facta, quia authoritate ordinaria prouisionem fecit, tamen nihilominus ante exceptionem recusationis, seu suspicionis oppositionē potuit subdelegare. not. gl. de app. à collatione. lib. vj. Aegid.

¶De testibus. Rub.

Conclusio DCV.

CONCLVSIO, q licet procurator, qui est, uel fuit nō possit esse testis in causa. de testi. ij. lib. vj. nec solicitator fortiori ratiōe, quia ille censetur ad causam maiorem affectionem habere: tamē clericus, seu familiaris procuratoris potest bene esse testis, quia nō reperitur esse prohibitus, si bene deponit super causa restitutionis ad appellandum cum iuramento procuratoris receptum supplementum satis sufficit de iure C. l. in bonæ fidei.

¶De cau. possess. & proprietatis. Rub.

Conclusio DCVI.

CONCLVSIO, quòd si commisso petitorio, & possessorio in causa beneficia

li,quod uidetur fieri per ſolam commiſsionem petitorii, de poſſeſſorio tamen mentione non facta,nec appoſito uerbo excluſorio,tenet.arg.c.de iud.l.nulliter.cum ibi no.nec ob.C. de nego.geſt. l. fi. Ferat auditor definitiuam in poſſeſſorio ſolo,pro eo,quòd petitoriũ erat ſuſpenſum,& ab illa appellatur, ac cauſa appellationis huiuſmodi, & negotii principalis de petitorio expreſſa mentione non facta committatur alteri auditori,coram quo ille, qui contra ſe habuit ſententiam in poſſeſſorio, altera parte cõſentiente,renuntiat dictæ ſuſpenſioni per eum in prima inſtantia factæ, & ſeruat terminos in utroque, & ualet proceſſus:licet aliqui contra. Ratio eſt, quia licet commiſsio facta ſuper appellatione à definitiua interpoſita etiã deuoluat negotium principale ſic, ſcilicet quòd adiectio negotii principalis in ea facta ſuperfluit, hoc intelligitur uerum,dummodo nõ reperiatur ſeparatum aliquod principalius negotium à negotio appellationis. Tunc enim, quia non reperitur,quod adderet illa adiectio, non mirum ſi nihil addat,ſed ubi reperitur aliquod aliud negotium, quàm appellationis principalis, tũc quia reperitur quod addat, non mirum ſi addat, ſicut in caſu, quo ſuper certo grauamine ante ſententiam appellatur, & committitur cauſa grauaminis,& negotii principalis. Modo ita eſt in propoſito,quòd licet petitorium, & poſſeſſorium ſint duæ cauſæ ſe quaſi non contingen.argu.ff.de acquiren. poſſ.l. naturaliter. §. nihil. tamen facta relatione de una ad aliam petitorium principalius eſſe cenſetur, quia trahit ad ſe poſſeſſorium. de cau. poſſ. cum eccleſia.& ca. cum dilectus. Et facit,quia commiſsiones latè ſunt interpretandæ in curia. per not.Inno.de reſcrip. c. ſuper literis.Caue tamen, quia non intelligo hoc caſu fuiſſe commiſſum auditori ſecũdo negotium principale, niſi in euentum: uidelicet in caſu, quo pronuntiaret per primum ſuper poſſeſſorio male fuiſſe pronuntiatum, quia in illum ſolum caſum perderet iuriſdictionem, uidelicet cum grauat, nec aliter ſuper nõ expeditis eſt ſibi iuriſdictio auferenda.de appel. ut debitus. & c.cordi.cum ſimilibus.Et licet illa iura loquantur cum appellatur ante ſententiam, tamen hoc caſu obtinere debent,quia ratio in utroque caſu eſt uniformis. ar.ff.de fonte,l.unica.de transla. inter corporalia.cum ſimilibus. Sed diceres: ergo proceſſus nõ ualuit contra concluſionẽ. Probo, quia quæ fiunt uigore diſpoſitionis conditionalis, conditione pendente non ualent.

ff.de

ff.de condi.insti.l.si quis ita hæredi.uel lega. & de concess.præben.cũ ei quem. in cle.j.responso.Sed respondeo, quòd hoc casu alia ratio format pactum:puta,quia cum articulus grauaminis, & negotiũ principale simul auditori committuntur partibus ambabus consentientibus, potest auditor omittere articulum grauaminis,& procedere in negotio principali. ar. de appella. cordi.libr.vj. cum ibi notatis. Et ita seruatur. Modo ita fuit in proposito,& premissa omnia dixi, quæ finaliter dominis omnibus,ut uidebatur,placuerunt.Et ita fuit obtentum.

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio DCVII.

CONCLVSIO,quòd si intentatę suprà proximæ quæstionis sùspendēs nõ renuntiasset sùspensioni, & solum in possessorio fuisset processum,& finaliter fuisset in possessorio [a] sententia confirmata, causa petitorii deberet remitti auditori primo,etiam si auditor primus appellationi à dicta sententia lata in possessorio interiectæ detulisset. Nec obst.c. cum appel.de appel.lib.vj.ij.responso. Ratio est, quia reuera sùnt causæ diuersæ se ipsas non cõtingẽtes,ut de acqui.pos.l.naturaliter. §.nihil.ar.de resti.spo. *in literis*.& c.item cũ quis. Aegi.

[a] ¶In possessorio. *Nota,quòd possessorium iudicium est triplex, scilicet propossessione adipiscenda, retinenda,& recuperãda:ut in c.postoralis.de causa possessionis.in gl.iiij.*

¶De foro competenti. Rub.

Conclusio DCVIII.

CAPITVLVM primum de fo.comp.lib.vj.j. respon so.non habet locum in appellationibus ad legatũ natum, uel de latere interiectis:quia potest adiri per uiã simplicis querelæ.Et ita not.glo.de foro compe.Romana.in vj. & de appella. cordi.eo. lib. Hoc tamen impugnat, & post eum dominus Benedictus, quia licet episcopus, & legatus in iurisdictione concurrant, ut de offi.leg.c.j.tamen [a] præuentio [a] facta per episcopum ademit legato iurisdictionem, ut de fo.compe.c.proposuit.nec appellatio sibi iurisdictionẽ deuoluit, nisi in euentum omittere uerum articulũ grauaminis, & procedere in principali,esset prorogatio quædã,quę requirit consensum iudicis perdentis iurisdictionem,ut c.significasti.de fo.compe.& quæ non potest fieri nisi parte utraque consentiente.ff.de iurisdi.omn. iud.l.si conuenerit. & l. si per errorem. & ff.de iudi.l.j.& l.ij.in princip. Nec sufficere uidetur consensus tacitus appellantis. per not. Innocen.de offic.delega.prudentiam. Sed præmissis ad pauca respicientibus in scholis uide-

rentur forsitan collecta, tamen de iure non ualerent, & omnibus aliis dominis displicuerũt. Primò quidem non est uerum, quòd præuentio adimat iurisdictionem alias habenti ipso iure, licet exceptionem paret contra præuentum. Nec c. proposui sti. loquitur in casu isto, sed loquitur, ubi appellatione probabili præuẽtus uult recedere altera parte inuita. Et c. significasti. a loquitur in prorogatione alias non iudicis proprii. hic secus, & hic utraque pars consensit. quia appellans appellando cõsensit, nec potest à consensu huiusmodi resilire. ut c. cordi. & gl. Inno. in c. prudentiam. loquitur in errante, sed in sciente secus. Ita ꝙ omnia prædicta fundamenta Lapi sunt falsa.

a Præuentio. *Nota, quòd præuentio inducitur per litis contest. in c. penul. de fo. competen. quod uerum est, nisi alter sit impeditus cognoscere. Bart. sing. in l. si maritus. in §. j. de adulte. Inducitur etiam quandoque præuentio per citationem, quandoque per libellũ, & quandoq; per sententiam. uide Bar. plene in l. si plures. de leg. j.*

¶De præbendis. Rub.

Conclusio DCIX.

a IMPETRANS beneficium uacans, a tanquam per mortẽ Titii, non sufficienter probat Titium habuisse ius, solum producendo supplicationẽ per papam de huiusmodi beneficio signatam ipsi Titio, quia non probat hoc esse, &c. C. de proba. l. ad probationem. & l. neque natalis. Modo possibile est, ꝙ literę in can. non potuissent expediri, uel cũ aliis clausulis restrictiuis fuissent expeditæ: uel ꝙ ille repulsus fuit in examine: uel quòd non per modũ prouisionis, sed per modum mandati de prouidendo transiuissẽt.

¶Beneficium uacans. *Beneficium impetrans uacaturum tenetur de sui receptione in canonicum, & in fratrem facere mentionẽ. extra de præbend. in nostra. Si autem impetrat uacans, non, ut not. eod. c. per Innoc. quod est notandum.*

¶De præbendis. Rub.

Conclusio DCX.

LICET palatium teneat hanc opinionem, quòd impetrans gratiã de beneficio, tanquam de uacante per certum modum in personã Titii, uel aliquo quouis modo præterquam ipsius Titii obitũ, uel aliquem modum, non potest habere, nisi contingentem in personam Titii: tamen si impetrans per obitum Titii, & post timens, quòd uacaret per obitum Seii, nec aliàs, nisi per mortem Titii uacassẽt, & reperiatur uacare per contractum matrimonii ex persona Meuii, per quem modum in secunda data sequen. & etiam cofirmationem aliis impetrauit. Primus ius habet

bet uigore dictæ confirmationis secundum dominum Nico. cui tunc prima facie assensi. Sed alii omnes contra. Ratio nostra fuit, quia pro eo, quòd de altero modo uacandi ratione personarum in præcedenti narra. confirmationis fiebat mentio, ad talem modum alternatiue cõcessio, seu conclusio confirmationis se referre debebat: maxime quia hic non fuit clausula, præterquam per obitum: & maxime quia fuit alia exceptio, uidelicet dummodo non uacaret per assecutionem authoritate literarum apostolicarum. Sed in primo casu ibi non fiebat mentio, nisi de una persona, & refereba tur exceptio solum ad illam. Et ita uidebatur, quòd etiam ad illam solam deberet referri regula. Quanquam tamen in primo casu Ioan. Cal. disputauerit, & contrarium tenuerit. In secundo uero casu omnes alii fuerũt contra, quia sicut per stylum habet restringi generalitas clausulæ ad unicam personam, dum de illa unica facta est mentio, ita deberet habere stylus, quòd si fiat mentio de duabus personis, solum ad illas duas personas dictæ clausulæ generalitas referatur per identitatem rationis, alleg. clemen. j. de præben. cum gl. super uer. & quamuis aliam. allegant l. fi. §. cui dulcia. ff. de uino, triti. & oleo lega.

¶ De probationibus. Rub.

Conclusio DCXI.

LICET capella papæ de iure scripturam non requirat, quia papa, qui capellanos facit, non facit sub bulla, sed mandat eos recipi per camerarium, & tunc camerarius eis receptis per dationẽ cappæ, & rocheti, & birreti eos in matricola inscribi facit inter alios, tamen propter dictã inscriptionem dans articulum de huiusmodi capellanatu, tanquam calumniosus ad probandum per testes non admittitur, nisi doceat de aliquo probabili impedimento, quo impediente de dicta inscriptione fidẽ facere non potest, sicut dicens se priuilegium amisisse, uolens probare tenorem, debet prius probare amissionem, ut c. cum olim. de priuileg. not. ibi per Innocen. in glo. ij. sicut allegans se gratiam specialem à papa sub certa forma obtinuisse, & de narratis dans articulos, petẽs eos admitti ad probandum per testes, non admittitur in palatio ad hęc, nisi producat gratiã, postquam eam potest faciliter de registro habere, nisi causam probabilem alleget, quare eam habere non posset. Et ita seruamus propter præsumptã calumniam. Aegid.

¶ De probationibus. Rub.

Conclusio DCXII.

ACTOR admissus ad probandum huiusmodi capellaniam per testes, forte ex causa

probando cõmunẽ reputationẽ & poſſeſsionẽ, ſufficiẽter nõ ꝓbat, quo ad effectũ deducẽdi reſeruationẽ, & per eã reũ aduerſariũ, & poſſeſſorẽ excludẽdi. Ratio eſt, quia reſeruatio nõ afficit beneficia illorum, qui uere ſunt de iſta profeſsione. Modo poſſeſsio non facit titulum, ut l. habemus. ff. de decur. & à uerita te recipit ſeparationem, ut in to to ti. plus uale. &c. & l. naturaliter. §. nihil. ff. de acquir. poſſ. & de cau. poſſ. cum eccleſia. & c. cũ dilectus. Vbi enim requiritur ueritas cauſæ ad productionẽ effectus, non ſufficit reputatio ſola. Item licet quis reputetur iudex delegatus, cum non ſit, nõ propter hoc ualet eius ſentẽtia. not. Inno. de reſcri. c. ſuper literis. in glo. imò ſiue forſan. circa princ. Nec ob. l. Barbarius. ut no. Inno. in gl. prædicta. tamen hoc adiicit, ꝙ actor habet plene probare. de proba. in præſentia. C. eo. tit. l. actor. & l. contra negantẽ. & ff. eo. l. ij. C. de eden. l. qui accuſare. & C. de re. uen. l. fi. & maximè, dum adiudicationem petit. Sed ſi eſſet reus, & poſſeſſor nõ petẽs adiudicationẽ, ſed abſolutionẽ ab impetitione, forte putarẽ bene, quia huiuſmodi communis reputatio induceret præſumptionem, quę uoluerit onus probandi in aduerſarium. C. de proba. l. ſiue poſsidetis. Faciunt præſertim not. Cy. in d. l. actor. Primũ dictũ confirmat id quòd materia dictæ capellæ in actore uidetur obiectiua, & per conſequens requirit clariorẽ probationẽ. per not. Innocen. de accu. ſuper his.

¶De teſtibus. Rub.

Concluſio DCXIII.

TESTIS deponẽs ſuper articulo dictæ capellæ, & dicens, ꝙ ideo ſcit, ꝙ fuit præſens in curia, dũ ille fuit factus capellanus nihil ꝓbat, licet do. Bart. in tractatu ſuo, de teſtibus, dicat hoc teſtimoniũ bonum de actu apprehenſibili, proprio uiſu, uel auditu: ſcio, ꝙ fui præſens: tamen hoc intelligitur de illo, qui fuit præſens ſic, ꝙ uerisimiliter actus nõ potuerit fieri, quin hoc uiderit, uel audiuerit: tamẽ alias ſecus, ut hoc caſu. Potuit enim eſſe, quòd fuit in taberna, uel eccleſia, & quòd non potuerit uidere quid fieret in capella papæ. Aegid.

¶De pręſumptionibus. Rub.

Concluſio DCXIIII.

SI in cauſa beneficiali actor poſſeſſor, & reus dans libellũ uerbo procedũt uſque ad concluſionẽ inclusiue, nihil producendo hinc inde, & reus renuntiet liti, & cauſæ: & ob hoc actor petat, quòd declaretur reo non cõpetere, nec cõpetiiſſe aliquod ius, ſibi perpetuũ ſilentium imponendum fore, & imponi, ſeq; ab impetitione ipſius rei abſoluendũ fore, & abſolui, auditor debet præſumere, totũ iſtud negotium

gotiũ esse colluſoriũ, & à pronuntiatione ſupersedere, quouſque actor in aliquo docuerit de iure ſuo.

¶De iudicijs. Rub.

Concluſio DCXV.

CVRIA existente in Roma, & papa cum cardinalibus ſuis existente in Anania ad dictã cum dimidia prope urbẽ, partibus litigantibus ad Ananiã recedentibus procuratoribus, & ſubſtitutis non admiſsis poteſt per audientiam procedi contra eos. Ratio eſt, quia pars preſens nõ tenetur talẽ aduerſariũ ſuum quærere extra locum, ubi curia cauſarũ exercetur. ff. quando appel. ſit. l. j. §. dies autẽ. uer. adeũdi autẽ facultatẽ. cũ ſi. & ff. de ꝓcu. l. una. & l. ſeq. poſtquam agimus de actu expediendo certo loco & non alibi, abſens ab illo loco cẽſeri debet ſimpliciter abſens p prædicta iura. Secus uero, ſi diſpoſitio requirẽs perſonæ præſentiã nõ ſe arctaret ad certũ locum loci. & ita procedit, quod habetur de præben. præſenti. *li.* vj. in prin. & §. j. & §. loca. a

¶De teſtibus. Rub.

Concluſio DCXVI.

ETIAM teſtes de Roma in caſu ſupra proximo ad Ananiam recedeñ. iurantes ſe non recedere cauſa ꝓductionis proxime dicẽdæ, & ſe non eſſe reuerſuros in breui, poſſunt recipi, ut affuturi.

¶De lit. conteſta. Rub.

Concluſio DCXVII.

SIAGIT actor ſuper beneficio, tanquam ſuper unito ſuæ dignitati, & tãquam ſuper re, quæ eſt de pertinentiis ſuæ dignitatis: licet reus prætendat illud ad ſe iure tituli, & tanquam beneficium ex collatione apoſtolica pertinere: tamen nõ cenſetur cauſa beneficialis, ſed prophana, & requiritur litis cõteſta. adeo, ꝙ reus citatus ad reſpondendũ libello non cõparẽs eſt excommunicãdus. Ratio eſt, quia ex perſona actoris ius metimur. ff. ſi pars hæredi. pe. l. j. in prin. plus dicebat do. Nic. quòd etiam ſi ageretur, ut de beneficio abſens non comparens excõmunicari deberet, quia poſſit procedi ſummarie. Hoc concernit ſolum fauorẽ præſentiũ partiũ, & procedentiũ, non autẽ concernit cõtumaciã partis aduerſæ non curantis procedere, ſecundum eum. ſed dubium eſt.

¶De officio delega. Rub.

Concluſio DCXVIII.

SI executor papæ datus ſuper unione fienda, a cui papa cõmiſit de certis prætenſis cauſis, quare petebatur fieri unionem, diligenter inquireret, & ſi reperiret eſſe ueras procederet, prout de iure ad huiuſmodi unionem faciendam, qui referendo ſe cognouiſſe de dictis cauſis, & ſe reperiſſe eas eſſe ueras, procedit ad huiuſmodi unionẽ, non propter hoc dicto dicti exe

cutoris ſuper ueritate dictarum cauſarū eſt fides in iudicio plena ſaltem adhibēda. Licet enim crederetur nudo nuntio, uel miniſtro ſuper aliquo nudo, & ſimplici officio cauſæ cognitionē non requirenti ſibi commiſſæ referenti, ut curſori ſuper citatione. ar. ff. de re. eorum, qui ſub tu. uel cura. l. magis puto. §. ne tamen. & extra. de app. cum parati. nec mirum, quia teſtis, & notarius ex publico eorum officio eſt de hoc deponere: tamē ubi exigitur cauſæ magnæ cognitio, & in facto arduo, tunc licet credatur tali executori referēti ſe ſuper hoc inquiſiuiſſe, quod inquiſiuit: tamen quòd illa inquiſitio contineat ueritatem ſuper hoc ſibi nō creditur, etiam ſi uerbo hoc dicat, uel literis promat: niſi appareat de illa inquiſitione, qualiter facta fuit: & hoc maxime, ſi per hoc graue alicui præiudiciū afferat. Et hāc diſtinctionem poſuit Spe. tit. de remiſ. §. utile. uer. ſed nunquid remiſsio. in fi. Et hoc uerum, niſi forma mādati haberet, quòd de repertis inquiſitione fidem faceret executor ſub proprio eius ſigillo: quia tunc crederetur hu iuſmodi ſigillo propter formā. ſecundum Spec. in d. §. utile. in fi. Modo hic eſt factum arduum, & nō eſt hic dicta forma. ergo licet credatur inquiſitum, ſeu cognitum fuiſſe: non tamē credēē ea, quæ in inquiſitione continētur uera fuiſſe, niſi aliter conſtet. Aut enim proceſſum fuit ad huiuſmodi inquiſitionem parte uocata, & in forma iudicii, & tunc certum eſt, ꝙ deberet fides fieri per acta, nec ſufficit relatio iudicum. de proba. quoniā contra: aut parte non uocata, & tūc eſſet iniquum, quòd probationes illæ poſtmodum in iudiciū, etiam ſi in forma ſua originali producerentur, ſicut tenemus in palatio de proceſſu executorū inquirētiū ſuper narratis in gratia ſecūdū formā mādati ſibi, facti, qa ꝓpter hoc, ꝙ hoc fit parte abſente, poſtmodum negotio deducto in uiā litigii, nec talib' probationibus, nec executori ſuper hoc referēti, quo ad hoc, creditur, ſecundum oēs. Nec obſt. ſi dicas hic nō eſt locus partis. uocat. ut cle. ſi una. de re. eccle. non alie. quia dico, ꝙ hoc non bene concludit, rectorē uiuentē tēpore uniōis forte de cauſæ huiuſmodi falſitate non poſſe cōqueri, quia de ſuo præiudicio non agitur, quod tamen clarū nō eſt ex toto. Sed ſi hoc uerum eſſet, tamē quādo rector ſucceſſor illius, cui præiudicat dicta unio, poſsit dare, cauſam ueram non fuiſſe. Sed dices: ꝓbet ergo falſitatē, qui eam allegat. arg. ff. de proba. l. ij. Reſpōdeo, ꝙ probat eoipſo, ꝙ ueritas nō probatur. ut C. de re mili. l. ſuper ſeruis. Licet enim hoc alleget, nō tñ hoc allegat aſſerendo, prout nec tenetur,

netur, sed potius negando. Pro quo sciendū, quòd quicquid esset in ordinario hoc casu, tamē requiritur ueritas causæ, quia illa fuit exposita in rescripto. arg. de rescript. c. ex parte. ergo sine illa ad unionē nō potuit procedi, & per cōsequens ad iustificationem unionis probanda est. Simile de conuersione in utilitatem &c. authē. hoc ius porrectum. C. de sacra. eccle. & ff. de exerci. l. fi. Hæc enim est regula, quòd omnia illa, quæ sunt de directo necessaria ad fundandum ius, & intentionem agendi, uel defendendi, maxime affirmatiue prolata (& idem etiā forte in negatiuis) probāda sunt, ut hanc regulam ponit do. Bart. de uer. oblig. l. in illa. fa. bene. c. j. de re. eccle. non alie. lib. vj. ubi uidetur casus, quòd in alienatione causa probanda sit, cū ibi dicat Ioā. And. quòd illa causa ibi expressa fuisset bona, si fuisset probata. Modo nihil est sibi commissum, nisi quòd exquirat, & uniat, & cum hoc quod inquisierit, & per inquisitionem, quam fecit, ita esse repererit, & unierit, & tamen quòd nō fit ita, sicut sua inquisitio habet, maxime quia sua inquisitio fuit facta parte non a uocata, forte per falsos testes nō iuratos & male deponētes, igitur, &c. Caue, si peteretur canonizari unionem prædicta clare procedunt. Sed si possidet ille, qui ex unione se iuuat, maius est dubiū: uidelicet an ex facto, & relatione executoris insurgat saltē talis præsumptio, quæ ipsum releuet à probatione, nisi causæ falsitas cōtra eum probetur. Sed puto idem, quia postquàm status præcedens unionē plene probatur, ex quo plenè fundata est intētio ipsius agentis, oportet quòd possessor excipiens suam exceptionem plene probet, ita quòd præsumptio, uel semiplena probatio rei excipientis plenam actoris probationē in aliquo non emanaret. argu. eorum, quæ not. per Cy. C. si cer. peta. l. in bonæfidei. in ultima conclusione. Nec mirum, quia reus in sua exceptione est actor. ff. de probatio. l. in exceptionibus. Iunge omnino, quæ habes in cōclusionibus domini Neapol. conclusione lix. fol. x. ubi finaliter tenetur, quòd falsitas causæ nō uitiat ipso iure unionem. Sed caue, quia loquitur in unione facta per ordinarium, non autem loquitur in casu nostro, uidelicet in unione facta uigore rescripti, in quo causa narratur, & in quo intelligitur clausula, si est ita, ut dixi.

¶ Vnione fienda. *Adde, quòd unio duarum ecclesiarum facit unam. extra ne sede uacante. c. j. & uide extra. de excess. prælat. sicut unire. Et si unum regimen, uel statutum unitur alteri, quomodo debet regi, & secundum*

dum quæ ſtatuta, uide Bar. in l. ſi cõuenerit. §. ſi nuda. ff. de pigno. actio. Et quando duo ununtur adinuicem quid inducatur, in l. j. §. ſi cohæredẽ. ad l. Falci.

¶ De reſcriptis. Rub.

Concluſio DCXIX.

SIIN cauſa beneficiali iudicialiter, uel extraiudicialiter ab aliquo grauamine fuerit appellatum ad papam,[a] & cauſa huiuſmodi appellationis de negotio principali mẽtione non facta fuerit commiſſa per papam auditori, nedum poteſt auditor procedere ſuper articulo grauaminis, imò etiam ſuper negotio principali: quia talis appellatio, licet quo ad uerba nõ cõtineat, nec tangat, niſi articulum appellationis, tamẽ effectualiter continet, tãgit, & deuoluitur negotiũ principale, ut c. ſtatuimus. de electio. lib. vj. Et maxime clarius eſt hoc, cũ cauſa more ſolito committitur cũ incideñ. depeñ. emergeñ. & connexis: quia tunc negari nõ poteſt, quin principale negotium ſit de incideñ. emergeñ. dependeñ. & cõnexis, ſecundum omnes.

a ¶ Appellatum ad papam. *Nota, quod ad papã poteſt appellari omiſſo medio. ut per Philippũ Peruſinum de appel. late in capi. dilecti. in glo. j. uer. x. militatio. & in uer. vj. intellige. Sed ad imperatorem non poteſt appellari omiſſo medio. ut per eundem in c. dilecti filij prior. eo. tit.*

¶ De electione. De inſti. Rub.

Concluſio DCXX.

APITVLVM ſi. de electio. li. vj. quod loquitur in electionis confirmatione, non habet locũ in inſtitutione, quæ ſequitur præſentationem, & eam approbare uidetur: licet Ioan. And. ibidem in glo. in nouella notet contrarium, quia iſta ſpecie differunt, ut probat c. cũ in illis. de præben. lib. vj. & tamẽ c. illud ultimum, de elect. lib. vj. ponit ius nouum à iure cõmuni exorbitans, & ita nõ debet extẽdi ad caſum ſpecie differentem, ut c. non ſolum. & c. conſtitutionem. de reg. lib. vj. imò omnino, & penitus diuerſum, ut uidetur, ergo per c. ſtatutum. de elect. lib. vj. imponitur pœna nullitatis: licet Ioan. And. ad hanc rationem reſpondeat ſatis colorate. Prædicta intellige nõ ubiq;, ſed ibi ſolum, ubi non eſt conſuetudo cõtraria, quia in Anglia, & Normandia, & certis partibus Alemaniæ obſeruatur dictũ c. ſi. iniuſtitiæ. Sed in illis conſuetudo talis ſeruanda eſt, tanquàm optima legum interpres. c. cum dilectus. de conſue. & l. ſed ſi de interpretatione. ff. de legi.

¶ De reſtitutionibus. Rub.

Concluſio DCXXI.

CLE. auditor. de reſcrip. nedum habet locum in collatione,

tione, imò etiam in institutione, & uidetur ibi notari super uer. debitum. in glos. quia institutio uere collatio est. Et si haberet locum c. fi. de elect. lib. vj. de institutione. minus adhuc haberet dubia, per ea, quæ no. in d. clem. super dicto uer.

¶ De iudiciis. Rub.

Conclusio DCXXII.

PROCESSVS factus per iudicem, à quo est appellatum pendente termino[a] ad dandum apostolos, non est ipso iure nullus. Et hanc opinionē tenet modo palatium, licet de tēpore aliquo meo tenuerit totū contrarium. Et in opinione contraria erant domini Viuarien. P. Iambo. & Guil. gal. Sed absentāte se domino Viuarien. palatiū mutauit, & hanc amplexum est. Et istam opi. tenet Ioan. And. de appel. ut super. lib. vj. licet ille tenuerit cōtrarium in capi. cordi. eo. titu. Caue in primis, quia nō negatur, quin appellatio sit legitima in uim appellationis iudicis à quo iurisdictionem suspendēn. totus ille processus quantocunq; post appellationem sit nullus, & quādo post ueritatem causæ probatam sit de facto reuocan. de senten. excommu. per tuas. cum simil. Sed procedit solum dubium nostrum bene clare, an ob hoc solum, quia pendente termino ad dandum apostolos factus fuit, debeat dici nullus, etiā si causa, propter quā appellatum est, non sit uera. Et dicitur quòd nō. Primo, quia separatum est illud, à quo est appellatum à processu, de quo agitur de appella. ut debitus. ergo impedimentum unius alteri nō nocet, etiā coram eodem, & inter eosdem. de testi. causam quę. & c. cū ueniſſet. de appel. inquisitioni. ff. de mino. l. etiam. cū sua glos. C. de rapt. uirgi. l. una. ideo appellatio super cōuentione nō impedit processum reconuentionis. Ber. de appella. super eo. & Guil. in Spec. recon. §. penul. in fin. Secundo, quia appellatio friuola, uel nulla ex falso grauamine hunc processum impedire nō debet: ergo nec eius sequela, puta, dicti termini præfixio. Confirmatur, quia appellatio in una causa iurisdictionē ordinarii in alia causa nō suspendit. de appella. ad hæc. & c. cum teneamur. & c. proposuit. & c. pastoralis. & eo. tit. Romana. §. cū uero. Sed idem esset in delegato hoc casu, ideo nō curo. Tertio, quia expectatiua, & pendens termini id solum impedit interim fieri, quòd prorogat, & pro quo expediendo præfigitur, nō autem alia separata ab eo, quæ nō habent fieri in termino, nec post necessario, quia ita intelligitur l. siue pares. C. de dilationibus. & c. significāte. de appel. & probat

batur C.de re.credi.l. generaliter.§.his autem statutis.Vbi dicit text.licet absenti præfixus sit terminus,in quo ueniat præstitum iuramẽtum deciſorium litis,uel illud aduersario relaturus dicti termini relatione, & penden.non obstañ.ſuper aliis litis articulis ab isto iuramẽto ſeparatis poteſt procedere iudex.Et hunc intellectum posuit Cy.in l. siue pars.allẽg.modo iſte proceſſus à datione apoſtolorũ eſt ſeparatus.Facit, quia appellans pendente termino suæ appellationis recurrit ad iudicẽ à quo, &c. de appella.cum teneamur. Quarto,quia terminus iure datus ad appellandũ,uel ad appellationem proſequendã ante ſententiam nõ impedit proceſſum iudicis.de appel.non ſolum.lib. vj.ergo nec terminus hominis iſta æquiparando.ar.j.de appel. c.perſonas.& ſeq.& clem.quamuis.eo.titu. Quinto,quia extra iudicialis actus,ut appellatio nõ uitiat per ſe,nec extra ſua pendẽtia iudicialia,ſi aliàs licite fiãt. de elect.cum inter.& c.conſideraui mus.C.de rei uendi.l.ſi fundus.& no.Innocẽ.de ma.& obe. dilecti.de his quæ fi.à ma.par.c. j.de appel.conſtitu.ij.reſponſo. Sed talis termini præfixio eſt actus extraiudicialis. Probo,quia eam poteſt facere unus de pluribus.ut cle.j.de appel.quod alias non poſſet.ff.de re iudica.l.duo extribus.Tendit enim ad hoc, quòd iudex à quo ſuam iuriſdictionem perdat,ſi nõ det,&c.de appella.cordi.c.ut ſuper.& c.ab eo.lib.vj. Sexto, quia appellato iſte terminus nõ eſt præfixus,& cum eo ſolo poteſt procedi.de do.& contu.cum qui.lib.vj.ergo cum appellato non impeditur proceſſus,quia ratio non appareret,maxime, quia appellans interim etiã poteſt procedere coram iudice,ad quem appellauit illo termino pendẽte,quia aliàs nõ computaretur in fatali,ergo. de appella.ex ratione.& tamen cõputatur.ar.de appel.ſicut appellationem.in clem.& cle.quãuis.eo.tit.ab eo.arg.regulæ non licet actori.lib.vj. Septimo, hoc uidetur probari per decre.ut ſuper.& decre.ab eo.alle.quia ponunt tria tempora:primũ de negatione apoſtolorum,ſecũdum negligentiæ,tertiũ quod procedit.De duobus primis diſponit Innocen.dicens,quòd perdit iuriſdictionem iudex à quo,denegans, uel negligens inſtãter,& debite requiſitus.De tertio non diſponit,ergo relinquitur priori diſpoſitioni.C.de teſta.l.ſancimus.de appella.præcipimus.in fi.& ar.ſumptum à contrario cõfirmatur,quia dictio tunc,poſita in c.ut ſupra.notat temporis extremitatem.ff.de cõditio.& demõſtra.l.iiij.in fi.ſic & dictio,nã: ut ibi not.de conſti.ex literis.de appel.

appella.l.super.eo.ij.in fi.& c.ad aures.& c.cum speciali.uer.excessū quoq;.de sacra.unc.c.uno. §.unde in ueteri.de app.quam sit.lib.vj.de præben.tibi.in fi.eo. lib.cum fi.& per consequēs processus ualet ante.argu.à contrario sensu quod est fortissimum. argu.xxv.distin.qualis. de regu. cum utrum.cum cōcor.Octauo, quia nō reperitur prohibitum, ergo. de transla.inter. de deci. ad audientiam.de uerbo signifi. cum in partibus.cū concor.Nono,per decre.non solum.qua ca uetur processum factū post appellationem à grauamine ante inhibitionem,uel institutionem non reuocari, & tēpus includit dandorum apostolorum.Decimo,quòd factum denotat intentionem tantum,sicut uerba,imo quandoq; plus.ff.de edic.eden. l.si tamen.§.ei qui.ff.de legi.l. de quibus.Nam causa probatur per effectū.xij.q.ij.quatuor.not. xxij.q.v.cauere.j.q.j. cū omnes. Ideo facta quis appellat.de appel.dilecti.ibi, cum corpore. Et iudex facto partem grauat, & præcedens uidetur obstan. exceptiones tacite remittere. de appella.ex parte.iij.no.Spec.eo. titu.§.qualiter.uer.item quòd faciat iudicem. & facto appellatio ni renuntiatur.de offic.delega. gratum.ergo eodem modo facto appellationi non defertur. ergo uidetur uelle appellationem remittere, licet uerbaliter hoc nō dicat,sed postea dicit ad institutionē superioris,id quod potest appellans,eo ipso intelligetur per prædicta.hanc opi.tenet Pau.qui hanc conclusionem solenniter disputauit per præmissa motiua. Addo ego casum in terminis,in capi.ab eo.alleg. ij.responso.& miror,quòd Pau. nō pōderauit:quia decre.ab eo. declarat id,quod dictum erat in ca.ut super.processum nō dantis apostolos extunc nullum fore,sōlū debere intelligi in duobus casibus, uidelicet dum recusat eos dare,uel cum non dat infra tēpus negligēter id omittendo.ergo dictum c.ūt super. in altero casu tertio,puta cum recusat,nec negligit, & tamen non reperitur alius text.annullans processum nisi ille, ergo, &c.Per præmissa faciliter respōdetur ad omnia cōtraria,quę ad contraria mouere possūt. Et si uis specifice uidere:uideas Pau. in disputatione prædicta ad clē. quamuis.in fi.quæ uidetur dicere,quòd demū post datos apostolos,aut denegatos,uel omissos per negligentiā,potest procedere appellans super sua appellatione. Sed intellige illud, subaudi,iudice à quo requisito, sed quando ante possit non negat Ioan.de ligna.de appellatio. dilectus. Distinguit an dederit potestatē postea apostolos irre

uoca

uocabiles: an uero refutatorios ut primo casu non ualeat processus interim factus, & ita seruetur opinio Hostien. Secundo casu ualeat processus, & ita seruetur opinio Ioan. And. Sed nō bene uideo, quin etiam primo casu processus per rationes primo factas, licet ultima ratio forte non urgeret hoc primo casu. Nec ibi tanta æquitas est sicut in secundo. Intellectum Cyn. ad l. sicut pars. allega. quam allegaui supra in tertia ratione, ponit dominus Barto. ff. de re iudic. l. ij. in ultima quæst. addens, quòd etiam in connexis, & aduersantibus procedi posset dilatione non obstante, si causa dilationis iam cessaret: ut si habuisti decē dies ad ueniendū, & ueneris prima die, sequen. diebus in omnibus procedi poterit. Idem dedit a iudex terminum decem dierum ad dandum apostolos, & prima die dat apostolos refutator. Pro quo alle. casum l. nobilem. ff. ad Trebellia. l. à filia. §. fin. pro quo ff. de sta. libe. l. iij. §. Stichus annua.

a ¶Pendēte termino. *Termini appellatione quid ueniat. Barto. in l. iij. ff. de annu. lega. Et an dies dati termini computentur in termino plene per docto. in l. j. ff. si quis cautio. per cano. in capi. pia. de exceptio. lib. vj. & in capi. frequens. de restitu. spol. eo. libr. Panormi. in capi. super eo. ij. de appellatio.*

¶De iudiciis. Rub.

Conclusio DCXXIII.

PROCESSVS factus per iudicem, à quo est appellatū ante sententiam post inhibitionem iudicis ad quem, nedū est reuocandus per modum attentati, nec c. non solum. de appel. libr. vj. imo est etiam ipso iure nullus, quia non est dubium, quòd talis hominis inhibitio suspendit iurisdictionem iudicis à quo. fa. no. Innocē. de testa. Raynaldus. modo facta à tali iurisdictione suspensa nulla sunt ipso iure. de senten. excom. per tuas. & c. licet. eo. tit. lib. vj. & de dolo. c. ueritatis. in fi. cum ibi no. in d. c. Raynaldus.

¶De iudiciis. Rub.

Conclusio DCXXIIII.

PROCESSVS nullus a in casu cōclusionis supra proxime per superueniētem renuntiationem appellantis factam de appellatione sua, & omnibus inde secutis, non reuiuiscit per regulam quòd ab initio. & c. auditis. de elect. cum concor. & præsertim, quia prædicta regula indubitāter locum habet, quando ualiditas nō pendet solum à cōsensu ratum habere uolentis. per not. Innoc. de offic. deleg. prudentiam. & loā. And. in regula, rati. & regula, ratum. in cōclusionibus ibidē per eum disputatis. Modo hic procedit

cedit nullitas ex alio, quàm ex defectu consensus, puta ex iurisdictionis suspensione, ergo, &c. probatur, quia licet renuntiaret tunc suæ appellationi, non per hoc sequitur, quòd uellet processum ualere in sui præiudiciũ, qui ante non ualuerat, quia in sui præiudicium quis nõ uidetur uelle tacite cõsentire. ff. de furt. l. qui uas. §. uetare. & C. de procu. l. inuitus. & maximè, quia nec cum eo, nec eo nomine fuit ille processus factus. arg. c. eum qui. de do. lib. vj. Sed secus, si reuera fuisset appellatũ legitime, & nõ inhibitum, secũdum aliquos: tamen appellatio, quãdo renũtiatur, habetur pro non facta etiam retro. ut. ff. de his, qui not. infa. l. furti. §. j. in fi. tamẽ quia non potest amodo pronũtiari bene appellatum. Et idem est iudicium de his, quæ nõ sunt, &c. ff. de cõtrahen. empt. l. in lege. & l. Rutilia Polla. Sed credo de contrario esse in ratione casum expressum. in cap. licet. de sen. ex. com. lib. vj. & fa. & probãt omnia allegata in sua cõclusione supra proxime, pro quo ut dissoluatur l. furti. §. j. in fi. sciẽdum est, quòd a inter ea, quæ sunt à sui principio nulla omnino, & ea, quæ nõ sunt nulla omnino, sed sunt in suspẽso propter incertum euentum futuri casus, est longa differentia. Nam in primis nullo modo potest locum habere ratificatio, nec reminiscentia, nisi superueniat causa sufficiens de nouo producenda in esse. Sed secus in secundis, prout ista clarissime ex not. Inno. in cap. prudentiam alleg. & glos. not. in regula rati, & in regula ratum, alleg. & Dy. in regulis prædictis, & regula, quòd ab initio. Modo constat, quòd sententia, & infamia, quæ dicitur effectus ipsius sententiæ, ab initio non est ex toto ipso iure nulla, nec per appellationem ex toto extinguitur, sed potius ponitur in suspenso propter incertitudinem futuri euentus, & tamen facta per iudicem post legitimam appellationẽ suspensam nulla sunt à sui principio, & ex toto nulla. cap. per tuas, alleg. igitur, &c. Dico enim secundo, quòd licet directe uigore appellationis de uiribus appellationis cognosci non possit, ut super ea pronuntietur, cognosci potest de hoc incidenter ad effectum pronuntiandum super nullitate dicti processus. ar. cap. iudicis. l. quoties. & C. de ordi. iudi. l. aditæ. & probatur in dicto cap. licet.

¶ Processus nullus. *Quanto tempore duret nullitas processus, & qualiter pronũtietur super nullitate iudicij, uide Abba. in cap. cum olim, de re iudicata.*

¶ De probationibus.

Rubrica.

Conclusio DCXXV.

SI HABVI semel remissionem [a] ad probandum per testes in causa, & iudices processerunt primo ad executionem, nulliter tamen: tum quia nõ ipsi, sed quidam notarii simplices ex eorum commissione contra ca. statutum. §.j. de rescriptis. libr. vj. ad huiusmodi testium receptionem processerunt. tum quia pars non fuit uocata ad huiusmodi receptionem. Et post hoc melius consultus supplicaui eisdem iudicibus, quòd cum ex causis prædictis nulliter processissent, iterum uellent procedere ad aliã receptionẽ per seipsos, & parte uocata, & illi dixerunt, quòd nollent, nec propter iustũ metum auderent, pro eo, quòd causa erat contra unum familiarem archiepiscopi Colonien. in cuius districtu ipsi erant, qui super hoc scripserat eis, & ego hæc proprie exponens optimũ, quòd si constaret de dicto metu, daretur alia remissio, nõ exigitur in probatione dicti metus arcta probatio, quia uoluntas solum iudicum alias forte sufficeret. Et quia ex metu directe in principali non agitur, nec oportet, quòd sit metus mortis, uel cruciatus corporis, aut amissionis partis bonorum, quia etiam propter minas iudicis à iudicando se excusauit. ut ff. de arbitris. l. licet. in fine. & de uaca. mu. l. penulti. §. fina. in fine. ff. de iudic. l. si longius. in fine. primi responsi. & ff. quemadmodum testamẽ. aperiã. l. sed si quis. Et certe multum bene probaretur tunc metus, si deponerent tunc testes super hoc producti, quòd consueuit in consimilibus casibus uiolentias iniuriásque inferre, in l. in bonę fidei. in princip. ff. de rei uendicatio. & ff. commo. l. argẽtum. Et si constaret, quòd dictis iudicibus minatus esset de prædictis archiepiscopus antedictus. per l. metum. cum gloss. fua. C. quod metus causa. Faciunt notata gloss. C. si quis imperatori maledix. l. unica. Et ita no. d. Bar. ff. de operis noui nunciatio. l. si quis ipsi prætori. v. quęst. Et qualiter ex præcedẽtibus minus præsumitur actus sequens. uide not. Cyn. in l. metũ. & l. una. C. si quis impera. maledixe. alleg. imo dominis uidebatur, quòd si testes deponunt in partibus, quòd pro aliqua re mundi non procederent, si essent in statu illorum iudicum propter iustum metũ archiepiscopi, hoc sãtis sufficit, & hoc casu non requiritur, ut dixi, arcta probatio. Et quia præsumitur, quòd ipsi sciant consuetudinem illius archiepiscopi tanquam notoriam, & ideo sic deponunt. talis enim consuetudo in talibus factis publicis non potest esse non notoria. argumen.

de

de translatio.c.quanto.Caue tamen, quia dicta constitutio ad ius commune nihil addit,sed potius forte contra ius commune quodammodo ad metus probationem arctare uidetur.Hinc est, quòd si aliàs deneganda foret de iure remissio, altero forsan de duobus casibus: utpote, uel quia testes omnes, qui possunt produci, coram notario publico simplici,ut præmittitur,depoa fuerunt totum contrarium eius, quod probandum est. Suntque eorum depositiones per producentem petentem aliam remissionem productæ in actis,& sic, quòd ex hoc insurgit contra eũ maxima præsumptio de non iure suo.per capitu.tertio loco.de probationibus. seu in eius causam:uel quia, quòd non bene, sed male, & nulliter processum fuit,nõ processerit ex facto,uel culpa iudicum,sed potius ex facto,& culpa partis, certe de iuris rigore dicta cõmissione non obstante adhuc dicta remissio a deneganda foret.secundum casum intellige, nisi dum rursus petierit à iudicibus, quòd iterũ bene procederent,fluxum nondum esset tempus, sed restaret tantum, quòd procedere possent,quia illud residuum temporis non fuerit auferendum sibi. ut regula.indultum.libr. vj.cum concordan. Et hoc dummodo se minus arctauit.Nec obst.l.fin. §.sed & si quis.ff.si quis cau.De primo casu caue ne possint subesse aliæ probationes, quia de iure probatio probationem fiẽdam non excludit,nec propter præsumptam calumniam facile repellitur quis à probando.not. Io.Mona.de hære.c.filii,uel hæredes.lib.vj.

¶Remissione. *Quid sit remissio, quæ sint consideranda in remissione facienda,quibus casibus fiat remissio,& qualiter.& quando fieri debeat.uide per Spe.tit.de remis. §.j.ij. iij.& iiij.*

¶De consuetudi. De priuilegijs. Rubrica.

Conclusio DCXXVI.

SVPPOSITIS tam de iure, quàm de consuetudine, quòd unusquisque auditor palatii a sibi habeat idoneos notarios eligere,licet uicecancellarius eos habeat examinare, & approbare, saluo quòd dum nouiter creatur auditor,dominus uicecancellarius alium loco illius,etiam per modũ surrogationis,potest auditori præsentare.Nã cum huiusmodi consuetudo sit contra ius,est restringenda,& tenenda in suis terminis.

Modo si aliud diceretur, extenderetur. igitur. argu. ff. de actio. & obliga. l. in onerarijs. §. sed cum recisa. & regula, quę à iure. cum concor. Probatur fortius, quòd si id, de quo minus uideretur ineſſe, ineſt, & id de quo magis. ut ff. ſolu. matri. l. ſi uero. §. de uiro. authen. multo magis. C. de epiſco. & cleri. tamen in materia communi non reſtringi bili de natura ſua, nec ex uerbis reſtricta, tempus ex mente iuris intelligitur ſolum de primo, & non trahitur ad ſequens, ut patet concor. alleg. ad hoc per Ioan. andr. Ioan. mo. & Archi. & aliorum. de præben. non poteſt. §. j. lib. vj. & c. quamuis. eod. titulo. Modo hoc caſu conſuetudo eſt arctata ad unum de primis, & ad tempus, igitur & maxime urgent iſta, quia hæc conſuetudo non loquitur, niſi de tempore certo, uidelicet dum eſt nouus auditor, & nouiter factus: igitur ad aliud tempus non debet extendi, ut l. inter illam. in princip. ff. de uerbo. obliga. & l. hæc conditio. ff. de condi. & demonſtra. Facit, quia abhorrent, quòd diſpoſitio nude, & ſimpliciter loquens infinitatem importet. ff. de lega. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi quis. ex. de reſcrip. cum in multis. libro vj. cum concordan. xj. ibi allega. in gloſ. de præben. is cui. §. j. & ij. eod. libr. Et pro hoc optime facit not. Archi. de fil. preſby. c. ij. in fi. lib. vj. quia licet Ioan. andr. ſit contra, ut plene per eum ibi, & c. non poteſt alle. tamen opinio Archi. hodie approbatur ab omnibus, tanquam uera. Sed oppones primo de hoc, quod not. Ioan. mo. de uerbo. ſignifi. lib. vj. in concluſione, quæ incipit: ſed cum uerò epiſcopus haberet indultum, ubi dicit, quòd ſi epiſcopus habet indultum cum temporis præfixione, quòd quatuor clerici ſuis officijs inſiſtẽtes gaudeant de fructibus ſuorum beneficiorum, & illos quatuor elegerit, & tamen unus cedat, uel decedat ante præfinitum tempus, nihilominus potuerit alium epiſcopus ſurrogare, qui dicto indulto gaudebit. per l. ſicut in annos. ij. reſpõſo. ff. qui. mo. uſufru. amit. & induco pro eo l. iij. §. quòd ſi quis ita. ff. de ſuſpec. tu. quæ bene facit pro hoc, etiam alle. Ioan. an. ff. de leg. iij. l. ſi ita fuerit. & ff. de fun. inſtructo. l. ſi mancipia. & decre. quia circa. de priui. cum concor. ibidem alleg. Secundo de eo, quod notat Ioan. and. an priuilegium de quo loquitur c. ſicut. alleg. locum ſibi uendicare poſsit in familiaribus tempore priuilegij nõ receptis, ſed poſtea recipiendis, ac etiam in beneficiis tempore priuilegij nondum adeptis, ſed poſt datam priuilegij adipiſcendis, in gratia uidetur ibi fieri dignitati epiſc

episcopali, quæ semper durat. allegat not. sua de rescript. c. fi. libr. vj. super tertia glos. Modo etiam in proposito agimus de priuilegio consuetudinario dignitatis officij in cãcellaria præsidẽ. Tertio oppones de regula, is qui in ius. de regu. iur. libr. vj. cum omnibus suis cõcor. pro quorum duorum contrariorum solutione est sciendũ, quòd duo sunt genera priuilegiorum, inter quæ est differentia longa. Nam quoddam priuilegium reperitur forte, quod non habet temporis extensionem, nec effectuum multiplicationẽ, sed momentanee, & per unum actum suum unicum effectum, licet durabilem producit in esse. Et tũc priuilegium effectu huiusmodi producto consumitur, licet effectus perseueret. Exẽplum patet in gratia expectante beneficium uacaturum. de offi. deleg. ex parte. & de præben. si clericus. libr. vj. & patet per ea, quæ not. post Hostien. de rescript. cum in multis. libr. vj. in ulti. glos. Patet exemplum in patre filium generante. Et ita intelligitur secundum unum intellectum c. j. in fi. de fi. pref by. lib. vj. & c. non potest. §. j. alleg. Nec in istis oportet loqui, an habeat locum surrogatio, quia postquàm priuilegium est consumptum, non potest amplius effectum producere, ut probant supra proxime alleg. Aliud uero priuilegium reperitur, quòd non est sui effectus productione momentaneũ, sed extensiuum, non dico, quin nude in momento producat effectum perfectum, sed dico pro eo extensiuum, quia ex uerbis, & mente, uel continuò potest producere effectum suum, ut si dono tibi usumfructum bonorũ meorum, donec uxeris, licet interim ca. diminutione, uel alias perdideris rehabebis, quia ad quodlibet momentum uitæ tuæ tibi donatus est, ut dicta l. sicut in annos. §. j. Vel uolo, quandocũque eris in Italia, sis tutor filiorum meorum. Idem ut 3. & sic de similibus. & de his casibus surrogationi locus est. Et ita loquitur §. quòd si quis ita. & l. si ita fuerit, alleg. Modo ita est in casu per Ioan. andr. modo supra not. Idem etiam in casu not. per Ioan. andr. uidelicet in c. sicut. Primo enim casu priuilegiũ habet unum certum tempus sibi præfinitum, & per totum illud debet sortiri suũ effectum, ergo oportet fateri, quòd surrogationi locus sit. c. sicut. licet non habeat certum tempus, tamẽ habet tempus incertum: puta ad uitam priuilegiati, postquàm aliud non dicitur, & potest, & debet illud priuilegium sibi continuo operari, maximè quia naturam beneficij habet, & nemini præiudicat. ut c. quia circa. de priui-

legiis. cum concordan. ibi no. Modo in casu nostro nō est priuilegium habens naturam beneficii, imò est ius iniquum alteri præiudicans, & obuians iuri communi, igitur non potest argui de illis casibus ad casum istum. Item illud priuilegium c. sicut loquitur per uerba confusa extensiua, ut per uerbum, potest, non respicientia certum tēpus. Ista uero consuetudo, de qua hic agitur, loquitur p uerba certa, uidelicet de primo, &c. & cō- a cernit certū tempus. Et isto modo dissoluit glos. cap. porro. ad cap. quia circa. & per alium modum supra proxime dictum soluit ad cap. cum in tua, &c. Item cōsuetudo, de qua loquitur respectu cuius auditor producit effectum unicum momentaneū, puta in primo notorio, & in illius productione quo ad illum auditorem expirat, quia non habet aliud tempus certum, uel incertum respectu auditoris illius, per quod extensiue & productiue operatur. Et ita iura alleg. nō obstant, imò magis argumen. sumpto à contrario, quod est in iure fortissimum, probant contrarium, argumen. xxv. dist. qualis. cum similib. Nec obstat regula. 15 qui in ius. cum concordan. quia licet dicat surrogatus cens. eodem iure, &c. tamen non dicit, quòd ideo, quòd quis potest primum facere, quòd possit propter hoc surrogare. Pone enim, quòd papa dat potestatem regi Francię, qui per tempus fuerit ad nominandū ad primas duas præbendas post suam coronationem in ecclesia Parisiensi uacaturas duas personas idoneas, dicens, quòd si semel nominauerit duas personas ad duas præbendas, quòd in perpetuum possit, & in infinitum surrogare, certe nullus sanæ mentis hoc diceret.

¶ Vnusquisq; auditor palatii. *Nota, quòd auditores in curia Romana uocantur auditores sacri palatii, quibus causæ committuntur à papa, uel uicecancellario, & ut plurimum causæ minores, uel deuolutæ ad sedē apostolicam, per decretalem, statuimus. de elect. lib. vj.*

¶ De consuetudine.

Rubrica.

Conclusio DCXXVII.

IVXTA thema conclusionis suprà proximè suppositō, quòd præfatus dominus uicecācellarius ab uno, uel à duobus annis citra usus fuerit iure dictæ surrogationis solum trina uice, & solum in personis trium audit. & postea in persona alterius quarti auditoris accidat casus dictæ surrogationis fiendæ, non propter hoc debebit in casu prædicto uti sua possessione prædicta contra dictum alium quartum auditorem, contra quem nunquam alias usus fuit,

fuit,quia in iuribus concernentibus ut singulos,non ut uniuersos factū unius alteri non obest. ut in c.cum omnes.de consti.in fi.j.gl.& ea quæ leguntur,& notantur de re iudi.c.quamuis.& l. sæpe.eo.titu.de pluribus hæredibus,scilicet quando sententia contra unum lata alteri nō obest.Nec obst.c.dilecti.de offi.archi.quia in hoc iure competenti cuilibet auditori,& diuisim non potest notari casus c.dilecto.qa c.dilecto.loqtur in una antiqua consuetudine iam præscripta. Nos autem hic loquimur in recēti possessione,& in certa præscriptione impedienda.modo, ut no.Inno.in c.dilecti. alias dicta extensio locum non habet in possessione, uel præscriptione. Probant optime no.Innoc.in c. tua nobis.de deci.in fine.Sed in consuetudine sola quæ biennio
a non inducitur [a] secundum omnes.Item locum non habet dicta extensio,etiam in consuetudine,nisi in maiori parte casuū similium fuit obseruata.no.Inn. in eodem cap.dilecto. quòd nō a fuit hic obseruata nisi in tribus. Item quia locum non habet dicta extensio in cōsuetudine onerosa,quæ est contra ius,secundū eundem Innocen.in dicto cap. dilecto.& tamen ista obseruantia esset auditoribus onerosa,& est cōtra ius,ut de se patet. Item quia non habet locum dicta extensio in iuribus per aliū possessis,secundū Inn.in d.c.dilecto.& tamē hic alii possidebāt,uidelicet alii auditores ista iura.Præterea ex alio capite nō pōt iuua re dicta possessio.quia si in his, quæ per eūdē possidētur,nō no cet alterius occupatio,nisi in occupatis,ut ff.de acquir.pos.l.qd modo,in fi.Fortius in his,quæ p alios possidētur. Præterea si collegii iura prędicta cōpeterēt,tamē collatio ignoratī fact. illorū triū obesse nō potuit. Itē habet locū cum tūc clare.l.q in eo.in fin.alleg.modo.Caue tamē,quia licet supponā dictam trini actus possessionē, tamen nō pono eā ueram,sed sine præiudicio causa disputationis, & ueritatis eliciendę,quia prætenditur per dominū uicecancellarium, eā suppono,ut etiā suppositā ea appareat de nō iure ipsius.Nec obst. quòd trinus actus bene inducit cōsuetudinem.per l.ij.C.de episco.audi.Et requiritur etiā tempus,ut c.quanto.in fi.de consue. cum ibi nota.

a ¶Biēnio nō inducitur.*Quāto tēpore firmetur cōsuetudo,& an obtineat uim legis,uide C.q̄ sit lō.cōsue.l. j.& in sum.cō.d.ti.q.ccvj.& ccvij.*

¶De testibus. Rubr.

Conclusio DCXXVIII.

CARDINALI soli contestan. alium non habenti non creditur in causis,tanquàm testi. extra.de testi.c.licet

uniuerſ.cum ibi not.in ulti.glo. & ſuper ea ſaluis in caſibus, in quibus dicto domini Cardina-
a lis de ſtylo curiæ [a] creditur. Super quo notat Ioan. andr. poſt Hoſtien.de appella. conſtitutus. ſuper uerſi. aſſertionem.& not. per Archidia. & poſt eum per Ioan.andr. in nouel. de elect. ut circa.libr.vj.ſuper uerſi. factum: & etiam ibi not.de hoc Innocē. & etiam Ioan. andr. ſuper gloſ. ij. & Ioan. andr. de teſti. cum à nobis. & Hoſtien. & Ioan. andr. poſt eum de fide inſtru. quòd ſuper his. uide omnino concluſionem.

a ¶De ſtylo curiæ. *Nota quòd ſtylus Romanæ curiæ multum attenditur, maxime in ſcriptis.extra, de falſa.c.quàm graui. & de cōſtr.uti.uel inuti.c.penul. Adde quòd ſtylus curiæ facit ius, & poteſt allegari in deciſionibus cauſarum, ſi ius non reperitur. Panor. in cap.ex literis. de conſti.in iij.col.*

¶De teſtibus.
Rubrica.

Concluſio DCXXIX.

NVLLI etiam ſi eſſet Romanæ eccleſiæ cardinalis creditur, tanquàm teſti.l. iuriſiurandi, extra de teſti. c.tuis. & c. nuper. cum ibi notatis. & c. at ſi Chriſtus. eo.titu.

Concluſio DCXXX.

LICET dominus uicecancellarius etiam Romanæ eccleſiæ cardinalis, quo ad effectum expeditionis literarum ſuper gratia confectarum pro informatione ſuper narratis dictarum literarum de papæ mandato, & ex commiſsione ſpeciali teſtes reperit, iuramenta eorum etiam ſi opus ſit dicere parte uocata, receptio huiuſmodi coram auditore, cui cauſa ſuper eiſdem literis poſt committitur inter partes poſtea iuris ordine procedenti, non facit fidem, ſeu probationem plenam. Ratio, quia ad alium finem procedebatur tunc qui minus erat principalis, & prēambulus. Ad alium uero finem et principalem modo agitur, & ſuper hoc uidetur tex.extra.de teſti.ueniens.c.cum in tua.c.cauſam quę.c. conſtitutus. & c. ea.in fin.cum ſi. Et maxime, quia dicti teſtes lite non conteſtata, nec habito proceſſu producuntur.extra, ut lite non conteſta. c.j. ij. reſponſo.in rubro & nigro. Item quia in caſu, in quo ſummaria probatio eſt ſufficiens.

Concluſio DCXXXI.

SI ETIAM tales atteſtationes ualerent, tamen ſoli relationi, uel ſigillo domini cardinalis uicecancellarij ſuper eis non adhiberetur plena fides.per c. quoniam contra falſam. de proba.cum ſi.

¶De præbendis.
Rubrica.

Concluſio DCXXXII.

Supp

SVPPOSITA noua domini nostri Gregorij papæ xj. moderni constitutione, quæ habet, quod ut honori dominorum cardinalium deferatur gratiæ factæ per papam de beneficiis uacantibus[a] per cessum, & decessum, uel aliàs familiarium dominorum cardinalium de familiaritate huiusmodi mẽtione non facta, tanquàm concessæ per inaduertentiam papæ, sunt surreptitiæ, & nullæ ipso iure, & quòd morien-te quodam Roberto familiare domini cardinalis Cantuarien. nuper etiam defuncti: eodem tamen cardinali uiuente adhuc, Io. beneficium quoddam uacans per mortem dicti Roberti impetrauit à papa de dicta familiaritate mẽtione nõ facta, tamen ante huiusmodi impetrationem præfatus dominus Cardinalis consensit dicto Io. quòd ipse dictum beneficium impetraret. Sed noluit, quòd de dicto consensu fieret mentio in supplicatione papæ porrigenda. Quæritur utrum dicta gratia Io. sit surreptitia, & nulla ipso iure. D. Francis. Rober. Galhar. & Bernar. dixerunt, quòd non. Ratio eorum est, quia quando lex habet certam rationem finalem annexam, præsertim in ipsa l. expressam, cessante ratione legis, cessare debet lex. allegant do. pro casu. ff. de flu. l. j. §. non tamen omnes. Hoc tenuit Dyn. in regula. certum est. de regulis iuris. lib. vj. per l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & de re mili. l. milites. circa princip. ff. qui pe. tu. l. uidendum, circa principium. de excus. tut. l. scire oportet. §. aliud. cum iuribus allegatis. & per glos. not. & Io. mo. alleg. De quo etiam per Pet. de bel. perti. C. de legi. l. nõ dubium. & ibi per Cy. in secunda oppo. & in prima cõ clusione. Addidi huic rationi, quia hoc, quod dictum est locum habet tunc maxime, cum lex talis est specialis & exorbitans à iure communi, ut hoc dictum posuit Ioan. andr. de renun. post translationem. Probatur C. de epis. & cler. autent. generaliter. & C. de restitu. in integr. l. fina. Modo ista constitutio domini papæ est specialis, & exorbitans, & habet rationem scriptam, & specialiter in ea expressam: uidelicet, ut in hoc dominorum cardinalium honori deferatur. Modo uolenti, & consentienti non fit iniuria neque dolus. C. de transact. l. donationis. & regula, scienti. libr. vj. cum concor. Sed do. Nico. Guil. Benedictus, & ego eorum omniũ minimus fuimus prima facie in opinione contraria. Rationes meæ fuerunt tales. Prima fuit ista, quia ponderabo hic duas fuisse rationes in constit. expres

sas papam mouentes ad ita declarandum, uel ordinandum: una proxima, & immediata, uidelicet quòd cõcessio facta per eum de beneficio per primam. capitulo, fraternitatis familiar. &c. non facta mentione de familiaritate, censebatur facta per inaduertentiam, & ita contra mentem suam. Et ista fuit causa uera proxima, & immediata & finalis, & per consequens attendenda per legem penultimam. ff. de conditione ob turpem causam. & ff. de donationibus, lege prima. Alia fuit ratio impulsiua, & remota, uidelicet ut honori dominorum cardinalium deferatur, quo ad hoc, & ista cessante, & alia remanente adhuc remanet constitutio, & uidetur argumento ff. de postulationi. lege prima. §. fexum. Modo subiiciendo minorem huius argumenti non potest notari aduertentia papæ ex ui dicti consensus adhibiti in occulto existentia, ipsi papæ non notificata. Cum ergo ad tollendum huiusmodi aduertentiam requiratur talis expressio, argumento qui & à quibus lic. ma. non fi. lege, prospexit. de præbendis. capitulo, si motu proprio. in fine. libro sexto. Confirmabat hoc dictum Nicolaus, quia uerisimile est, & ualde possibile, quòd papa in hoc consideraverit nedum consensum cardinalis, sed etiam fauorem familiarium ipsius cardinalis, quia Romanę curiæ etiam seruire uidentur reductiue. Confirmabam aliter quia & possibile, & uerisimile est, quòd papa uoluerit sibi specialiter reseruare dispositiones beneficiorum talium familiarium etiam propter se, pro eo etiam, quòd se reddidit communiter faciliorem, & promptiorem ad eos, quàm aliis melius & pinguius in beneficiis prouidendum, sicut uidemus de officialibus, & capellanis papæ, & similibus: licet hoc clarius procederet, si huiusmodi constitutio huiusmodi beneficia reseruaret, sed licet non reseruet, plus facit, quia reseruationi dictam specialitatem addit. Prædicta tamen ratio impugnabatur à domino Francisco. dicebat enim quòd licet hic notent duas rationes, uidelicet honorem cardinalis, & inaduertentiam papæ, tamen una dependet, & sequitur ex alia, uidelicet inaduertentia ex dicto honore, &c. ergo tantum uidetur una, argumento ff. pro donatio. lege ultima. & ff. de nouationibus. lege, si enim. cum similibus. Sed potest dici, quòd si constaret, quòd dicta causa prima esset

esset finalis, & sola dicta euasio esset tolerata. Sed hoc non constat, nec supra hoc forsitan præsumendum, maxime secundum illos, qui dicunt, quòd causa in dubio præsumitur impulsiua, ut not. Accursius. de donationibus. lege, secunda. §. ultimo. ff. & Dynus, in regula, decem. libro sexto. licet aliter notet Ioannes Monachus, de scisinati. capitulo finali, in fine ultimæ gloss. & aliter post Petrum, Cynum. C. de episcopis & clericis. l. generaliter. Et aliter Ioannes Andræ. in dicto capitulo, post translationem. super gloss. argumen. est, in fine. Præterea aliqua dicta, propter quæ forte tollitur præsumptio, quæ haberet dictam causam solam fuisse finalem. Præterea hæc obiectio domi. Franc. tollitur clarissime per rationem proximè sequentem. Secunda ratio mea fortior est ista, quia licet honor, & cætera esset, & præsumeretur sola causa finalis huius constitutionis, tamen propter talem consensum ipsius cardinalis secreto adhibitum, non tollitur dicta causa, nec cessat. Igitur propter talem consensum non cessat constitutio. patet arg. quia uerba constitutionis sunt clara, & eis standum est mente non resistente, nec ratione cessante. ff. de exercitoria. lege, prima. §. si is qui nauem. & ff. de legatis tertio. l. non aliter. & dicta lege, prosperit. Probatur antecedens. hic enim duo ex parte cardinalis considerare debemus: puta commodum, & honorem. Commodum in hoc consistit, quia de talibus beneficiis obtinere poterit à papa sibi, uel suis nepotibus, consanguineis, familiaribus, notis, uel amicis prouideri, qui sibi tenebuntur, ac libentius tenebantur. Honor est in hoc, quia talis notabilis expressio est honorabilis cardinalis. argumento. ff. de iniuriis. l. item apud. §. ait prætor. & de præbend. quamuis. libro sexto. de electione. statutum. de sententen. excommunica. quàm periculosum. eod. titu. licet exceptio cõmodi tollatur per dictũ consensum, non tamen tollitur exceptio honoris, &c. facit stylus curiæ, [b] qui habet pro magno honore quarundam personarum pro aliis supplicãtium, quia illi & non alii in literis inscribantur, puta regales, cardinales, & archiepiscopi. Modo solum honorem dicta constitutio pon derauit: igitur, &c. Tertia ratio mea adhuc fortior est ista: quia in præiudicialibus consensus in præiudicium consentientis non recipit extẽsionem extra uerba.

ff. de

ff. de uerbo. obliga. l. quicquid astringendæ. & l. si à colono. argu. not. per Dyn. in regula. qui tacet. libr. vj. argu. ff. de furtis. l. filius. §. notare. & C. de procura. l. maritus. cum simil. Modo iste consensus ex uerbis non habet, nisi quod complacebat domino cardinali, quòd ille impetraret, si posset, à papa hoc beneficium, & habet hunc effectum, quòd si impetret ex hoc sibi nesciet nec referet malas gratias, & tamẽ secundũ aliquos (quod tamen clarum non est) habet etiam hunc effectum, quòd dicte impetrationi se opponet, sed eam non impediet, non autem habet hunc effectum, quòd ille impetret eo modo, quo fieri debet, & potest, & cum uerba hoc non habeant & de hoc ostendi non debent: imò plus dicũt quidam, quòd hic attenditur honor dignitatis cardinalatus, & per consequens tacita renuntiatio non obesset. arg. de fo. compet. si diligenti. cũ si. & ibi no. Quarta ratio mea est confirmatoria proximæ præcedentis, quia uoluit cardinalis, quòd papa ex isto consensu ad concedendam gratiam istam moueri posset: ergo suo iuri non uidetur per dictum consensum renuntiare, sed solum displicentiam & ingratitudinem, quam impetrans contra cardinalem incurrere posset ex impetratione sibi remittere. patet consequentia, quia si noluisset ius suum impetranti concedere ut facilius impetrans obtineret: uerisimile est quòd uoluisset quòd papa id sciret, & ad hoc facilius moueretur: quia præsumitur de eo, qui uult unum, quòd debeat uelle uias per quas peruenitur ad illud. ff. de spon. l. oratio. ff. de acquir. hære. l. illud. Probatur antecedens, quia in facto supponitur, quòd noluit cardinalis & hoc papæ exprimeretur. Ita & uerisimile est, & cardinalis se retulerit ad id, quod papa consensum ignorãs, familiaritate tamen ei expressa, de hoc facere uellet. Sic enim cogitare posset, & consensu isto non recipiente extensionẽ nõ obstante ius suũ illæsum sibi duraret. Nec ob. ff. qui. mo. pig. uel hyp. sol. l. sicut. §. non uidetur. ubi cõsensus expressus uenditioni rei propriæ præiudicat domino, quia uenditio ualet: quia dico, & si id cõsentiret simpliciter papa sciẽte, & papa conferret, certũ esset. Idem forte si ignorãte, dũmodo consentiret, & uellet impetrare, etiam de familiaritate mẽtione non facta: qđ tamen dubiũ est, & forte falsum propter primã rationem. & tollit etia hãc præsumptionem uoluntas contraria. De qua cõstat, ut supra proximè dixi. Quinta ratio mea, quia dolus in tacendo, maxime aliàs exprimẽda, & quæ potuissent mouere ad

ad denegandū, uitiant gratiā. de rescrip. supèr literis, cum si. Modo ex scientia certa, ut supponitur, iste tacuit mentionem aliàs exprimendam, & quæ potuisset mouere papam ad denegandū. Et si ex certa scientia tacuit, præsumitur tacuisse, ut gratiā facilius obtineret, & ita, ut papā circumueniret, & ita per dolum. Et licet aliquæ de dictis rationibus forsan possent euadi, tamen attento, quòd iam surreptio per constitutionem est plene, & uere probata, illæ quinque rationes omnes simul sumptæ adeò reddunt dictam excusationem prælibatæ surreptionis iam plene probatæ dubiam, & obscuram, quòd standū est surreptioni iam clarè probatę, quod arg. not. per Cyn. C. de re. cre. l. in ratione fidei. in ultima q. & cap. in præsentia. de proba. & l. ij. C. de edic. diui Adri. tol. Tamen casus prima facie dubius est.

a ¶ De beneficiis uacantibus. *Nota, quòd beneficia dignitatis, uel personatus uacantia in curia Romana non possunt conferri, nisi per papam usque ad mensem. post mensem uero illi, ad quos pertinent, per seipsos tantum, uel ipsis agentibus in remotis per uicarios, quibus hoc sit commissum. extra de præben. c. ij. & ij. & cap. præsenti. & ca. si apostolica.*

b ¶ Stylus curiæ. *Quod stylus curiæ sit attendendus: uide per Feli. in c. ad hæc. de senten. excom. Item stylus quando faciat ius, & multa de stylo, uide per eundē Feli. titu. de reseri.*

¶ De his quæ fiunt a præla. Rubrica.

Conclusio DCXXXIII.

LICET contra processum agitandum pro episcopo, etiam cardinali cōtra possessorem in causa ardua nomine ecclesiæ suæ possit possessor opponere de non consensu sui capituli, propter c. causam. de iudi. quia sine tali consensu sui capituli ad ardua etiam in iudicio nō debet ipse procedere, ut ibi tā gitur, & not. Inno. de rescri. edoceri. in fine. tamen contra procuratorem hoc opponi non posset, quia ad ipsum solum prælatum pertinet exercitium actionis. Notat ipse Inno. in c. edoceri. de rescriptis.

¶ De iudicijs. Rubr.

Conclusio DCXXXIIII.

SIEXCIPITVR ut supra proximè contra episcopū, & episcopus replicet se carere capitulo, ut de elec. in plerisque. lib. vj. sibi nō creditur, nisi probet, quia de iure communi cathedralis ecclesia habet collegium, sed super hoc iudex summatim inquirere debet.

¶ De præbendis. Rubr.

Conclusio DCXXXV.

SVPPOSITA ordinatione domini nostri moderni, quæ habet, quòd in reformationibus gratiarum nō est opus de non

non obstan. beneficiorũ ipsius reformati fieri mẽtionem, dummodo in principali facta fuerit: licet in confirmationibus secus, pro eo, ꝙ papa in gratia principali per eum concessa semel in reformato pluralitatem approbauit, quod non fit in confirmato, quia nil papæ præreptit, si habens primam gratiam ex aliquo defectu inutilem, puta, quia de lite mentionem non fecit, impetrat facta mentione de defectu surrogationem, & prouisionem nouam. Valet etiam si de beneficiis suis non fecerit mẽtionem, dummodo in prima gratia hoc expresserit. ratio est, quia omnis reformatio uim nouæ prouisionis habet: ergo nouam prouisionem non est nisi exprimere tacite subintellectum. Ergo idem in expresso, sicut in tacito. per not. glo. de elect. c. ij. lib. vj. & eo. lib. de spon. c. uno. in ulti. glos. Idem tenuerunt domini, etiam si in reformatione facta est mentio de aliquibus tacito de uno, qđ mihi dubium fuit propter fraudem præsumptam, & etiam dubium fuit domino meo. Ratio etiam fuit in conclusione prædicta principali secundum dominum Nico. quia in potestate petentis surrogationem non fuit dare modum confectioni literarum, an per modum reformationis, uel nouæ prouisionis fierent, nec factũ officialium cancellariæ omittentiũ uiam reformationis, & eligentiũ uiam surrogationis, & nouæ prouisionis debent fuisse uti in damno. ratio tertia, quia mẽs, & uoluntas papæ, & ratio urget uniformiter in utroque casu, iura sunt cõia.

¶ De rescriptis. Rubr.

Conclusio DCXXXVI.

SVPPOSITO, quòd domino nostro papa Grego. xj. anno præcedẽti proximè de mense Nouembris existente in Ianua absente uicecancellario, & quolibet alio pro eo ex parte eiusdem d. n. per cursorem fuit mihi Aeg. cõmissio præsentata, quæ signata per dominũ nostrũ, nec per uicecancellariũ, uel aliũ eius officiũ alias quod appareat gerentem, sed per reuerendissimum patrem dominũ cardinalẽ sancti angeli, de mandato tamẽ, prout ipse in signatione refert, licet alias appareat, eo. d. n. standum est dictæ signationi, quanquam præiudiciali, quia erat causa prius in Auinione cõmissa, & ibidem remansura, quia licet alias forte de rigore iuris dicto cardinali regulariter non creda tur: tamen in his cõmissis secus: præsertim ubi alii papæ in talibus nõ assistunt. Super quo remitto ad not. in remissionibus per me signatis.

¶ De rescriptis.
Rubrica.

Conclusio DCXXXVII.

a SI AVDITORI[a] per d.n. cõmittitur causa, q̃ fuit ante ex eiusdẽ nostri ordinatione remãsura, dicta ordinatione nõ obstã. dũmodo partes nõ essent ciues Auinionen.cũ potestate citandi: & auditor ante citationẽ se informauerit de dicta clausula, dũmodo, &c. & repererit ita esse, & citauerit, fueritq; citatio cum executione reportata, & in termino ad dicendũ cõtra commissionem, comparuerit procurator ad excipiendum, & ad appellandum solum deputatus, qui de hoc exceperit, & fuerit ad approbandum admissus termino octo dierum sibi præfixo peremptorie, qui licet non consentiret in termini præfixione, non appellauit, nec infra terminũ aliquid probauit, sufficit dicta extraiudicialis informatio per auditorẽ facta, maxime, quia ad eũ pertinet de cõtrario dare, & probare, & ad hoc habuit terminũ, & nõ fecit. Et quia negatiua de sua natura probanda nõ est, nec pro ea præsumitur, maxime hoc casu, quia illi sunt aliunde oriundi, & requiritur certa solennitas, ut quis ciuis efficitur, ut probatur C. de incol. l. ciues. libr. x. per l. patet, quòd sola domicilii mutatio, & noua constitutio curiæ non facit.

a ¶ *Si* auditori. *Nota, quòd auditor isse appellatur auditor contradictoriarũ, cuius est magnũ officiũ circa rescripta iustitiæ, & dandos iudices, qui impetrentur extra curiam.*

¶ De rescrip. De re iudi. Rub.

Conclusio DCXXXVIII.

SVPER articulo grauaminis, à quo est appellatũ, non impetratur commissio, antequam dati fuerint apostoli. non intelligitur de articulo habente uim ultimæ diffinitiuæ: puta desertionis, quia illa uidetur esse diffinitiua, & sequitur sententiam, & articulus grauaminis non tat id, quod sentẽtiam præcedit, igitur. Vide not. de appel. cordi. libro sexto.

¶ De restit. in integrum. Rub.

Conclusio DCXXXIX.

ALLEGANS titulũ pensionis, de quo habetur de præben. c. nisi essent. & agens restitutorio, non est audiendus propter titulum infectum. Et si habuit contra se sententiam in possessorio, & non appellauit infra tempus legitimæ impeditus, non ideo restituendus est: quia de non iure, nec de interesse suo satis constare uidetur per infectum titulum. alleg. de confect. patet in cap. nisi essent. alleg. consequentia probatur per not. Innoc. de diuor. significasti. An uerò super protestatione personali spoliato competat restitutio, materia est l. ij. ff. quorum bonorum. de pact. si certis annis. & ff. de usur. l. cum de in rem uerso. & ff. si serui. uendi. l. si quis

quis diurno. de elect. querelam. per Odonē de Senonis in tract. suo iudi. posi. ti. quorū bonorū.

¶ De restī. spoliato.
Rubrica.

Conclusio DCXL.

SVPPOSITO, quòd corā Paulo auditore spoliatus [a] agēs restitutorio per episcopum intēdentē impediatur, nedū habere possessionē ecclesiæ, de qua litigabat, sed etiā huiusmodi occasione litis habere fructus unius prębēdæ, quā in diœcesi obtinebat, & q̄ his papę narratis obtinuit q̄ eo Paulo, quia erat causæ auditor, committi, q̄ lite pēdēte dicto spoliato de fructibus dictę prębēdæ faceret responderi, postquā recedēte Paulo de curia, P. auditori sunt commissæ causę, quas inter istas partes audiebat Pau. cum inciden. dependen. emergen. & cōnexis dictā cōmissionē poterat exequi P. auditor. Ratio, quia saltē negari non potest, quin sit de causa, uel depēden. inciden. emergen. & cōnexis ipsius causæ, quia occasione litis facta fuit. Simile ff. de inoffi. testa. l. si institutio. §. pen. & extra. de accu. c. ex parte. & de offi. dele. c. j. Nec ob. q̄ capitulum ecclesiæ, ubi est prębēda non est de partibus, quia hoc uenit incidēter, ut ff. de offi. deleg. c. j. & de ap. Romana. §. si uerò partibus. ar. C. de iudi. l. quotiens. & C. de ordi. cogni. l. aditę. Vide tamen super hoc in conclusionibus Neapol. conclusione cxlv. fo. xxiij. ubi tenere uidetur contrarium in gratia, si per euentum litis apparuerit neuter, &c. licet hodie palatium sit in contrarium, quod bene facit ad cōtrarium propositū. Et hoc casu de dictis narratis leuis præsumptio, seu probatio sufficit: quia de his in lite plenius est agendum secundū do. Viuarien. cardinalem.

[a] ¶ Spoliatus. *Cum quis spoliatur ab aduersario rebus, uel beneficio, ante litis ingressum restituatur, uide ÿ. q. ÿ. per totum. iij. q. j. episcopi. v. q. ÿ. si primatem. ix. q. iij. fratres. xxxiij. q. ÿ. historia.*

¶ De præbendis.
Rubrica.

Conclusio DCXLI.

SI MANDATVR executori, quòd si uocato possessore repererit beneficium uacare, per extrauagan. execrabilis. prouideat Titio: prouisio per eum facta aliter nulla est. de offi. deleg. uenerabili. & ca. cum contingat. & de restitu. spo. pisanis. quia forma non seruata, &c.

¶ De iudicijs.
Rubrica.

Conclusio DCXLII.

PROCESSVS FActus uigore commissionis, de qua cōmissione dictum est supra parte non uocata, non est nulla ipso iure. per not. Innoc.

Innocen. de præsumpt. dudum. Et quia talis partis vocatio regulariter etiam in iudicialibus iniustitiam, & non nullitatem inducit, & ideo interlocutoria nihil ominus valet, not Inno. de procura. audit. Tamen si esset verbum: si repereris, &c. crederem esse iudicialem cõmissionem, non modo executoriam, quia iudici iudicialiter procedẽ. directa fuit. ar. pro hoc, ut talia sint subiecta, qualia, &c. ff. loca. l. si uno anno. arg extra. de cens ib. præsenti. in gloss. super uer. conſiteri.

¶De rescriptis. Rub.

Conclusio DCXLIII.

ERROR nominis proprii possessoris, contra quẽ commissio impetratur, per cognitionem dictæ possessionis designati non uitiat. arg. C. de leg. si quis in fundũ. & de lib. & posth. l. nominatim.

¶De præbendis. Rub. a

Conclusio DCXLIIII.

SI papa prouidet mihi de beneficio uacañ. per obitum Titii tempore domini Vrbani cum clausula: dũmodo per Vrbanum de eodem beneficio non fuerit dispositũ, ualet prouisio, etiam si papa Vrbanus signauit supplicationem de dicto beneficio pro Martino, & etiã si Martinus signat gratiã, & ratam habens super ea literas mandauerit fieri, dũmodo literis non confectis fuerit Martinus mortuus, uel uxoratus, aut religionẽ professus. Ratio est ista: tum quia signatio supplicationis nõ probat tum quia non potest surreptionem inducere ordinatio effectu carens, & suspensionẽ perfectam superueniens amittens per communia iura. Et ita non obstat de re iud. cum olim. Item, quia si fuisset papę dictum de dicta ordinatione, & subiunctum, qualiter reductum erat ad non causam, non minus cõcessisset.

¶De probationibus. Rub.

Conclusio DCXLV.

NON obstãtibus cõclusionibus ccccclxij. & ccccclxiij. suprà præcedentibus, si deduco in impetratione capellaniæ unicum titulum ex persona anteceſſoris mei, puta per assecutionem ecclesiæ parochialis authoritate literarũ domini nostri papę Vrbani in forma pauperum[a], & testes mei deponunt, se uidisse literas purificationis, acceptationem, & prouisionem, & possess. assecut. harum authoritate factam, & quoddita sit, est publica uox, & fama, satis sufficit ad obtinendũ in causa. Ratio mea est, quia casus, inter quos non est diuersitatis ratio, ad paria iudicantur. ff. de uerbo. obliga. l. à Titio. Modo si agamus de probando titulo authoris, siue de probando modum amissionis sui tituli inter ista est eadem ra-

tio, ergo. quòd sit eadem ratio probatur dupliciter.primo,quia utrunque eundem effectum habet, quia si titulum non habuisset anteceſſoris,nõ dicitur uacare per eius perſõnam. Et ita nõ habet ius impetrans. de reſcrip. a ſuſceptum.ſicut ſi ius haberet,& modus in eius perſonã non contigiſſet. Secundo, quia idem in probatione tituli authorũ non ſequitur plena probatio,quia licet quis arctetur ad probandum literas, quas habere dicitur de titulo ſuo, quia præſumitur q̃ eas habet, & cuſtodiret ſi eſſet a unum,&c.tamen ſecus eſt de literis probantibus ius authoris ſui,quia illud difficilius, & grauius eſt,ideo poſitio,& communis opinio,quo ad hoc,releuat. C.de probatio. l. uti poſsidetis. ff.de offi.prętoris.l.Barbarius.& ff.de proba. l. ſed arbiter. & ar. not.Innocen.de uerbo.ſig.quid per nouale.& c.ueniens.Et quia ſuper titulo authoris nõ eſt pronuntianda.fa.no.glo. ff. ſi ſerui. uend.l.ſicuti. §. ſed ſi quæratur. & C.quæ ſit lon.conſue.l.ij.in v. ar.iij.cõcluſione.ix. & no.gl.qui fil.ſint legiti.c.lator. modo iſtæ duæ rationes locum habent,hoc maxime, quia literæ in forma cõmuni, non regiſtrantur. Non obſt.quòd ex recenti poſſeſsione difficile inducitur poſſeſsio, &c.quia dico, quòd ad inducendum communẽ opinionem hic aliud concurrit:puta, quia teſtes uiderunt literas,proceſſum, acceptationem, & prouiſionẽ. Et in certis non eſt locus coniecturis.ff.de uer.obl.l.cõtinu⁹.§.cũ. Ita finaliter omnes tenuerunt.

¶In forma pauperum. *Literæ in forma pauperum quæ dicantur,uide Abb.in c. poſtulaſti.in ij. colũ.de reſcript.Et quomodo cognoſcãtur literæ in forma pauperum, uide per Feli.in d.c.poſtulaſti.ij.col. de reſcript. uer.dum declarat ob naturam.*

¶De conſuetudine. Rub.

Concluſio DCXLVI.

CONSVETVDO[a] poteſt inducere, quòd duobus notariis uocatis ſuper teſtamẽto facto &c.ad alias cauſas, quàm pias credatur ſine teſtibus,& ſubſcriptione,quia cõſuetudo detrahens formę teſtandi,in modo probandi bene ualet.de teſta. Raynutius.& c. cum eſſet.& de teſta.relatum. de fide inſtru.cũ dilectus.& not.per Dy. de reg.iu.li.vj.indultum. Quicquid diffuſe nouerint in contrarium legiſtæ,& Bart. C. de ſum. trini. l. j. ibi tenuit Barto. etiam iſtam partem. arg. de teſta.l.fi.& per l.ij.C.quemad. teſta.ape.iũcta l. publicati.C.de teſta. & l. ſi quis ex ar.cũ ibi not.ff. quemad. teſtam.ape. l.hac conſultiſsima. §. ex imperfecto.C.de teſta. & falſ. hære.l.fi.iuncto,quòd pater & ciuitas æquiparantur. ff.de iuſti.& iu.l.ueluti.& de cap.l.poſtlimi,

limi. §.filius.& per l.omnes populi.ff. de iusti.& iu.quia nō reperitur prohibitū, nec ob.secundum eum.l.fi.C.qui testa.fa.pos. quia ibi cōsuetudo præterita limitatur,non autē futura prohibetur. Et ita uidetur sentire Cy. ibi.& in l.dudum.C.de contrah. emp.secundū eū. Nec est,ut dicit,temeraria hæc bona,& sano a rabilis testantibus, sicut in militibus,& inter liberos,& ratione testium.ar.l.fi quis ex assignantibus.ff.quemad.testa.ape. Vide de hoc in Specu.de instru. edi. §.compendiose.uer.sed de consuetudine.& per Henr.bohic.de testa.cum esses.& alios ff.de iusti.& iu.l.omnes populi. Et licet c.relatum.& c.cum esses. nō loquātur de consuetudine, probāt tamen rationē hoc casu saltē in foro ecclesiastico non obuiare consuetudini, imò in omni foro ad ueritatē. ar.iiij.distin.erat autem l. Nec mirū, quia ab initio de iure diuino, in ore duorum,uel trium stat omne uerbū, quia si repertum est iuramentū, hoc à malo est.de iureiuran.& si Christus.Et si constitutū est,maiorem numerū requiri in testamentis,hoc est de iure positiuo propter periculū maius. Modo iura positiua tolluntur per consuetudinē.ergo,per c.fi.de consue.cū si. Item quia minor fraus potest committi per duos notarios in casu nostro,q̄ per unum solum.uer.de testi.adiecerimus. quo casu tamen omnes dicerēt posse ualere cōsuetudinem per iura alle. Nam unicus notarius configendo testes mortuos per seipsum solum posset committere fraudem, quòd non fit hoc casu, quia duo non sunt ita cito falsarii,sicut unus.

¶ Consuetudo. *Not. quòd cōsuetudo facit licitū,quod alias esset illicitū,ut in auth.de defenso.ciui.§.quia uero etiā.& notatur per Arch.lxiij. dist.c.ea sancta. Et facit delictū,qd̄ alias sui natura nō esset delictū.ff.de extraor.cri.l salutari.§.sunt quædā.*

¶ De uerbo.signi. Rub.

Conclusio DCXLVII.

SI EXPECTANS ad beneficium cum cura,uel sine cura acceptat parochiā uacantem,& executor prouidit sibi de præbēda parochiæ uacañ. uēl uacaturæ,ualet prouisio: tū quia appellatione præbēdæ potest omne beneficiū cōprehēdi, quia præbet:tum quia in multis partibus parochiani maximæ ciuitatis prebendarii uocātur,occasione.no.in c.cum ecclesia Sutrina.de cau.pos.tum quia se refert ad certū corpus.Nec ob.de uacatura,uel si uacat.ar.no.in c. si tibi.de præb.lib.vj.per Io.mo.

¶ De officio delegati. Rub.

Conclusio DCXLVIII.

SI AVDITOR secūdæ instantiæ propter absentiā primi sigillauerit literā sequestri,

contra acta non potest reuocare, quia de literis nõ cognoscit, quia spectat ad auditorẽ cõtradictarum, corã quo debent proponi exceptiones. domini Guil. Bened. & ego solus contrà, quia apponere sigillũ spectat ad eius officium per ordinationem papalem: ut sic uidelicet errorẽ in actis nõ sigillet. ar. regulæ, eius est nolle. cum concor. & ca. j. de reg. iur. in antiquis. & c. cessante. de appell. cum ibi no.

¶ De rescriptis. Rub.

Conclusio DCXLIX.

LICET una de præcedentibus cõclusionibus, uidelicet conclusio cccl xxxviij. computando numerum istarum conclusionũ, sed secundum numerum conclusionũ domini Guiliel. quæ est inter illas conclusiones xc. uide meam. ℣. folio xcvj. & illã domini Guil. folio lxxvij. Vide etiam suprà in conclusione xj. & conclusione ccccxcv. Aegidius. Et habet, ꝙ commissio facta auditori primę instantiæ de admittendo articulos iam datos, eorum mala specificatione non obstante, ad auditorem secundæ instantiæ non extẽditur, pro eo, quòd iure ordinario sibi cõpetit remediũ faciendi specificationes in prima instãtia omissas, quia lapsus termini primæ instãtiæ nõ est peremptorius in secunda, cum termini sunt instantiæ, & nõ causæ. Nihilominus dicta cõclusio locum non habet in casu, in quo papa ad lapsum termini nõ habuisset respectum, sed potius ad defectum materiæ: utputa, quia negatiua nõ coarctata, nec prẽgnans, ut quia infra terminum non soluisti, uel non fuisti promotus. Talis enim secundũ naturã non recipit probationẽ, ut C. de proba. l. actor. & per consequens nec specificationem, quia specificatio in materia obiectiua nihil aliud est, quàm coarctatio directe cadens in animũ testis, quòd deducit materiam esse probabilẽ. Et ita patet, ꝙ termini prohibitio, uiæ prohibitionẽ inducit. ff. de sponsa. l. oratio, uel quia licet sit probabilis, quia specificabilis, tamen specificatio est diffinibilis, ut de excessu taxæ. Et in his duobus casibus nõ habet locũ dicta cõclusio, ꝙ papa non considerauit lapsum termini hoc casu instantiã concernentem, sed potius considerauit defectum materiæ, uel difficultatẽ specificationis, quæ concernunt totã causam, quia concernũt directe ius, seu defensionẽ ipsius partis, Idem forte, si papa nõ retulit se ad articulos iam datos, sed potius ad dandos, quia istud non cõcernit magis unã instantiã, quàm aliam, sed potius causam. iura enim & defensiones partiũ concernũt causam, & negotiũ principale, sed terminorum

rum obseruatio, & eorum continuatio concernit instantiam, & constituit eam. Et hoc tertiũ notabile est. Et in duobus primis casibus fuerũt quasi omnes concordes, saluo solo, quòd domi. Guiliel. à prin. quodammodo deuiauit, sed uidebatur post reuerti. Tertius casus non fuit tunc tactus, sed recordor, ut mihi apparet, alias audiuisse, & uidisse concilia in hunc tertium casum se declinasse.

¶De iudicijs. Rub.

Conclusio DCL.

a CVRIA Romana [a] adhuc existente in urbe auditor existẽs in Anania, cui committitur causa cum potestate citandi, potest in Anania decernere citationem, dummodo fiat citatio ad locum habilem, uidelicet in quo idem auditor in Romana curia pro tribunali sedebit. De materia huius, & sequentiũ, seu circa eam, uide per Bar. de ope. no. nunt. l. prima. §. nuntiatio. colum. quarta. uer. quærit. Iacob. de Are. an citatio. imò uidetur contrariũ. Primo quia eadem debet esse ratio de uia, & de termino. ff. de spon. l. oratio. Modo [b] effectus citationis non posset fieri, nisi in curia, quia est contentiosæ iurisdictionis. igitur, &c. Secundo, quia executio citationis non potest fieri extra territorũ, ut de re iud. pastoralis. in clem. uer. & ut id tanquam notorium. ergo nec decretum, quod censetur quædam interlocutoria. ut l. neminem. ff. de exhib. re. & C. de his, qui ad eccle. confu. l. præsenti. Et non fit, nisi per iudi. Et tamẽ citationis executio fit per nuntium. Nec debet esse maioris ponderis executio, quàm ipsum principale, & tamen auditor habet Romanam curiam pro territorio. ergo, &c. confirmatur, quia aut est auditor ordinarius, aut delegatus, sed neuter istorum extra territorium suum aliquid facere potest. ff. de iurisdictione omni. iudicum. l. fi. de rescrip. statutum. §. in nullo. libro sexto. ergo, &c. Fa. quarto, quia in iudicio spectamus initium. ff. de mino. l. iij. §. scio. Modo citatio est huiusmodi initium. ut institu. de pœte. litigan. §. fin. probatur, ut lit. pend. cap. secundo. in cle. Inducitur pro parte ista. ff. de ser. expor. l. si minor. Et pro hac parte facit, quod not. Franc. Accurs. & Iacob. de Are. C. de feri. l. fin. & Dyn. & Bar. ff. de no. ope. nunt. l. prima. §. item nuntiatio. uidelicet, quòd non ualet die feriata facta ad diem nõ feriatam, per iura prædicta. Modo de tempore ad locum bene arguitur. arg. ff. si certum petatur. l. unum. Ad hanc partẽ uidebatur uelle domi. Gualhar. & etiam domi. Nic. ab initio, licet propter sequen-

tes rationes post inceperit dubitare. Sed in contrarium uidetur, quia decretum talis citationis est iurisdictionis uoluntariæ, igitur potest extra territoriū exerceri, saltem cum eius effectus in locum habilem dirigatur, patet consequentia per l. obseruare. in fi. ff. de offi. proconsul. & leg. argumen. ff. de donatio. inter uirum & uxorem. l. fi. cum gloss. & l. seq. & C. de dona. ante nupt. l. si quid sponsæ. & ff. de hære. institu. l. in tempus. cum similib. ff. de offic. proconsul. l. secunda. & C. de feriis. l. actus. licet uideatur contra C. de dilato. l. à præcedente. soluetur infra modum actus citationis decernendæ, licet à iurisdictione contentiosa procedat, tamen quantum in se est, uoluntariæ iurisdictionis esse censetur. Quod probatur primo, quia fit die feriata quicquid nouerint alii superius nominati, ut not. Dyn. post se corrigendo Pet. & Cyn. C. de feriis. l. fin. & Ioan. And. eodem titu. c. conquestus. in nouella. Et ita seruatur, & tamen actus contentiosus non fieret illa die. ut l. fi. cap. conquestus. allega. cum si. Item, quòd sit uoluntarius, & nō contētiosus, probatur ratione, quia actus non dicitur uoluntariæ iurisdictionis, pro eo solo, quia liberè dependeat à uoluntate iudicis, quia iudex suam iurisdictionē etiam inuoluntariè subdito ministrare tenetur, cū hæc iura mādent. Sed pro eo dicitur uoluntariæ iurisdictionis, quia pōt expedire sine alicuius uocatione, & sine causę cognitione. ff. de offi. procōsulis. l. ij. Modo ita est, ꝙ citatio, quæ fit parte absente, fit sine causæ cognitione. Et idē esset de illa, quæ fieret partibus præsentibus, & consentientibus, seu nō altercantibus, nec contradicentibus. Licet secus, si partibus hincinde super hoc altercantibus, & inuicē contradicentibus iudex dilationem certam daret, quia tunc interloqui uideretur. ut not. Cyn. in dicta l. dies festos. & d. l. à procedēte. Et probatur in d. l. à præcedente. cum sua dilatione ad l. uoluit. ſ. fin. ff. de interrog. acti. Secundò, principaliter quis existens extra territorium, & ita in loco minus habili potest committere alteri exercitium suæ iurisdictionis, fiendæ tamen in loco habili: puta infra territoriū. ut ff. de officio procōsulis & legati. l. obseruare, allega. & ff. de offic. præfectur. l. fin. & not. ff. de offic. delega. nouit. & ita seruatur. Modo auditor in casu nostro non habet potestatem citandi extra curiam per totum orbem. ergo, &c. & committendi in loco inhabili, quod fiat ubique, quia totus orbis est locus habilis isto casu. Tertio fortius, quia ipse auditor habet potestatem

teſtatem citandi extra curiam. ergo poteſt extra curiam committere alteri, quòd citet, quia non eſt fortioris efficacię commiſsio ſola de citando, quàm citatio ipſa. licet enim regulare ſit, auditores nō cōſueuiſſe cōmittere, tamē in citationibus, & cōpulſoriis conſueuerunt committere, & negari non poteſt, quin illud ſit regulare, & quis pōt hoc facere per ſe, quod per aliū. & econtra. de re iud. quod alicui. & c. poteſt quis. & c. qui ſicut. cū ſi. Prima ratio facta in cōtrariū in nullo obſtat, quia tunc eſt eadē ratio de uia, & termino cū ratiōe ſubiectæ materię prohibetur terminus abſolutē, & ſimpliciter, imò potius permitti tur, licet prohibeatur certo modo, loco, uel tempore fieri. Tūc bene poteſt eſſe, & permittatur uia, modo, loco, & tempore huiuſmodi, dūmodo quo ad hæc ex nulla uia, & termini ratione diuerſitas reperiatur inter uiā, & terminū. Modo ſic eſt in propoſito, quia citatio eſt uoluntariæ iuriſdictionis, & proceſſus uigore ipſius agitandus contentioſe. Modo iuriſdictio uoluntaria extra territoriū bene exercetur, & non contentioſa, ergo, &c. Sic ſponſalia fiunt per uerba de præſenti, & ante pubertatē, & de matrimonio ſecus. Ad ſecūdū dātur multæ reſpōſiones, quarum aliquas uide per Pau. in cle. paſtoralis: quas licet nō placeāt non impugno. Et ibi de iſta materia plene. Alii dixerunt, quòd illa ratio poſita in uer. & ut illud. non eſt neceſſaria ſed perſuaſiua, & per ſe non concludit, ſed cum aliis bene. Sed ut dicit Pau. hæc ſolutio eſt temeraria. Alii dicunt, quod §. ſi uero apparitor ibi. l. omnes ubique. C. de epi. & cle. & §. ſi cōtrahentes. c. Romana. de fo. compe. lib. vj. loquitur in executione citationis facta in territorio ſaltem illius ſuperioris, qui ordinarium, uel iudicē delegatum dedit, & loquitur in caſu noſtro. Sed c. paſtoralis. loquitur in exe cutione citationis facta in territorio non ſubiecto citanti, nec ſuperiori ſuo, ſaltē qui eum iudicem quo ad hoc dederit. Terræ enim eccleſię imperio ſubiectæ non ſunt. Et iſtam ſolutionē ponit do. Bart. in xj. col. pro Federico imperatore, per eum gloſſ. Vel forte poteſt dici, quòd in §. ſi uerò apparitor. eſt ſpeciale in præfecto urbis, & ſuper cauſis in urbe Romæ delicti, uel contractus ibi initi, aut alias, coram eo tractandum poſsit citari in prouincia degēn. Et ita ſeruat auditor cameræ apoſtolicæ ratione contractus, &c. Et hoc forte de priuilegio, uel de conſuetudine ſpeciali: quo iure enim hoc poſſet, textus non declarat, ſed ſupponit quòd poſsit. Qualiter

autem hoc posit, supplere debemus propria alia iura. Et hoc probat §. contrahentes. alle. quo ad effectum procedendi in causa, citatio ibi non fit, sed solum quo ad diuittendum in possessionem, & non habet propriè uim citationis, sed magis intimationis, seu denuntiationis. Nec fit talis citatio propter personam, sed rem. Et ibi uide plenissime per Ioan. And. in nouel la. ubi per eum de materia mul- 2
tum late. Nos autem in casu isto non loquimur de inhabili loco etiam quo ad citationem exequendam, ut ostendit tertia ratio huius partis. Ad tertiũ satis responsum est. Ad quartum & ad quintum facile est respondere. Ideo omitto.

a ¶ Curia Romana. *Nota, quòd curia Romana sepe mutat obseruantias suas propter mutationes summorum pontificum, & auditorum, & aduocatorum, ut patet per Compost. extra. de ele. c. j. lib. vj. & Ioan. And. eo. c. j in nouella super uy. glo.*

¶ De procuratoribus. De exceptionibus. Rub.

Conclusio DCLI.

SI PARS actrix in persona Ioan. sui procuratoris præsens contra unũ procuratorem partis reæ obtinuit diffinitiuã, & actori petenti executionem dictæ sententiæ obiiciatur per eum, quòd dictus Ioan. non fuit procurator ipsius actoris, pro eo, quia in instrumento procuratoris solũ nomen notarii apostolici fuit sine subscriptione expressum, talis exceptio non est admittenda: maxime, si procurator uerus ipsius rei pendente iudicio interrogatus, an uellet aliquid dicere contra procuratorium ipsius Ioan. dixit se nil dicere uelle. Ratio est, quia huiusmodi exceptio non est peremptoria[a] procurationis, licet uideatur obstare probationi ipsius. Et ita est magis dilatoria, quàm peremptoria, de qua post litis contest. quærendum non est. ff. de procura. Pomp. §. rati. Quòd autẽ non sit peremptoria ipsius procuratoris, quia non sequitur instrumentum, non probat, ergo non est ita, quòd quandoque non deficit ius, sed probatio iuris. ff. de testa. tute. l. duo sunt Titii. Item confessio partis releuat à probatione. de offic. c. fin. & eod. titu. eod. lib. vj. Modo procurator rei confessus est ipsum procuratorem esse. quia interrogatus dixit, se cõtra procuratorium nihil uelle dicere, & cum eo, tanquam cum procuratore continuo litigando, eum, ut uerum procuratorem approbauit, quòd potuit, quia hoc erat de necessariis dependentiis ipsius causæ. In quibus factum ueri procuratoris bene præiudicat domino, secundum

not.

not.Innoc.ut lit.non contest.c.j. de fideiuss.quòd quibusdam.potuit enim esse, quòd sciebat procurator rei etiam aliter, quòd ille Ioan.erat uerus procurator actoris.Item tertio, quia non reperio, quòd cognomen sit de essentia instrumenti huius.facit de fid.instru. cum Pe.tabellio.ut euitetur enim æquiuocatio, & incertitudo l. duo sunt Titii. aliàs solet opponi cognomen, quæ incertitudo, &c.quo plures in nomine, & cognomine concurrerent,uedicarēt sibi locum. Item quarto, quia qualitas ipsa a notariatus apostolici satis uidetur haberi per cognomen, si alius notarius apostolicus eiusdem nominis non reperitur in partibus illis. ut ff. de liberis & posthu.l. nominati. & si certum petatur.l. certum. Modo quòd esset alius notarius apostolicus in partibus illis, pro tunc cum sit facti,nō præsumitur,nisi probetur, ergo apparet, quòd ipsa etiam ex forma sua de se est mala.Quinto,quia saltem ratihabitione ualidarentur sententia, & processus.ff.de iud.l.licet.ff.rem ra.ha. l. iij. §.falsus. Probo,quia lex habet iudicium pro ualido actum cum procuratore actoris, de cuius mandato dubitatur, si cauet de rato habendo, alioquin prouisio legis primæ C.de procurato. non ualeat, & tamen ratihabitio nihil addit ad mandatum. Modo petendo executionē sententiæ quis eam ratam habet,ut C.de re iudica.l. ad solutionem. Et licet in procuratore rei, in quo cessarent plures de rationibus supradictis possit esse dubium : tamen in procuratore actoris dubiū non uidetur per prædicta. Et ibi in hoc fuimus concordes. Sexto, uide in domino Archiepiscopo Bareñ.regeñ. cancellariam pro domino Cardinali Pampilieñ. xiiij.Iulii.anno lxxvij.

¶Non est peremptoria. *Quæ sit exceptio peremptoria, & quare sic dicatur, item quòd exceptionū peremptoriarum aliæ dicuntur simpliciter peremptoriæ exceptiones : aliæ uerò exceptiones defensiones uocantur,uide Specu.ij parte titu.excep.§. primo. De dilatoria habes suprà in quadam additione.*

¶De procuratoribus. Rub.

Conclusio DCLII.

PROCVRATOR deputatus ad prosequendum causam in curia tempore quo curia erat Auinionæ, quæ causa ex ordinatiõe papæ primo post recessum curiæ de illo loco ibi remansit, & postmodum ex certis causis est ad curiam iterum

aduocata, si curiam ipsam secutus fuerit, ipsam causam adhuc hic prosequi debet, & potest, quia suum mandatum non concernebat ipsam curiam, & per consequens omnem locum, ubi curiam esse contingeret. Nec mutatio curiæ facta per papam potuit, seu debuit mãdatũ procuratoris dicti aliqualiter immutare, ita quòd nil est domino de dicta aduocatione nouiter facta intimandum: quia sufficit, quòd procurator ad hoc commissum per dominum intimetur, sicut si committeretur de nouo causa recitanda in curia, & reperitur procurator habens mandatum ad causas in curia tractãdas contra eum sine alia intimatione procedi posset, saluo quòd ad dominum consulendum, & ad instrumenta producẽda sibi posit dari dilatio. de procu. c. dilectus. cum si. Et in hoc etiam domini concordarunt.

¶De in integrum restitutione. Rub.

Conclusio DCLIII.

QVADRIENNIVM de quo in l. superuacuam. C. de tempo. in integrum restit. quod ex persona pupilli mortui in pupillari ætate maiori hæredi ipsius pupilli cõpetit, currere incipit nedũ à tempore, quo maior hæreditatem huiusmodi dicti pupilli adiuit, sed etiam statim post mortem pupilli etiam hæreditate iacente. per l. ad diem. & l. cum filius. §. primo. Bar. ff. de uerborum obligationibus. & l. fi. ff. de nau. fe. & per not. Dy. in regula. cum quis in ius. libro sexto. cum remissione Spec. addi. ibi per Ioan. Andræã. Etquia, ut dicebant dicti domini, hæreditas iacens repræsentat personam minoris, & maioris retrotrahitur aditio ad tempus mortis, ne fingatur quis, etiam quo ad tempus, decessisse pro parte testatus. Et quia fuit in culpa, nam cito potuit adire, & non adiuit. Et quia aliter posset habere duo contra mentem l. & quia, ut dicit domi. Nicol. idem de iure reperitur in tempore decem dierum dato ad appellandum, sed text. non cogitabat. Sed domi. Guil. & ego dubitamus: quia aut hæreditas iacens, quo ad hoc cõsideratur, ut repræsentans pupillum, aut ut repræsentans hæredem maiorem. Si primo non potest respectu præscriptionis huius quadriennii tunc inchoari, quia non plus potest inchoari fictio [a] ueritatem repræsentans, quàm ueritas aperiretur, si esset ueritas huiusmodi in natura.

tura.ut C. de iure do.l.in rebus. & tamen si uiueret uere pupillus sibi non curreret, nec currere inciperet, quousque maior esset. C. in quibus cau. in integrum restitutio non est necessa.l.finali. & cle.una.de restitutione in integrum. ergo nec ualet dicere, quòd hæreditas, seu ipse hæres repræsentet pupillũ, ut maiorem, quia hoc esset impossibile in natura, & fictio circa impossibilia nõ operatur. ff. ex qui.cau.ma.l.deniq;. & ff. de cap.l.in libello. §. factæ. institu. de adoptio.l. minorem. Secundo casu idem: quia contra maiorem habito solum respectu ad ipsum, non potest inchoari talis præscriptio, quandiu ille maior non potest agere. C. de anna. præscrip.l.prima, in fin. Nec mirum, quia ex parte præscribentis non subsistit aliquod fundamentum ipsius præscriptionis hoc casu, sicut possessio, uel usus inusucap. & præscript. seruitu. facit ff. quorum bonorum. l. secunda. Sed solum fundamentum huius præscriptionis, actionis, seu officii iudicii est negligẽtia ipsius, cui competit ius agendi, & qui non agit cum agere possit: ut dicta l. prima in fin. & l. sicut. & l. omnes. C. de præscript. xxx. uel xl. annorũ. Et ideo de istis non intelligitur regula, sine possessione, ut. ibi notaui. Modo talis negligentia in non ualente agere non notatur. de concess. præbend. quia diuersitatem. in fin. ff. de calum. l. annus. de ædil. edict. l. cum ser. Ideo nõ obstat, quod dicitur. Speciale enim in ecclesia, &c. cap. primo. de præscript. quia uerum est regulariter. Sed dico propter rationes proxime datas, iste casus, quo ad inchoationẽ, cum illo concordat. Nec obstat ℘, quo ad personalia iura, seu priuilegia, maior non repræsentat minorẽ ut minorem, quia concedo. Ideo dico, quòd maior hic consideratur, ut maior. Et ideo hic attenditur sola negligentia eius, & statim curit sibi negligenti. Non obstãt alia suprà alleg. quia procedunt regulariter, & procederet, si pupillus decessisset maior, sed aliàs repugnantia ueritatis, & fictionis hoc non patiũtur hoc casu. Sed ista dicta aliis dominis non placuerunt, quia formæ motiui subtilitatem prima facie non capiebant, uel formam imaginatio mea non est demonstrans, uideat subtilior me. sed ratio mea imò demonstrat, & de ea est casus C. de tempo. in integrum restitutio. l. ea quæ. ultimo respõso. & plus no. ibi in penultima conclusione. ibi uide.

¶ Fictio. *Not. q. fictio non põt operari plus quàm ueritas. ff. de statuli. l. cum hæres. §. ij. & l. si tricnio.* Adde, si

de,si concurrit cum ueritate.an præualeat.Bart.in l.filio,ubi scribentes. de lib.& posthu:Et quomodo procedat regula,de qua hic,uide Alex. & Aret.post Barto.in l.singularia. ff.si cer.peta.

¶De resti.in integ.De probatio. Rubri.

Conclusio DCLIIII.

SI supponeremus pro uero, quòd dictum tempus curreret solum à tempore aditæ hæreditatis opponenti de præscriptione,nõ autem agenti ad restitutionem, probatio temporis aditus incumberet reo, quia sicut actori incũbit probatio intentionis suæ,ita reo suæ exceptionis.ff.de probatio.l.in exceptionibus.Modo actor ad fundandum intentionem agẽdi nõ habet probare,nisi huius beneficium à persona minoris competisse,& se minori succesisse,cum tempus non desit de essentia suæ intentionis.Sed reus non potest fundare suam intentionem de lapsu temporis,nisi probet eius inchoationẽ,& ista est ratio,per quam tenuit Innoc. de concess.præben.quia in cunctis.lib.vj.quòd præsumitur impetrantis acceptatio facta ante lapsum sui mensis,nisi contrarium contra eum probetur. Et quia quilibet in sui commodũ præsumitur diligens,ut no.Pau. eo.titu.cum ei quem.in cle.Et in hoc omnes prædicti domini cõ cordauerunt.

Conclusio DCLV.

CAPELLAM sancti Petri de urbe papa cum curia in urbe existẽte uacañ. per mortem A.& B.qui in urbe tunc morabatur,tanquàm uacãtem apud apostolicam sedẽ impetrauit à papa:& C.eandem capellam ab ordinario collatore obtinuit,uel uigore bonæ apostolicæ expectationis pure, uel purificate eam acceptauit,præfertur C.dummodo B.non esset aliàs cortesanus,quia secundum hoc gratia esset surreptitia,per c.presenti.lib.vj.Sed pone,quòd B.præcedit in data, quid iuris? Dic,quòd aut gratia B.licet præcedat collationem, sequitur tamen acceptationẽ.Aut præcessit utrumq; in apostolico expectante,uel in ordinario collationem ordinarii.Primo casu, idẽ quod supra:qa forma dictæ impetrationis super generali reseruatione prætensa fundatur, quæ præsupponit nõ fuisse ius in re,nec ad rem obstante decreto reseruationis.Et ideo nõ est uerisimile,quòd ius tale etiã ad rem uoluerit tollere, quod non cogitauit.ff.de iurisdi.omn.iud.l.si per errorem. Præterea, quòd talis forma nõ habet clausulas tollẽtes huiusmodi ius ad rem.Secũdo casu est magis dubium pro eo,quia quòd ualeat gra

gratia B.facit,quia papa facilius mouetur ad faciendum gratiã a de non uacãte apud sedẽ,quàm de ibi uacãte.c.ij.de præben.lib. vj.Et ita nó uidetur, quòd talis expresio surreptionẽ inducat. Tamen contrarium puto prima facie,quia tale quale præiudicium affert ordinario collatori conferendo beneficiũ spectans ad eius collationem illa uice, quod facere nollet,si hoc sciret, ergo expresio falsi potuit mouere ad concedẽdum.Fateor tamen hoc secundũ membrũ fore dubium, nec fuisse decisum per concilia, quia ibi non fuit motum.

¶De priuilegiis. Rub.

Conclusio DCLVI.

NOTARII pœnitẽtiariæ censentur papæ officiales, & seruitores,& gaudẽt exẽptione c.cum Matthæus editi à domino Io.papa xxij.quia licet sub nomine maioris pœnitentiarii scribant,cum ad officiũ Romanæ curiæ,& pro papa, & sede apostolica exercent suum officium.Et hoc potissime per duas extrauagãtes.cle.papæ.vj.quarum prima incipit.Ad perpetuam rei memoriam.

¶De offic.legati. De probatio. Rub.

Conclusio DCLVII. a

AVDITOR palatii de cõsensu ambarum partiũ potest etiam in causa beneficiali, uel prophana dare remissionẽ sub sigillo suo ad partes pro testibus recipiendis,& ita à tempore nostro in palatio est obseruatum,& ante,& uidetur de iure per c.statutũ. §.in nullo quoq;. in fi.de rescriptis.lib.vj.licet nuper papa in publico consistorio uno alio domino auditore, uidelicet domino Gal.& me,præsentibus de hoc miraremur dominis Viuarien.sancti Eustachii & sancti Angeli cardinalibus afferentibus totum contrarium, quibus restiti tunc,& papa noluit,ut præterita saltem ualerẽt, de futuris tũc noluit dicere pro, uel cõtra.Sed postquàm ita utimur,& longo tempore usi sumus, & est hoc iustissimum, & æquissimum:tum per hoc facilius,& cum minoribus sumptibus expediãtur quod debet quærere papa,& non aliud.ff.si certa.l.quidam.de no.ope.nun.l. j.§.inde potest queri.& extra.de do.c.fi.deliberauimus continua re usum nostrum: maximè,cum iuri ,& æquitati applaudear,ut præfertur,nisi papa contrarium dixerit per specialem commissionem ordinandũ.Et etiam in dicto cõsistorio me iuuarunt d. cardinalis de Bernhic, qui fuit auditor,& quidam aduocati.

a ¶Dare remissionem. *Nota quòd remissio fit pro testibus.in clemẽ.de uerbo.signi.c.ulti.§.quis positiones.*

& de

& de testi.c.præsentium.lib.vj. Adde,an sub.remissione generali cõcessa à papa,uel ab alio habente potestatem,ueniat iuramentum. Dic ut per Albe.in ope.statu.rubri.an statutum iuratum.in fi.

¶De feriis. Rubri.

Conclusio DCLVIII.

AVDITOR palatii, qui dictam remissionẽ sub sigillo suo decreuit,& in causa, in qua proceditur tempore uacationum,& coram quo fuit de loco,& iudicibus cõcordatum, post articulorum admissionem, & dictam commissionem sic directam,& totũ ante uacationes in ipsis uacationibus post sequen.potest partes compellere ad concordandũ de nuntio,qui remissionem huiusmodi portet ad partes,quia nõ est iste actus, nisi quædam executio actus iudicialiter expediti,ergo,per c.fi. extra.de iudic.in antiquis.

¶De feriis. Rubri.

Conclusio DCLIX.

DICTA compulsio potest fieri extra iudiciũ,& in domo, non obstañ.quòd requirat partis uocationem,& totã Romanam curiã habemus pro territorio:licet quo ad actus principaliores ad procedendum habeamus certum locũ. Sic enim a in domo absoluimus parte uocata,dearrestamus partem,& recipimus testes affuturos.

¶De sup.negli.præla. De præbendis. Rub.

Conclusio DCLX.

PROBATA uidetur denolutio eoipso, quòd probatur,quòd ordinarius a uidit literas acceptationis, & prouisionis impetrantis primi, & quòd publica fama est ibi,quòd impetrans ante plures cõtraxit matrimonium. per not.glos.ordi. positæ.ff. de recep.l.) & melius C.de in lit.dan.tuto.l.penul.quę glos.semper ad prædicta duo, uidelicet de intimatione, & fama allegatur.Item quòd prædictam probationem non bene satis diminuit hoc, quòd probetur excipiendo, uidelicet quòd scientibus, & authorizantibus collatoribus secundus in data, qui etiam sibi de eodẽ beneficio fecerit prouideri, illud beneficium cum alio permutauit,quia probata intentione actoris plene nõ sufficit probare exceptionem semiplenam.arg.ff.de probatio.l.in exceptionibus.& not. C.si cer.peta.& de iureiuran.l.in bonæ fidei,ad fin.per Cyn.licet aliàs teneat palatiũ,quòd quandiu beneficium est plenum non currit tempus collatori regulariter.

¶ Ordinarius. *Quis dicatur ordinarius,uide per Feli.in cap.post cessionem.in princi.de probatio.*

De

¶De dilationibus. Rub.

Conclusio DCLXI.

IN CAVSA in qua maxime proceditur sola facti ueritate inspecta, possunt simul assignari duo termini, uidelicet ad uidendum articulos admitti, qui sunt de iure partis, & ad uidendum testes super eis recipi, si cõtingat eos admitti, & postquàm admissi fuerint, quia fortè primus terminus est superfluus, qa ordo datus tollit inculcationẽ, & quia non requiritur hic solennitas feriarum &c.

¶De iudiciis. Rub.

Conclusio DCLXII.

SI EX gratia per me de beneficio sub certo modo uacandi obtenta egerim cõtra Titium aduersarium usq; ad cõclusionem & post cõclusionem, & ante sententiam obtineo de eodem beneficio aliam gratiam sub alio modo uacandi absque alia terminorum reiteratione, potest pro me uigore secundæ gratiæ sententia ferri, si per eam constet de iure meo. Ratio, quia in causa beneficiali deducitur omne ius ab initio, quod competit, uel cõpetere potest utriq; parti, ut de elect. statuimus. libr. vj. & ita per consequens non est locus distinctioni c. abbate sane. de re iudica. lib. vj. Nec potest conqueri altera pars, quia omnes terminos sibi necessarios ad docendum de iure suo habuit. Dixerunt tamen domini, quòd si aduersus istam secundam gratiam competerent sibi defensiones legitimæ pro eis proponẽdis, & probandis, posset petere sibi terminos assignari competentes. arg. c. statuimus. de elect. lib. vj. in fin. & c. ut circa. in fin. eo. ti. & lib. & c. pastoralis. de excep. ij. reſpõſo. Et quia quæ de nouo emerserint, &c. ff. de interro. acti. l. de æta. §. ex causa. & ff. qui satisda. cog. l. ab arbitro. Pro primo dicto huius conclusionis multum facit: quia libellus actoris in causa beneficiali nunquàm consueuit se restringere ad certam causam agendi, ut potest uideri in causis singulis.

¶De concessio. præbendæ. Rubri.

Conclusio DCLXIII.

PAVPER [a] expectans habens episcopum executorẽ, & si ille non posset, &c. habens duos alios executores, uidelicet decanum, & cantorem steterit per quatuor annos à tempore obtentæ gratiæ, quòd non fecit gratiã purificari, & post quatuor annos prædictos uacante beneficio episcopo se absentante ad quatuor dietas, licet per dictos quatuor annos fuisset præsens, illi duo, decanus, & cantor

tor propter dicti episcopi absentiam purificant, & post hoc acceptat impetrans dictum beneficium, & facit sibi illud conferri, ualent purificatio accepta tio, & prouisio factæ infra mensem, quia aut obstaret episcopi irrequisitio, aut suæ absentiæ procedentibus non facta notificatio, aut præcedentis negligentiæ annorum quatuor præscriptio. sed nullum istorum potest dici. ergo. Primum uero dici nõ potest quia absentia remota censetur impotentia quędam. argu. ff. de uerbo. significa. l. nepos. & probatur de rescrip. fciscitatus. & not. Ioan. And. in regula eum qui. in quæst. j. per eum disputata. lib. vj. Et quia non tenetur talis pauper talem episcopũ ubiq; quærere extra locum suæ ciuitatis, & dicœcesi. argu. ff. quãdo appella. fit. l. ij. §. dies autem uersi. adeundi autem facultatẽ. & probatur optime. ne se. ua. c. uno. li. vj. maxime sumpto argu. à maiori destructiue, quia ibi arguitur de auferendo ius concilii, uel consequens competẽs proprio iure propter absentiam solam. Hic uero non competeret hæc exceptio, nisi iure alieno. Et ita bene facit uer. adeundi autẽ facultatem. alleg. Modo quòd iste sit locus remotus probatur satis per lecta, & not. extra. de rescript. c. nonnulli. in gloss. j. ubi probatur & not. locum remotum esse ad duas dietas extra dicœcesi. facit magis c. statutum. eo. titu. libr. vj. Item nec secundum potest dici. Primo, quia quicquid scrip. Ioan. And. in dicta quæst. disputata, tamen per tres diffinitiuas cõcordes obtẽtum est, & quicquid sit in iudicibus. In executoribus tamẽ gratiarum sufficit existentia impedimenti hoc casu: licet no. Bart. obstent, de quibus per eum. de oper. no. nuncia. l. si finita. §. non solum. de re. autori. iudic. posi. l. ait prætor. §. constet. de conditio. & demonstratio. l. multum. de iudi. l. ij. sed etiam si dicta cõclusio, quam tamen post publicas relationes in palatio obtinui, uera non foret, regulariter tamen hoc casu fateri oportet, quod uera sit, pro eo, quia uerisimile sit illos duos executores episcopi absentiam sciuisse, quia præsumitur satis eam fuisse notoriam. per not. Innocen. de cleric. non residen. c. ex parte. j. fa. de transla. præla. quãto. nec iudicialis propositio, nec probatio cotã executoribus est necessaria: maxime, quãdo partes execut. & non iudicis in se recipiunt. Nec ob. tertium principale. Primo, quia licet in alienationis culpa mora sit puniendа, tamẽ in propriis solum est culpanda, ut ff. solu. matrimo. l. si constante. §. si maritus. Et hoc est, quod dicit regula mora sua cuili

cuilibet est nociua, debere intelligi in mora alteri præiudiciali, prout clare deduxi in lectura mea regularũ super regula, b mora.[b] Hic agitur de mora in re propria cõmissa, & alteri non præiudiciali, quia aut attenderetur hoc casu præiudicium collatoris, aut episcopi executoris. Primum non, quia non contulit ante purificationẽ, & ualet tunc collatio, non obstante tunc aliqua purificatione secuta, prout patet clare per latam deductionem, quam feci in q. tangẽte intellectũ. §. secus in causa argent. & probat clemen. cum ei quem. §. secus allega. de concess. præb. uel cõtulit postea, & tunc sua nõ interest, quia tunc, uel ante sit facta purificatio, & ita de mora huiusmodi nihil ad eum. Secũdum nõ, quia episcopus hoc casu nõ confert iure suo, sed uice papæ: ita quòd isto casu suũ interesse ponderari non debet. Secundo principaliter hoc idem deduco sic, quia licet in his, in quibus est à iure, uel ab homine statutus terminus certus, mora non facientis infra terminum non facienti sit præiudicialis, ut probant iura alleg. in l. mora. probat materia præscriptionum temporalũ, ubi sunt iura infinita, de hoc tamen alias non affert præiudiciũ regulariter ante terminum præfixũ, probãt lecta, & not. de præben. si tibi absenti. lib. vj. de consuetu. cum in tua. libro vj. Et hoc uerum, nisi in casibus, in quibus hæc iura statuunt specialiter. de rescrip. tibi qui. lib. vj. de præbẽ. si clericus. ratio specialitatis dictæ prouisionis est ad occurrendum diuturnis uacationibus. Simile de elect. c. j. & c. ut circa. & c. quam sit. lib. vj. Et propter præiudicium collatoris ordinarii, & secundi in data, quæ hic cessat: modo hic non est ad purificandum præfixus terminus ab homine, uel à iure, ergo, &c. Tertio principaliter hoc idem probo sic, quia rẽtegra locus est moræ purgationi, ideo si mihi collatum est beneficium, & à collatore terminus præfixus ratam, uel non ratam collationem habendi, termino lapso re integra possum ratam habere, ut ca. tibi qui. allega. cum ibi not. Quarto principaliter, quia dispositio, cuius effectus concernit certã conditionem, satis cito purificatur, cum eueniente conditione effectus purificatur, quia ante frustra fieret. per l. aliquando. ff. ad Velleia. cum simil. Modo gratiæ effectus concernit, quo ad effectum suum consequendum, uacationem beneficii per modum conditionis, ut patet ex forma gratiæ, ergo satis est, quòd uacante beneficio purificetur: maximè, quia sperare uacationem, quæ communiter fit per mortẽ, esset inhonestũ. argu. ff. de uerb.

obligatio.l. inter stip.§.sacram. Sexto principaliter, quia satis est in iudicialibus quòd tempore præsentatiõis rescripti sit absens, uel impeditus aliter coniudicum, ut patet per c.cõstitutus. & per c.prudentiam.de offi.deleg. quæ loquuntur indistinctè, & maxime cõiungendo. de appella.ut debitus. & ca.super eo. quæ probant tempus præsentationis attendi. Ergo idẽ hoc casu, cum de illis tex.ad executionẽ arguatur.tũ coadiuuat æquitas hanc partem, quia nõ refert, an tempus, uel illi duo hoc faciant, cum nõ de illorum interesse, sed solum de fauore impetrantis hic agatur. tum, quia firmius est iudicium, &c.c. prudentiam.alle. tum, quia aliter utitiaretur, quod debet ualere potius in dubio, ut c.abbate.cum simil. Plus obtentum fuit, quòd etiam si fuit negligens infra tẽpus acceptandi, per xij.dies, de quibus episcopus in loco fuit præsens, licet statim postea se absentauerit ad quatuor dietas, sibi nõ obest, per notata.Ioan.Andr.in regula, mora.lib.vj.in quęstione disputata ibidem per eum.

a ¶Pauper. *Nota, quòd pauper dicitur parum potens, uel parum habẽs, ut not.per Archi. viij. dist.quo iure. Aliquando etiam pauper dicitur, qui fideiussorem dare non potest.ff. de cust.reo.l.si quis reum.*

b ¶Super regula, mora. *Mora quid sit, quæ sit specialis, quis sit eius effectus, qualiter purgetur, & plura, no.Bart. & alij post glo.quam alibi ibi, quotuplex sit mora, quotupliciter cõmittatur.in l.mora ff. de usu.*

¶De sententia excom. Rub.

Conclusio DCLXIIII.

SECVNDVM dominum Aegidium archiepiscopum Corsicẽ.ꝙ si iudex propter iniuriã non uocatã partẽ excommunicauit, ipse eodẽ errore debet absoluere taliter excõmunicatum, etiã parte altera non uocata, & dicebat hoc determinatum fuisse per dominũ Oldr.in una de quæstionib.suis pro hoc alleg.ff.de euict.l.minor xxv.an. in prin.& quod ibi notat glo.ij. Dicitur enim ibi, ꝙ si minor Titio, & Titius fundũ Seio uendiderit, & Titius de euictione miserit, & minor etiã aduersus Seium restitutionem iure speciali obtinuerit, etiã iure speciali cõmittetur contra Titiũ ipsi Seio promissio de euictione, licet ideo euictus non fuerit, quia nõ esset uẽdentis, per quod ibi not. Secũdò argumẽtor, quòd si die feriata detur sentẽtia per officiũ iudicis, ꝙ eodẽ modo debet restitui præstita satisdatione. ff. de rei uend.l.ex diuerso. Vbi de errore sequitur error. Itẽ pro hoc, quia hoc iure error, in quo debet posse uti etiã aduersarius. ff. quod quisq; iuris.l.j.§.j.per totum.

tū. Et ita accidit in persona mea, quia unus cardinalis semel me citatū in testē procuratore meo nō expectato præcipitanter excōmunicauit, antequā essem auditor, & postmodum eadē die etiam post recessum partis, & ea non uocata me absoluit. Et est istud notabile si fit uerum. do. tamen Nico. de hoc dubitauit.

¶ De resti. spoliatorum. Rub.

Conclusio DCLXV.

a AGENS petitorio & possessorio [a] in beneficiali, simul aduenientibus & pendentibus feriis, petitorium potest suspendere expresse, & etiā petitorio nō suspenso expresse potest procedere in possessorio restitutorio solum ex priuilegio ipsius possessorii, non obstantibus dictis feriis. Patet primum, quia suspensio talis, est actus partis, non iudicis, & procedit ex priuilegio iuris, & à mera, & sola uoluntate ipsius suspendentis in iudice, & parte inuita. de cau. poss. c. pastoralis. Ideo potest fieri omnibus tēporibus, & omnibus locis, quia positiuæ constitutiones prohibētes procedi certis temporibus, & locis, loquuntur de processu iudiciali iudicialiter per iudicem fiendo. C. de fer. l. dies. extra. eo. conquestus. ff. de fer. l. j. Secundo hoc idem probatur, quia unumquodque considerātur secundum finē, ad quem tendit, & propter quem fit. ut ff. de auro & argen. leg. l. & si non tic. §. perueniamus. Et quando unū propter aliud, &c. ff. de donatio. l. fi. Modo ista suspensio fit ad finem, ut in possessorio procedatur, nō autem ut procedatur in petitorio, in quo tunc procedi non possit. ergo sicut in possessorio potest procedi, possit etiam fieri hæc suspensio, ut concesso termino censeantur media cōcessa perueniendi ad id. ff. de seruit. rust. prædi. l. iij. §. iter. Præterea quia hoc iure priuilegium non est limitatum tempore, igitur. Patet ratio quia separatorum separata debet esse ratio. ff. de calum. l. fi. C. de procur. l. marito. & de dona. inter ui. & uxo. l. maritus. Modo petitorium, & possessorium sunt huiusmodi. ff. de acquir. poss. l. naturaliter. §. nihil. Præterea quia petitorium, & possessorium coadiuuat, quia colorat titulū, ergo sibi obesse non debet. Præterea, quia ius hoc casu priuilegiū possessorii non aufert, ergo nec nos auferre debemus. argu. ff. soluto matrimonio. l. si uero. maximē, quia hic non agitur de præiudicio aduersarii, quia expedit aduersario, quòd non suspenso petitorio in possessorio procedatur, quàm quòd suspensio fiat: quia secundo casu post ferias poterit ipse procedere in petitorio, quod

nondum posset, igitur &c.

2 ¶ Agens petitorio & possessorio. *Adde, quòd consultius est agere possessorio, quàm petitorio. l. us qui destinauit, & ibi Bar. ff. de rei uend.*

¶ De præbendis. Rub.

Conclusio DCLXVI.

EIQVI in gratia asseruit, se esse scholarem, sufficit si probet, & fuit ante scholaris, licet nõ tempore gratiæ, sicut de baccalauriatu, licentiatu, magistratu, & doctoratu dicere consueuimus; quódq; etiã, licet impetrans in rotulo studii, habeat probare se esse studentem tempore quo rotulus fiebat: tamen sufficit, si testes dicant, & paulò ante ipsum ibi studentem dimiserũt, quæ de proximo fiunt inesse uidentur. ff. si cert. peta. l. lecta. §. dicebam. ff. de rei uend. l. quæ religiosis. Præterea, quia alleganꝫ recessum ita breuem, id probare haberet. de bap. maiores. cum simi. Præterea, quia constitutio domini nostri uidetur excipere iustum casum.

¶ De præbendis. Rub.

Conclusio DCLXVII.

AVDITOR deputatus in causa beneficiali potest purificare gratiã, de qua agitur coram eo, quia istud est de pertinentiis causæ, & si faceret hoc executor lite pendẽte reuocaretur per modum attentati; ut de appel. ut nostrã. de cõsti. cum M. inh. cum ibi not. per Innoc. si enim potest prouidere, ut cle. auditor. de rescript. ergo facere omnia illa, sine quibus prouisio fieri nõ potest. Modo gratiæ purificatio est huiusmodi, igitur &c. Sed certe hoc nõ est sine aliquo scrupulo dubii, licet ita sentiatur: tum quia cle. auditor ponit ius nouum, & tamen nõ tangit hunc casum: tum quia clem. loquitur in eo, cui beneficium iam debitũ est, & qui habet ius ad rem. Sed ille, cuius gratia adhuc est purificanda, nondum habet ius in re, nec ad rem, quia in credito cõditionali ante conditionis existentiam non uenit, nec cessit dies ante conditionis euentum, ut patet de uerb. sig. l. cedere diẽ. Modo licet ad iudicem pertineat executio, & declaratio, iure tamẽ ius nouum parti conferri non habet, ut ff. si seruitus uendi. l. sicuti. §. sed si quæratur. Et præsertim apparet ista ratio in purificatione gratiæ concessæ in forma pauperũ, in qua etiam contrarium dicunt aliqui per huiusmodi rationẽ. Aegid.

¶ De concess. præben. Rub.

Conclusio DCLXVIII.

CLAVSVLA posita in forma pauperum, quæ habet, quòd si per solertem inquisitionẽ, adeò facit cõditionẽ, & etiam si pauper. alias millesies esset idoneus, & per executorẽ etiam sciretur, & pronũtiaretur esse talis, nõ sufficeret, quia executori,

cutori,ut executori,& certo modo,uidelicet per inquisitionem solertem de hoc cõstare debet, alioquin conditio non purificatur, tanquam forma nõ seruata. de rescrip.cum dilecta.j.de offi. deleg. cum uenerabili.de restit. spol.Pisanus. de elect.quamuis. & c.prouida.lib.vj.Et hoc tenuit Pau.in cle.cum ei quẽ.j.responso.super hoc uer.inquisitionis. de concess. præben. Et per hoc uidi, quòd quidam pauper perdidit unum beneficium.

¶De feudis. Rub.

Conclusio DCLXIX.

[a] OBEDIEN.uassallorum,[a] uel subditorũ recipiẽtium dominũ ad possessionẽ castri, uel uillæ, nõ dat illi ueram possessionẽ in præiudicium domini ueri,ut not.Innoc.de resti.in integ.cum uenisset.de resti.spo. olim.iij.de cẽsi.uenerabili.quod tamen intelligendũ est in casu, in quo uerus dominus in possessione esset, quia cum possessio non perdatur, nisi possessor habeat animũ uerum,uel fictum eam perdendi. ff.de acqui.poss. l.iij. §.in admittẽda. & l.quemadmodũ.ex facto alterius perdi non potest, ut l.quod nostrũ. ff. de re iudic.Sed si possessio esset uacans omnino,dicerem secus: quia sufficeret nuda apprehensio facti cum animo possidendi. ff. de acqui.poss.l.j.similis differentia.eo.titu.l.quòd meo.in fi.

¶Obedientia uassallorum.*Not. q uaßalli dicũtur,qui habent feuda ab aliquo. De obedientia autem,& seruitio,quod debent dominis,dic inspiciendum esse,quod fuit conuẽtum in concessione feudi.Secundo recurre ad bonum textũ in c.de forma.xxij. q.ij.& doc.in c.j.de feud.*

¶De sent.exc.De excep. Rub.

Conclusio DCLXX.

SI CONTRA petentẽ beneficiũ absolutionis ad cautelam,pro eo,quia potest,& cõtra appellationẽ legitimam fuit excõmunicatus, de his duobus plene docẽtem,excipitur, quòd ipse renũtiauit appellationi, & exceptio est reticienda.per c.licet.de senten.excom.lib.vj.licet crederem secus in reuocatione attentatorũ,quia ex priuilegio appellationis est priuilegiũ huiusmodi attentatorum sic priuilegiatũ. De quo priuilegio not. gl.cle.j.ut lite pẽd. Si enim cessat appellatio, cessat eius effectus, uidelicet omne priuilegiũ eius,per regulã, cum principalis.Sed fateor quòd absq; priuilegio huiusmodi per modũ nullitatis uia simplici & ordinaria attentata possent uenire ad dictorum attentatorũ reuocationem,per rationem c.licet. & ita cõcordaret cum proximo casu.

¶De sent.exc.De excep. Rub.

Conclusio DCLXXI.

LICET subditus unius episcopi,alterius nõ sui iudicis

sine sui episcopi consensu iurisdictione prorogare nō posset, ut de fo.cōpe.significasti.tamē si excōicatus per capitulum unius a ecclesiæ cathedralis,pro eo petat se absolui ab excōicatione huiusmodi ad cautelā:puta,quia dicit,q capitulū in eum iurisdictionē nullam habeat,& contra eum excipiatur,q in capitulo contrariū est confessus, & super hoc producatur publicū instrumentum,dicta exceptio est recipienda,tanquā bona. Nec obst. not.Bar.ff.de uerb.oblig.l.sciendum. & ff.de castren.pec.l.si forte.ubi per dictā l. dicit cōtra ea, quæ quis nō potest per se disponere,nō ualet eius confessio:ut prælatus solēnitatē iuris in alienatione non uolens omittere, nō potest confiteri eam nō esse seruatā,nec donās extra castren se peculiū filiofa.potest cōfitendo cōtrariū facere,quod habeatur in castrēsi.Et ita loquitur dicta l.si forte.quia ista intelligun tur,quantū cōfessio huiusmodi posset esse alteri præiudicialis, ut puta, in primo casu ecclesiæ, & in secūdo casu patri ipsius. ff. de acquir.hære.l.placet. Sed in casu, in quo potest cōfessio nemini præiudicare,nisi confitēti, tunc secus.arg.C.de non nume.pe.l.generaliter.& ff.depo.l.Publia.secundum do.archiepiscopum Corsiēn.& mihi placet.

¶ De reli.& uenera.sanc.Rub.

Conclusio DCLXXII.

EXTRA rotam:q in informatione,quę circa negotiū canonizationis[a] alicuius,qui dicitur sanctus esse,per dominum papam,uel aliū de eius mādato, super uita,& miraculis dicti sancti recipitur, nō est necesse uocare illos,quorū interest per generale edictū. Sed contra uidebatur,per l.in causæ.§.causa cognita.& l.etiā.§.fin.ff.de mino. C.si mi.ab hære.se absti.auth. si oēs.ubi requiritur talis generalis citatio, etiā dum non agitur contra partē,propter hoc, quia potest esse,q aliqui sunt,de quibus nō apparet,qui possunt prętēdere interesse.Et propter hoc in simili.ff.de adop.l.nam ita diuus.cum alleg.ibi. Et facit bene, ut uidetur,c.fi.de elec.lib.vj. ubi in confirmatione electionis uocandi sunt quorū interest,etiam si non sunt aliqui prætendētes, nisi interesse commune. Modo cōmune interesse in proposito potest quilibet catholicus prætendere:uidelicet, ne in ista ecclesia militanti aliquis,qui fuerit malæ uitæ,ueneretur ut sanctus, sicut cuiuslibet parochiani unius ecclesiæ particularis interest,ne ibi malus prælatus instituatur.Et ideo admittitur quilibet talis ad opponendū se confirmationi propter huiusmodi interesse commune, prout not. de elect.ut circa.per Ioan.mo.& alios,

alios,& præsertim per glos.an. in gl.quorum interest. Vnde,ut prædicta soluantur, & appareat ueritas dictæ conclusionis,cum quæritur,an in omni confirmatione superioris actus expediētius præcedente aliquis necessario generaliter, & specialiter sit uocādus. Distinguo,quia aut procedit superior ad instātiam partis ex officio residēte in parte. Aut ex officio suo mero, in ipso solo,& nō in parte residentiam faciente. Hanc distinctionē ponunt hic.& Pet.ff.de iurisdict. om.iudic.l.j.& Odofr.de Sen.in tractatu suo de interdic.seu pos. iudi.tit.de offi.iud. Primo casu, si agitur contra certam personam, est indubitatum, & requiritur eius uocatio.ff.de re iudi. l.unoquoque.in princ.de maio. & obe.c.inter quatuor, cū concordan. Item regulariter,si agitur cōtra incertam personā, seu incertas personas,quibus maxime de directo præiudicaret, expeditio actus, & hoc, siue iudicialiter agitur.ut auth.si omnes. & §. causa,alleg.siue extraiudicialiter,nō quia ualeat,sed quia nō præiudicabit perpetuo illis, quorum specialiter interest, eis non uocatis.ff.de natali.restit.l. fi.& l.nam ita diuus.alleg. probat l.penult.§.fi.de mino.alleg. quia quod omnes tangit,&c.C. de auth.præstan.l.fi.Et istam distinctionē in effectu fecerat Inn. in confirmatione electionis factæ iudicialiter, uel extraiudicialiter.de elec.cum dilecti.c.nihil.& c.statuimus. & de dona.cū olim.de app.constitutus.ij.quia nondum uiderat.c.fi. lib.vj. Secundo casu principali subdistinguitur,quia aut uult superior ex officio huiusmodi procedere contra istam personā,uel in directum præiudiciū certæ personæ. Et tunc illam uocare habet de necessitate,per iura allega.& arg.ij.q.j.nos in quēquam.cum concor. Aut non agit contra aliquam personā certam,uel incertam, nec in directū præiudiciū alicuius certę,uel incertę,& tūc nō requiritur aliqua uocatio cu iuslibet,licet possint esse aliquæ personæ,quæ possunt prætendere aliquod indirectum præiudicium, uel interesse, ut commune.Ratio,quia his suppositis nō potest dici talis actus iudicialis, qui nullā habet partem,ut c.forus. §.in omni.de uerborū obligationibus.& in extraiudicialibus non requiritur partis uocatio.Hinc est,quod licet superior habens per modum prouisionis ecclesiā ordinare de bono prælato,habet præmittere bona informationē de persona electi, & qualitate prælaturę.no.Inn.in c.cū dilecti.alleg.& probatur satis.viij.q.ij.c.j.& ij. & tamē non requirit informatio illa partis uocationem, imo nec tenetur

prouisor partē audire. nor. Inn. de præsumpt. dudū. de concess. præb. proposuit. Et hoc not. glo. in d. c. fi. de elect. lib. vj. in vlt. gl. Hinc est, quòd cū dominus papa cōmittit inquisitionē faciendam de sufficientia certę personæ nominatæ, uel supplicatę sibi ad certam ecclesiā cathedralem reseruatam & uacantem, in hoc nō uocatur pars: imo nec auditur, nisi de gratia, & speciali mandato, quia nec supplicatus habet aliud ius, propter quod faciat partem: nec est negotium istud iudiciale, sed est potius quædā extraiudicialis executio officii ipsius superioris. Et procedit hoc siue sic procedat superior ad supplicationē alicuius siue proprio motu, ut probant superius alle. Et probatur prædicta distinctio, quo ad duo membra magis dubia per dissolutionem dictæ l. nam ita diuus. & l. cum adoptio partes. eo. tit. in l. nā ita diuus. agebat prosequens confirmationē adoptionis, & iudex ad cuius instantiā procedebat, & in l. cum adoptio. partes inuicē super adoptione uoluntarie procedebant. Ratio diuersitatis inter totum primū casum principalē, ac primū membrum secundi casus ex parte una, & secundū membrū secundi casus ex altera, est ista. Quia primo casu, cū agitur ad instantiā partis, iudex suam iurisdictionē non fundat, nisi in iustitia partis. Modo non esset rationabile, & talis superior ad instantiā uniꝰ subditi, in alterius præiudiciū, ex iure ipsius subditi aliquid attentaret, imò nec debet dare audiētiam uni parti in alterius præiudiciū, nisi illa audita & uocata, quia debet esse medius inter eas, ut c. j. de reiudi. lib. vj. & de iusti. & iur. l. j. §. iuris præcepta. ff. Sed in secundo membro secundi casus ipse superior utitur iure suo ex officio mero. Et ita nemini iniuriam facit, ut ff. de iniur. l. iniuriarū. §. j. Præterea tunc non est ipse medius, neque iudex, quia ipse solus est, & pars: iuxta not. Inn. de uerbo. signi. ex parte. &. in primo membro secundi casus, cū agitur contra partē specialiter, ibi non utitur superior solū de iure in eo residen. imò incurrit in ius alterius, ideo nihil de facto agit, & male. C. de iure fisc. l. ph: bitū. Aut ipsum uocat, & audit, & habeo propositū. Modo cōclusio nostra clare cadit sub secūdo mēbro secūdi casus principalis, ergo &c. Et simile est in statutis, in quibus nō requiritur uocatio subditorū, licet eis bene præiudicet. Et ꝙ sit cū bona informatione ad ea procedendū. C. de legi. l. humanū. Et quod teneatur probationes admittere, nec se opponentē audire, ut partē, adhuc melius colligitur, & notat Inn. de censi. ue-

nerabili

nerabili.in gl.magna.& de uerbo.sig.ex parte.in gloss.magna. imò per ibi no.non expedit admittere quē,ut partem, sed bonum est audire ad suiipsius informationem extraiudicialē.Et ita fuit conclusum per dominos Cardin.cōmissarios in facto canonizationis do.Caroli.uidelicet per do.Alba. Flori. & sancti Angeli tunc cōmissarii, quibus assentit dominus meus sancti Eustachii d. quòd alii domini cardinales in consistorio in hoc etiam concordarunt.

a ¶Negotiū canonizationis. *Nota, quòd non licet uenerari aliquem pro sancto, nisi sit canonizatus per sanctā Romanam ecclesiā. extra de reliquijs & uenera. san.c.j.in fi. An autē ecclesia Romana posit errare in canonizatione, uide Feli.in c. uenerabili.de testi.col.j.*

¶De reli.& uenera.sanct.Ru.

Conclusio DCLXXIII.

EXTRA rotam:si domino papa,uel eius cōmissario su
a per facto dictæ canonizatiōis, a ut in conclusione supra proxima dicitur, procedente cōparet aliquis, se dicens esse fidelē catholicū, & se opponat, & dicat, ꝙ talis processus agitandus nō est,seu ꝙ tales testes recipiendi non sunt,seu quòd ad talē canonizationē non est procedendū, si probabilia alleget,audiendus est, & si uult dominus papa, uel cōmissarius, licet ad hoc procedens de necessitate minime teneatur secundū aliquos. Ita uidentur posse deduci ex no. Inn. de præsump.c.dudum.de appel. constitutus. ij. de concess. præb. c.proposuit. Nā prout deducit Inn.in locis prælle.superior habens iurisdictionē, & ualens ad sui officii executionē ex natura sua extraiudicialē, puta ad prouisionē beneficii procedere iudicialiter,uocatis quorum interest,si eligit magis procedere secūdum naturā negotii, puta extraiudicialiter, pōt non admissis exceptionibus procedere ad executionem officii sui,nec reuocabitur factū suum ex eo solo, quia excipiētes nō audiuit,licet cassari possit probata uerita te causarū,saluo, ꝙ à dicta executione ex causa probabili, & uera fuerit ante factū appellatum, postea probata causa collatio, quæ aliàs non fuisset cassa, sed cassanda propter præceden tem appellationē legitimā, ipso iure cassa erit: quia in contemptū appellationis legitimæ non debuit spernere causam probabilem,& uerā,sed debuit saltem per se inquirere, & cognitor de causæ ueritate cessare. Effectus uero est, quia hoc casu nō impeditur secūda electio, uel prouisio ista nō cassata,& aliàs impeditur,ut patet exemplū in prouisione facta homicidę.Et hinc est

quòd ut dicit Inn. maximè, si causa probabilis alle. sit uerisimilis & dubia, bonũ est excipientem audire, prout ista deducit Inn. in locis prælleg. & præsertim in d. c. constitutus. Cum enim talis executio officii sit extraiudicialis, ut dixi, ab ea cessandũ nõ est propter cõtradictionem cuiuscunque, ut C. debi. uẽdi. pig. impe. nõ posl. j. C. de rescin. uend. l. si maior. ff pro emp. l. pen. not. Inn. in c. dilecti. de ma. & obe. in glo. ad quid ualet. post prin. ubi reperies multos alios effectus appellationis extraiudicialis à prædictis facientes ad prædicta. Bonũ est tamen nihilominus audire propter rationẽ c. j. dè ser. non ordi. Et quia melius est ante tẽpus occurrere, & c. l. fi. C. in quibus cau. in integ. rest. non est necess. Et quia ubi maius periculum, & c. ff. ad Car. l. j. §. sed & si quis. & c. ubi periculis. de elect. lib. vj. Attamẽ licet expediat audire, nõ debet quis admitti, ut partẽ faciens, sed solum ad informandum extra iudiciũ animũ ex officio præcedẽtis. dixi. §. in fi. præcedentis conclusionis.

a ¶ Dictæ canonizationis. *Nota secundum Inno. in c. audiuimus. de resli. & uener. sanc. quòd canonizare aliquẽ, est regulariter statuere, quòd aliquis honoretur pro sancto. Quæ autem requirantur in canonizatione, respondet idem, quòd regulariter probationes de fide, & excellentia uitæ, & miraculis eius. extra, de testi. uenerbili fratri nostro.*

¶ De reli. & uenera. sanct. Rub.

Conclusio DCLXXIIII.

ETIAM extra rotam: quòd licet sit dictum circa cõclusionem præcedẽtem, quòd in casu dictæ conclusionis bonum est audire excipientem, & probabilia allegantẽ, tamen si apparet, quòd excipiens nõ excipit bono zelo, quẽ habeat ad ecclesiam & ad fidẽ, sed potius ex odio, quod habuit aduersus mortuũ, uel ex inimicitia, quam habet aduersus illos de genere mortui, de cuius canonizatione [a] agitur, ille non est aliqualiter audiendus, sed potius totaliter repellendus. de re iudi. c. cum I. & A. de appell. ex infinuatione. de accusa. repellantur. & c. cum oporteat. cum c. seq. & quæ not. in c. proximè alle. & in concor. ibi no. & de simo. licet Heli. c. fi. & c. super tuas. cum ibi no. & allega. utrobique. de excus. tuto. inst. §. inimicitię. iiij. q. iij. §. item in criminali. ff. de arbi. l. licet. in auth. de testi. §. si uero quis dicat. & C. eod. auth. si dicatur. iij. q. v. accusatores.

a ¶ De cuius canonizatione. *Adde, quòd solus papa canonizat sanctos. de reli. & uenera. sanct. c. primo. qui quidem papa, quod ualet, facit non ualere, & econuerso. extra. de excess.*

excess. prælat. tanta. Item nulli legi subiacet. extra. de supplen. negligen. præla. licet. xj. quæst. j. peruenit. Et sententia eius facit ius. extra. de iudi. in causis.

¶De præbendis. Rub.

Conclusio DCLXXV.

SI impetrans beneficium, expressit illud non excedere certam taxam, ad hoc probandum fama sufficit, & communis reputatio. per not. Ioan. And. in c. excep. ut lit. nõ contest. lib. vj. & in quæstione per eum disputata super regula, infamibus. eo. lib. Per quæ apparet, quòd super narratis in impetratiõe gratiæ, in quibus principalis intentio non fundatur, sufficit probatio minus plena. Tamen quia ista assertio est negatiua, quæ sui natura non probatur. l. actor. C. de prob. & quæ de sui natura inest. ut l. rerum. cum ibi no. ff. ad leg. Fal. ideo non generatur, si onus probandi transit in aduersariũ, præsumptio insurgens ex communi reputatione ex natura dictæ negationis coadiuta. arg. C. de probationi. l. siue possidetis. sicut in casu alio, requirente tamen urgentem probationem, ut puta, quia contra ius. ponit Ioã. Andr. in quæstione per eum disputata super quarta, per rectorem contra episcopum præscribenda, in regula, sine possessione. de regu. iur. libro vj. De fama qualiter probatur, plene per Barto. ff. de quæstio. l. de minore. §. corrupta. & per Henricum Bohic. de probatio. c. cum causam. & de sponsa. in præsentia.

¶De probationibus. De præbendis. Rub.

Conclusio DCLXXVI.

SI impetrans beneficium, illud asseruit curam non habere animarum, huius negatiuæ probatio sibi non incũbit, quia de iure ita est, quòd nullum beneficiũ habet curam, nisi habeat populũ, uel clerum, quod non ponitur in facto per aliquam partem. Item, quia assertio hic tacite intelligebatur. ut cap. fi. de præben. & cap. cum in illis. libro vj. eo. titu. ergo expressio non mutat formam. de conditio. & demonstra. l. condi. quæ extrinsecus. & facit ius commune, de quo supra.

¶De hæreticis. Rub.

Conclusio DCLXXVII.

CONTVMAX[a] ut hæreticus est condẽnandus. iuxta cap. excommunicamus. §. qui autem. de hære. & eod. titu. cap. cum contumacia. Etiam potest damnari post mortem de uerbo est indubitatum per cap. fane profertur. xxiiij. quæstio. ij. & per l. ex iudicium. ff. de accu. iuncta. l. Manichæos. C. de hæret. & extra. eod. c. urgentes. Sed de præsumpto habet conclusio

idem

idem pro conclusione alleg.d. noster.ff.de bo.corum,qui mortem sibi cõsci.l.iij.in princip.& C.de hæret.l.Manichæos.§.pe. de hære.accusatus.in princi.lib. vj.& iura multa,in quibus quis sola præsumptione eodem modo,& ad eandem pœnam damnatur.C.de adulte.l.si qui adulterium.Ita quia nõ condemnantur,sed declarantur condemnati,per auth.Gazaros.in fi.de hære.Primo,quia licet c.cum contumacia.in fin.dicat,quòd,uelut hæreticus, talis condemnandus est,tamen exponitur uerbum illud,uelut,tanquàm expressiuum ueritatis,secundum Archidia.& Ioan.Andr.ibidem hoc notãtes. Secundo, quia illud uerbũ,uelut,non designet fictionem contrariam ueritati,ut sic talis fictus hæreticus censeatur, sed potius designat præsumptionẽ, nõ dico uehementem, quia illa non sufficeret,& quia illã inducit sola cõtumacia in causa fidei,sed uiolentam,ut ibi no.Ioan.And. uidelicet in dicto cap.cum contumacia.in prima gloss.Et ideo præsumptio talis sufficit pro probatione,etiã ad effectum cõdemnationis sequendæ, ut not. de simo.c.cum insinuatũ.in ulti. glo.& de præsumptio.literas.in gloss.penulti. Nec mirum,quia probatio,& testimonium etiam procedit ex præsumptione,quæ habet,quòd in ore duorum,uel trium stat omne uerbũ.de testã. cum esses.cũ si.Tertio,quia aliter sententia,quæ ferretur tanquàm cõtra hæreticum, iniuste ferretur, nisi reputandus esset uerus hæreticus: quia iniustum esset non hæreticum,ut hæreticum cõdemnari.Nec contumacia potest dici per delictũ hæreticæ pranitatis secundũ se.Modo pœnæ debent adæquari delictis.ut l.sancimus.C.de pœnis. Quarto hoc probo,quia si contrarium diceretur,hoc esset maxime propter hoc,quia non tam deberet procedi acriter contra præsumptum hæreticũ,sicut contra illum,de quo directo cõstat, quòd est hæreticus,propter not. de præsumpt.quia ueri simile.in ulti.gloss.in fi.Et uidetur c.inter solicitudines.de pur.ca.quæ tamen opi.nõ approbatur.ut not. Ioan.And.post eum.aliàs ibidẽ, & in ca.si accusatus.in princi.de hære.lib.vj.in nouella.Sed hoc nõ dici potest pro eo,quòd hoc dictum Innoc.non tangit modũ procedendi,quo ad sententiam ferendã,uel nõ ferendã:quia ita bene proceditur ad ferendã sententiã ex præsumptione, [b] sicut ex probatione directa,ut dictũ est. Sed tangit modum procedẽdi, quo ad pœnæ imponendæ qualitatem,aut quantitatem, ut ex eius dicto apparet.Et quòd hoc sit uerum,quòd ex sola præsumptione uiolenta damnetur quis

ad

ad mortem, casus est in c. si episcopus. de hæret. ubi episcopus, qui reiecta propria ecclesia instituit scienter hæreticos, eoipso præsumitur præsumptione uiolenta participare in hæresi, & cõdemnatur ut hæreticus, etiam post mortem per eãdem uiam. facit c. filii, uel hæredes. eo. titu. lib. vj. iunctis, quæ ibi not. in uj. glo. De ista quæstione uide plenissime. de hære. cum contumacia. lib. vj.

a ¶ Contumax. *Nota, quòd contumacia dicitur hæresis. c. si qui præsbyteri. lxxxj. dist. in.* Et *contumax dicitur infidelis. xxxviij. dist. nullus.* Et *de his uide glos. nota. iiij. dist. in. si papa. Vide etiam Panor. in c. j. de iudi.*

b ¶ Præsumptione uiolenta, *Not. quòd præsumptio uiolenta uenit ex propinqua facti circunstantia. dist. xliij. quorundam. Adde, quòd plene probat, licet recipiat probationem in contrariũ. ut patet xxv. q. j. nec aliqua. & c. causam. & c. proposuisti. de probatio.*

¶ De hæreti. De iudiciis. Rub. *Conclusio* DCLXXXVIII.

IN TALI processu fiendo post mortem, maxime ad sententiam audiendam uocandi sunt illi, quorum interest: uidelicet filii, & hæredes. Sed uidetur quibusdam dicendũ contrarium. Primo, quia contra talem nõ est sententia condemnatoria necessaria: igitur nec aliqua uocatio. cõsequentia uidetur clara, antecedens patet, quia iam talis condemnatus est per auth. Gazaros. in fi. C. de hæret. ubi patet, quòd illa auth. iam talem condẽnauit anno lapso, quę quidem auth. est probata infra eo. inquisitionis. lib. vj. in princi. Secũdo, quia talis sententia post mortem ferenda in personã defuncti, filiis & hæredibus obesse non debet: ergo uocãdi nõ sunt illi, quorum non uidetur interesse. consequentia uidetur nota. probatur antecedẽs per l. eius, qui delatorem. in princ. ff. de in re fis. Vbi dicit tex. quòd si delatus de termino corruperit delatorem, pro cõuicto habetur. Sed si præmoriatur obesse nõ debet hæredibus. Ex qua l. Barto. ff. de uerbo. obli. l. cum filius. in princi. recipit hãc conclusionẽ, quòd ubi quis propter solam fictionẽ, uel præsumptionem esset de crimine condemnandus, non nocet hæredibus, licet fortiter sit contra l. secundam. in princi. ff. de bo. eorum, qui ante sen. mortem sibi consci. Ibi enim reuera contra hoc est casus secundum intellectum glos. in cap. filii, uel hæredes. Tertio, quia quando processus tangit unum principaliter, & unum per modum cõsequentiæ, sufficit bene procedere contra illum, quem principaliter tangit, seu ad id, de quo principaliter, etiã omissis ipsis con

consequentiis. Et patet quia sententia lata contra illum, contra quem, seu super illo principaliter præiudicat omnibus, qui ueniunt per modum cõsequentiæ, ut ff. de inoffic. testa. l. Pamp. §. fi. iuncta l. sibi opposita. ff. de except. rei iudi. l. j. & uera solutione approbata. in d. §. fi. per Cy. C. qui res iudi. no. l. j. & per hoc ff. de libe. agno. l. j. §. fina. cum l. seq. Modo ita est, quòd principaliter sententia est ferenda cõtra mortuum. Et pro hoc facit, quod not. glo. in d. ca. sane probatur. ubi soluendo contrarium de hoc, quòd mortuus nõ potest citari, nec contumax reputari, dicit speciale esse hoc secundum eũ. Dicit etiã, quòd Archidiaconus aliter soluit dicendo, quòd imò in persona censetur cõtumacia perdurare, nec alios tangit, nisi per modum consequentiæ, igitur, &c. Facit pro ista ratione, quod no. Bart. ff. de uer. obligatio. l. cum filius. Vbi dicit, quòd in concernentibus priuatam utilitatem condemnatio facta contra illum, quem principaliter tangit, nõ obsit illis, quos tangere poterit per modũ consequentiæ. ut C. de fal. mo. l. j. & ibi no. scilicet quòd sententia lata contra matrem nõ præiudicat filio. Pro quo C. de fi. instrumen. l. si uteris. & quod not. Cyn. qui accusa. non posit circa finẽ. tamen ubi cõdemnatio respiceret publicam utilitatẽ secus. C. ubi cau. fis. l. j. & notat glo. in homicidio. ff. ad Syl. l. in conuentione. facit C. ad l. iul. maie. l. si quis. Vbi sententia lata in patrem habet effectum inferendæ pœnæ in filiũ sine nouo processũ. & l. fi. eo. tit. & l. ex iudiciorum. ff. de accusa. de hære. cum secundũ. Itẽ quod ibi ultra not. Barto. d. quòd licet hoc secundo casu de concilio, & urbanitate posset uocare illos, quos tangeret per modum consequentię. ut suprà de inofficio. testamen. l. si suspecta. & C. de lit. contestatio. auth. nunc si hæres. & not. in simili Pet. & Cy. de aduo. di. iudi. l. j. circa fi. hoc tamen de necessitate non est fiendum secundum eum. Plus, & quarto dicebat do. Fran. quòd alios uidelicet filios, & hæredes nõ tangat, uidetur, quia iam bona omnia ipso iure confiscata sunt per commissionem ipsius delicti, quæ probatur ex dicta præsumptione uiolenta. ut c. cum secundũ. de hære. lib. vj. iuncta authẽ. Gazaros. alleg. igitur amplius uocandi non sunt. Hæc autem motiua scripsi contra morem proprium propter dictum Fran. in eis, sed potius propter ea aliqualiter dubitantem, licet mihi dubia minime uideantur. Attendo igitur ad quæstionem nostram, quam uerissimã, & indubitatissimam puto, & cã deduco contrariis rationibus, quæ

se

sequuntur. Primo, quia sentētia hoc casu iudicialiter est ferenda, ergo necessaria sunt quatuor personæ. patet consequentia per c. forus. §. in omni. extra. de uerbo. signi. antecedens supponit cōclusionem, & probant iura, quæ ponunt uerbum: condemnetur etiā post mortem. de quibus patet in cōclusione proxime præcedenti. Supposito ergo, quòd sint necessariæ quatuor personæ, dic mihi, quæ sunt illę. Iudicē habes ex officio procedentem: testes, seu alias probationes habes, uidelicet contumaciam excommunicationis, & obstinationem annalē, quæ uicem probationis obtinēt, & per consequens locum testiū tenēt. in d. c. cum contumacia. Famam uero habemus loco actoris. ut c. qualiter. ij. de accu. post princi. & de simo. licet Hely. post prin. & procuratorem reipublicæ, uidelicet procuratorem fiscalem: quia interesse publicum principaliter hic uersatur. ut ff. de pub. uect. & cōmis. l. licitatio. §. quod illicite. Modo dic mihi, quis erit reus? certè non mortuus, quia mortuus in iudicio stare nō potest. in auth. de nup. §. denceps. colla. iiij. ergo fateri oportet, q uiuus. Si uiuus, ergo uiuus cuius interest, cum illi, quorū non interest, in iudiciis minime audiātur regulariter. ut c. non solet. ij. q. vj. cum si. & si admitterentur, præferrentur saltē illi, quorum interesset principaliter. ff. de sepul. uio. l. sepulcri. & ff. de accus. l. si plures. Modo nō est aliquis uiuus, cuius tantum interfit, sicut est filius, uel hæres propter pœnas quæ eis infliguntur. C. ad l. Iul. ma. l. quisquis. extra. de hære. c. excommunicamus. §. credentes. & eod. titu. c. quicunq; lib. vj. Et bona, quæ eis auferuntur. ut c. cum secundū. l. eo. titu. alleg. Ergo oportet, quòd illi, uel interfint, uel propter cōtumaciā absint, alioquin iudicium, & sentētia esset nulla. C. quomodo, & quando iudex. l. ea quę. Et quod sit tale interesse, propter quod admittendi sint tales, probatur de bo. eorum, qui mortem sibi conscī. l. ulti §. fi. & extra. de hæret. c. filii, uel hæredes. Nec obst. auth. Gazaros. in fi. quia licet cō demnatio noua sit necessaria, ut probat auth. Gazaros, tamen sententia declaratoria bene est necessaria, antequàm nominatim pro hæreticis publicentur. probatur de hære. c. cum secundum. in fi. Nec mirum, quia auth. Gazaros ponit sententiam generalem, quam profert contra omnes, quæ, &c. Modo licet quilibet uenies cōtra statutum, uel sententiam hominis promulgātis pœnam, uel sententiam generaliter contra prohibitionem faciēs ipso iure statim pœnā, uel sententiam ipso facto incurrat,

tamen

tamen nunquàm est habendus, uel nominandus, seu denuntiandus pro tali, nisi per sententiam declaratur, & probatur in d.capi. cum secundum.in fin.in authen.de incest.nupt. §.primo. xxiij.q.v.si uos.& C.de ligu. Et hoc bene not.recte in simili Archidia.c.pro humani.in fin.in gloss.quia sufficit. lib. vj.& eo. lib.de pœ.super uer. infamis.c. fœlicis. Sententia uero talis declaratoria criminis debet ferri iudicialiter, & parte uocata, ut probatur in clemen.præsenti.de censi.in gloss.quæ est super uer.constiterit. Et hoc tenuit expressiue argumen.super a dicto uersicu.infamis. Et idem uidetur tenere ipse Archidiaco. in capitu.simili.de electio.quòd sit. lib.vj. in gloss. Sic supra. Et per hoc sublata est prima ratio domi.Fran.Nec ob.quòd dicit respondendum ad c.filii,uel hæredis.simpliciter, sed tribus concurrentibus, de quibus ibi cauetur,quia salua pace hoc nõ dicit text.sed bene dicit supposito certo facto, quòd ibi exprimitur non admitti filios,uel hæredes huiusmodi ad probandum certum articulum, uidelicet furorem,nisi cessantibus tribus casibus ibi expressis: non quia admittendi non essent ad omnem legitimam defensionẽ allegandum;puta ad impugnationem probationum illorum trium casuum.ut ibi not. Ioan. Andr. Sed pro eo, quia altero de tribus ibi expressis posito in esse, intentio agentis est adeò magna præsumptione adiuta, quòd probatio contraria præsumitur calumniosa, & repellitur,ut ibi pulchre deducit Ioan. mo.Et hoc principaliter probatur,quasi ex eodem fundamento,quia diffinitiua sententia lata edicto peremptorio nõ proposito, nulla est ipso iure.ut l. j. §.item cum edicto.ff.quæ sen. sine appel. rescin. Sed constat, quòd edictum peremptorium contra mortuum proponi non potest,cũ finis peremptorii sit ut compareat,& suas defensiones iuris,uel facti proponat,aut saltem appellet. ff. de iudic.l.& post.§.fin.& C.de iudi,l.properandum. §.cum autem, & quorum appella. non rescin, l. j. & per consequẽs uia ueniendi ad finem etiam est impossibilis.ff. de spon.l.oratio.cum simi.ergo oportet,quòd proponatur contra unum, ergo contra filios, uel hæredes per proxima dicta in alia ratione. Nec ualeat dicere, quòd uideatur uelle in eadẽ contumacia mortuus perdurare: tum quia post mortem desiit uelle.ut C.de sacrosanct. eccle.l.j.tum quia cõtumax etiã in uno articulo, non censetur contumax in alio sequenti articulo.imò ad illum nihilominus

nus est citandus. ut not. glos. ab omnibus approbata. extra, de do. c. eum qui. lib. vj. Nec debet dicere, quòd sit speciale, quia licet hoc sit speciale, & post mortem procedi posset, tamē quòd extendamus illud speciale ad istud aliud speciale, quòd nullum peremptorium ad audiendum sententiam sit proponendum, non dicit l. ergo. ar. ff. solu. mat. l. si uero. ff. de act. & obliga. l. in honorariis. §. sed cum recisa. & l. ius singulare. ff. de legi. & per hæc non obst. no. glo. & Archi. quia uel exponēda sunt secundum præmissa, uel de iure non procedant. Tertio principaliter, quòd ista est regula, & maxime iuris ciuilis, & canonici: quando aliquis actus est iudicialiter expediendus, & nō appareat persona certa, cōtra quā debeat expediri, sed possint esse uerisimiliter plures quos expeditio tangit, & quorū interest, seu posset præiudiciū generari, nunquam debet, nec potest procedi ad talem iudicialē expeditionem, nisi proposito generali edicto, per quod citentur generaliter illi, quorū interest. ut ff. de adop. l. nam ita diuus. de mino. l. in causæ. §. causa cognita. §. si minor se absti. authen. si oēs. ff. de re iud. l. de unoquoq;. de ma. & obed. c. inter quatuor. extra, de elect. c. fi. lib. vj. Super quo uide omnino Inn. extra, de procura. in nostra. in glo. qualiter recipiuntur. uer. dic ergo petitionem. Modo in casu nostro certa persona, cōtra quam procedi poterat, amplius non apparet, & possunt uerisimiliter esse multi, quorum interest, uidelicet illi de genere, uel hæres, & qualiter interest, prius dixi, igitur, &c. Nec obst. quod dixit Bar. in l. cum filius. per l. eius qui delatorem. quod supra præmisi, quia illud dictum licet ponat regulam, tamen fallit in crimine læsæ maiestatis, & in latronibus, & furibus. ut no. glo. in l. ij. ff. de bo. eorum, qui ante sent. confe. sibi mor. & in crimine hæresis, secundum ipsum Barto. qui hoc no. in d. l. ij. dicēs l. Manichæos. quantū ad hoc corrigi cum glo. quia ibi agitur de præsumpto hæretico, per c. cum secundum. alleg. Et de hoc est casus in l. seruii filii, uel hæredes. cum gl. quia ibi agitur de præsumpto hæretico, & tamen glos. notat hæredem admitti ad defensionē ne bona perdantur. Et certe nō minus debet[b] priuilegiata accusatio hæresis esse, quam simplicis furti, in quo loquitur d. l. ij Præterea possum dicere, ℘ l. eius, quæ loquitur in criminalibus, in quibus bona non auferūtur, nisi per sententiam, quæ sententia si feratur ex præsumptionibus magis est temperanda. per no. in c. quia uerisimile. de præsumpt. in

b

fi.per Inno.potissime contra illos, quos non tangit ita principaliter, qui magis uenia digni sunt, quia morbo alieno laborant. Sed nos, qui loquimur in casu, in quo bona per delicti cõmissione amittuntur, ideo præsumptio probans in principali, in sequela necessario probat. ff. de procura.l.Pomp.§.sed & si.& de rei uend.in fundo. Sed secundum hoc saltem fateri oporteret fallẽtiam esse in casu l.ij. in prin.alleg. ideo alia solutio gl. & Bart.est securior. Et per hoc est sublata responsio secunda. Quarto principaliter hoc probatur, quia in actu iudicialiter expediendo primo, & principaliter uocandi sunt illi, quorum principaliter interest, ut probatur in l. sepulchri. & l. si plures. alleg. & melius, & clarius in c.fi. de elect.lib.vj. Vbi dicitur, quòd si apparet principalis contradictor, cuius principaliter interfuerit, ille primo, & principaliter est uocãdus. Modo licet ante mortem non interesset principaliter filiorum, & hæredum: tum quia supererat pater, cuius principaliter intererat: tũ quia nõdum erat apertum eis ius ad illud succedendi. C. de pact. l. ulterius, tamen post mortem, eorum principaliter solũ interest: tum quia apertum est eis ius succedendi in bonis, nisi obstẽt crimen, & accusatio. Et ita sunt contradictores, & cõpetitores principales in bonis: tum quia non supereſt ille, cuius principaliter interfuerat: tum quia censentur eadem persona cum defuncto, ac eum repræsentare uidentur. ut l.fi.in fin.C.de impube. & ali. substi.& in auth.de iureiuran. à mo.præsti.in prin.colla.v. Et per hoc colligitur ratio tertia in cõtrarium facta, quia isti, quorum interest, sunt illi, quos non per consequentiam, sed principaliter tãgit. De hoc an admitti deberent ultro se offerẽtes nullus unquam dubitauit, quia imò illi, quorum specialiter nõ interesset, imò prorsus extranei ad defendendum mortuum, qui se defendere nequit, admitti debẽt. ut ff. de libe.cau.l.benignus. arg.ff.de appell.nõ tantum.cum simil. Nec obst. id quod quarto in contrarium dicebatur, uidelicet quòd per delicti cõmissionem ipso iure bona confiscantur, quia dico, quòd hoc uerum est. Sed dico, quòd quousque ita declaretur per sententiam, hoc dubium est. item primo ab hæredibus sciendũ est, si hoc fateantur. ff. de iudi. l. si debitor. quòd si sic, restat sententia, seu præceptũ sine magna causæ cognitione proferendum, quia in confitentẽ nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando. ff. de confess. l.j.& iij. si neget, iudicialiter convincẽdus est. Poterit enim dicta

fiĉta

ficta contumacia non obst. eam per probationem contrariã excusare probando, quòd ille legitime fuit impeditus, uel nõ apprehensus fuit. Vt consuenit dici in c. contumacia. & probatur in c. filii. cum ibi no. Et in dubio saltẽ circa iudicialia absens condemnãdus est, ut l. absentem. ff. de pœ. ij. q. j. nos in quenquam, imò requiritur uocatio, ut asserti one partium iura pandantur. C. unde ui. l. fi. Et si tantum protrahi calamum in materia non forte adeo dubia, parcatur illi, cuius dubitatio huic protractioni forte non adeo utili causam dedit. Facit pro prædictis, id quod seruamus iuxta cap. si hi, contra quos. ut lite pend. lib. vj. & cle. j. eodem titu.

a. ¶ Finis peremptorii. *De effectu peremptorij, & quicquid de peremptorio dici potest, uide per Spec. titu. de citatione, quasi per totum.*

b ¶ Accusatio hæresis. *Hæresis quid est, & unde dicatur, nota. in summa Axo. Goff. & Hosti. de hæret. & per Archi. de re iudic. c. ad apostolicæ. §. ij lib. vj. Adde iuxta Paulum. j. Corinth. xj. quòd oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant.*

¶ De hæreticis. Rub.

Conclusio DCLXXIX.

APPARENT filii, uel hæredes, aut alii, quorũ interest principaliter, illi omnino specialiter sunt uocandi. per c. fi. de elect. lib. vj. Et hoc placuit domino Nic. de Cremona, & domino Roberto de Stratone auditoribus, prout mihi prima facie apparebat. Et pro hoc de excep. rei iud. l. j. ff. ubi secundum unum intellectũ apparet, quòd defensio uel uocatio legatarii non obest hæredi super uiribus testamenti, quia hæres est ille, qui est principalis, qui principaliter est uocãdus, quem intellectum approbat Cyn. post C. qui res iudi. non no. l. j. in sua magna distinctione, & dominus Bart. in d. l. j. ff. de re iudica.

¶ De hæreticis. Rub.

Conclusio DCLXXX.

CONCLVSIO supra præcedens locũ habet, etiã si edictum peremptorium a nere emanasset, & in personã illius, qui postea mortuus extitit, personaliter executũ fuisset, dummodo termino edicti pendente mortuus fuerit ille sic, quòd non potuerit personaliter comparere. Ratio est, q̃ quando dispensatio delata in tempus termino pendente ante sui cõplementum esse pertinet in casu, à quo non potest incipere, uitiatur, ut promisi tibi tali die Stichum seruum dare, interim moritur, aufertur mihi facultas dandi, & quòd ab initio hominem mortuũ minimè promittere potuissem, stipulatio uitiatur. ff. si cer. pe. l. quod te. de uer. oblig. l. incẽdium. C. si cer. pe. quia illud

loquitur in origine generis ob hoc, quòd genus perire nō potest. Vnde si poneretur pro possibili, & postquam tali die promisi tibi seruū in genere dare, a & mortui essent omnes serui, extincta esset obligatio ex identitate rationis. Præterea quia effectum suum debet sortiri edictum adueniente die sua. ff. de uerbo. sig. l. cedere diem. Et tamen tunc non potest, quia effectus est citatum non comparen a tem cōstituere contumacē. Modo mortuus non potest esse hic contumax, quia contumacia requirit contemptum. ff. si quis ius dicenti non obtemp. l. j. in prin. de re iudica. l. cōtumacia. primo respōso. & §. primo. & mortuus non potest contemnere. Itē probatur hoc per l. cōtra pupillum. §. j. qui ad maius. ff. de re iudi. ergo tempore, quo debet in esse producere effectum suum, hoc non potest, ergo nō ualet. C. de cadu. tollend. l. ista. §. quòd si in medio: cum si. facit l. quod spōsæ. C. de dona. ante nup. Præterea negotia sunt ponderanda, & considerāda secundum tempus, in quo fiunt, & expediuntur. ut ff. de seru. expor. l. moueor. cum simili. Modo tempore ferendæ sententiæ causa non concernit mortuum principaliter, reuera cum, quo ad ueritatē, huiusmodi sentētia in nullo ipsum liget, uel sibi præiudicet. xxv. distinct. qualis. & de cele. miss. cum Marthæ. in fi. de quo per Hostien. & Io. And. de sen. excomm. c. à nobis. Et ibi plene per Henricum.

¶ Edictum peremptorium. *Not. quòd edictorum aliud est monitoriū, aliud conuētuale, aliud citatorium, aliud peremptorium, de quo hic, de quibus omnibus uide ff. de iudi. l. ad peremptorium.*

¶ De procuratoribus. Rub.

Conclusio DCLXXXI.

SI CITATVS legitime a constituit procuratorem ad causam, & miserit procuratorē ad curiam, & ille qui habebat procuratorium, tamen in procuratorio nō nominatus, ad mandatum auditoris, illud mandatū produxit in iudicio, in quo procuratorio apparēt nominati duo de principalibus procuratoribus Romanæ curiæ, de quibus tamen nullo modo apparet, & aliquis eorūdē susceperit onus. Et his nō obstan. processum fuit per audientiam, pro eo, quòd dictus citatus nec per se, nec procuratorem comparebat etiam usque ad sententiam inclusiue, dictis duobus procuratoribus in procuratorio nominatis, seu eorum aliquo minime citatis, seu interrogatis, an uellēt assumere onus huiusmodi procuratorii, nihilominus ualet processus. Ratio, quia citationes per audientiam fiunt ad istum finem, ut si principalis, uel eius procurator, qui

qui accepit onus, & procedere uelit, est in curia præsens, compareat, igitur illi imputetur, qui audientiam nō custodit, uel qui minus diligētem elegit. Et quia onus istud spectat ad citatū, ut faciat diligētiam, ꝙ eius procurator onus accipiat cum effectu, & ueniat ad causam, non autem spectat ad illum, qui citari procurat, ergo. Et in hoc omnes cōcordarunt præter unū, cuius motiuum erat leue, & finaliter in contradictione non persistebat.

a ¶ Citatus legitimè. *Nota quòd citationem non debet committere bonus iudex, nisi prius uideat petitionem actoris, an sit honesta, & iusta. ita dicit Old. in l. cū clericis. & Bal. repetit not. dignū. C. de epis. & cle.*

¶ De procuratoribus. Rub.

Conclusio DCLXXXII.

IN CAVSIS beneficialibus, & alias spiritualibus non admittitur persona coniuncta: utputa frater ad agendū pro fratre, imò nec ad citationē impetrandum: quia, quo ad huiusmodi spiritualia, nō curatur de coniunctione, uel cognatione huiusmodi, ut extra, de iudi. si animum. lib. vj. & ad Trebel. l. ille, à quo. §. tempestiuū. imò nec cum cautione admittitur, quia ubi certum est quem admitti nō debere, nec etiā cum cautione admittitur, cautio tunc demum locum habet, cum dubium est de mandato. C. de procur. l. j. & ibi no. Cy. Et in hoc omnes cōcordarunt, & ita seruari mandarūt, prout seruatum, & ordinatū fuerat ab antiquo. Allegatur, quia spiritualia non recipiunt æstimationem. j. q. prima. quàm pio: de pact. cum pridem. Sed facit contrà, quia loquitur in causa beneficiali. Facit etiam tex. cum sua glo. in contrarium. de constitu. cum M. In prophanis tamen dicit do. G. secus allegans lecta, & no. de procu. c. j. de rescrip. nonnulli. & ex parte decani.

¶ De concessio. præben. Ru.

Conclusio DCLXXXIII.

SI IMPETRANS in forma pauperum dixerit se obtinere unam parochialem ecclesiam, cuius taxam dixit non excedere xv. libras, ut secundū ordinationem domini nostri moderni impetrare posset in forma pauperū, & probat per unū testem super dicto non excessu communem reputationem, & famā, sufficit, maximè cum suo iuramento in probationis supplemētum. Sed fuit oppositum contrà. Primo, quia iuramenti delatio non habet locum, ut uidetur in his spiritualibus. per not. Ioan. An. de eo, qui mit. in poss. eum qui. Secundo, quia iuramenti supplementum non habet locum, nisi ubi est probatio semiplena. C. si certum petatur. l. in bonæfidei. Ad primum

dicebatur, quòd illud uerũ circa principalia constitutoria iuris, & tituli, secus de aliis solum tol lentibus dubium surreptionis, maxime, quia non excessus eo ipso debet de iure cõmuni præsumi, nisi probetur excessus, ita quòd stylus requirens huius arti culi probationẽ, uidetur nimis rigorosus, secundum do. Corsienſ. Item dicebatur, quòd hic non habetur copia alterius probationis. Sed plus placuit prima solutio propter remissionẽ solitam dari probationibus facien dis. Sed ut sit finis litis, statur dictæ tali quali probationi dicta præsumptione coadiutæ. arg. c. filii. de hæret. lib. vj. Ad secũdum dicebatur, quòd hic semiplena probatio est probatio plenà secundum naturã negotii, de quo agit. Ideo ex identitate rationis semiplenitudo semiplenæ probationis recipit supplementum iuramẽti illius, maximè qui debet omnino scire unum, sicut in proposito nostro: & quia istud est de leuibus, & quasi eoipso probatum, non opponitur.

¶ De appellationibus. Rub.

Conclusio DCLXXXIIII.

QVANQVAM de appel
a latione à diffinitiua [a] per scripturam non constet in actis, si tamen illa pars, quæ dicitur appellata impetret super ipsa ap pellatione commissionẽ, post modum coram auditore per ipsum impetrato det libellum, in quo petat duo: uidelicet pronuntiari male appellatum: secundò sententiam confirmari, uidetur per hoc confiteri fuisse in forma, & tempore debito appellatum, & sibi præiudicat talis confessio, adeo, quod auditor sine alia probatione talis appellationis potest dictam sententiam confirmare, si alias fuerit confirmanda. Ratio primi, quia qui aliquid confitetur, ex consequentia confiteri uidetur illud quod ex illo de necessitate infertur. ut c. dudũ. Rotongeñ. de elect. ubi eoipso, quòd electus confitebatur archidiaconatum Ambianeñ. uisitare, inquirere, & excommunicare, ex consequentia confitebatur, quòd dignitatem, uel personatum habebat. modo ipse reus, qui dicitur appellatus, cõfitetur appellatum in commissione, & talis confessio sibi semper præiudicat, ut patet per no. Ioan. And. de iureiur. in c. cum portionibus. lib. vj. in nouella. in princi. Item confitetur sententiam per auditorem præfatum confirmari posse in hoc, quòd dispositiue hoc fieri petiit. Ex quibus sequitur dictam appellationem esse talem quæ deuoluat per ea, quę deduxi supra una con. quia si appellatum non foret, appellatio non deuolueret, & transisset sententia

tã in rem iudicatã:& per consequens super cõfirmatione,uel infirmatione in uim appellationis pronuntiari non posse, per cle.si appellationem.de appel. Vide etiam super hoc supra. Sed diceres, quòd non ualet talis confessio super re,super qua non potest ipse confitens dispone re.ut no.do.Bart.ff.de uerbo. obl.l.sciendũ. ff. de castreñ.pecu.l.si forte,quia lex illa,& dictũ huiusmodi intelligũtur,inquãtũ huiusmodi confessio concerneret præiudicium alterius, quam ipsius confitentis. Sed si nõ concerneret,nisi præiudicium ipsius cõfitentis,secus.Nam uerba narratiua non inducunt obligationem,& tamen probant, seu confessionem inducunt: quæ proueritate habetur. ff. depo.l. Publia.in fi. Item non possum facere, quòd dominium rei meæ in te sine traditione trãsferatur.ut l.traditionibus.C.de pact.& tamen si confiteor rem certã esse tuam, quæ tamen mea est, in mei præiudicium confessio proueritate habetur, licet dominiũ uere non transferat.not.Cy. C. de iu. & fact.igno. l. cum falsa. Sic ergo in proposito erit. Et ideo si cõfiteor litẽ esse contesta tam in causa mea, confessio in mei præiudiciũ proueritate habetur.secũdũ Inn.licet gl.uideatur contra. de proba. quoniam cõtra,alias est ut lite non cõtest, quoniã frequenter. Plus uoluerunt aliqui dicere, quòd postquam pars confitetur appellatũ, non oportet probare, quod infra x. dies, nisi pars opponat probationem.per c.Romana.§.si uero uocatus. de appel. lib.vj. Vbi uidetur requiri oppositio partis.Et pro hoc facit,quòd habetur suprà una conclusione. Sed nõ placuit aliis, quia quis etiam partẽ non habens tenetur probare omnia constitutiua formaliter iuris sui,sine quibus ius habere non potest, ut no.Compo. de elec.non potest dilectus,nisi. & ibi probatur.Modo tẽpus est de forma essentiali ipsius appellationis.ut auth. ei qui.§.si uero uocatus.alle.Nec obst. q impetrans habet probare tẽpus suæ acceptationis,licet sit de forma. no.Inn.de cõcess.præb. qui cunctis.& Pau.cle. una.eo.titu.quia statim à tempore uacationis, licet non incipiat currere, ualeat fieri acceptatio.Sed hic oportet appellare infra x. dies à tempore sententiæ,nisi ponatur,quod contra absentẽ, &c.& tunc præsumitur ignorãtia illo casu,sicut alio,& certũ est semper quando incipit currere hoc tẽpus.Secus ibi. Et quod dixi in acceptatione,idẽ puto in tẽpore.c.quia diuersitatem.in fi.de concess.preb. & eod.titu.c.nulla.ex identitate rationis,& de iure fundatur intentio conferentis, licet ius restringat in casu negatiuo, ergo illa probanda est in modum ex-

ceptionis, ergo, &c.

2 ¶ A diffinitiua. *Not. q diffinitiua sentẽtia cum maxima deliberatione ferri debet xj q iij. cũ apud. & c. seq.* 2 *C. de pœ. l. qui sentẽtiã. Adde, q super appellatione interponẽda dãtur dies x. ad deliberãdũ. xij. q. vj. anteriorũ.*

¶ De senten. excom. Rub.

Conclusio DCLXXXV.

2 RES iudicata[2] de qua potest opponi contra petentẽ beneficium absolutionis ad cautelam, non dicitur sententia diffinitiua appellatione suspẽsa, sed solũ intelligitur de eo iudicato, quod nulla est appellatione suspẽsum, qđ intelligo siue præcedat appellatio, siue sequatur, dũmodo sit de casibus, de quibus non sit de iure specialiter prohibitũ appellare. uidetur. text. ff. de cond. inde l. eleganter. §. pe. Ratio est, quia sententia, à qua est appellatũ, pendente appellatione uim rei iudicatę nondum habet, quia per appellationẽ est suspẽsa. ff. ad Turp. l. j. facit ff. de re iud. l. iiij. §. condemnatum. Et ita not. Accur. ff. de re iudi. l. j. ideo text. communiter utuntur hoc uer. manifesta offensa, ut c. soli. & c. uenerabilibus. §. secus. de sen. excõ. in vj. pro eo. quòd manifesta contumacia, uel in non comparendo. ut d. §. secus. uel in non restituendo. de uerb. signi. ex parte. & l. qui restituere. ff. de rei uend. censetur manifesta. offensa. Sed non dicitur manifeste offendere, qui non paret iudicato, à quo appellauit. ergo, &c. De quo aliqui prima facie mirabãtur, sed hoc clarissimum.

¶ Res iudicata. *Res iudicata quãdo dicatur, uide Barto. in rubri. C. de re iud. & in l. litigatoribus. C. de appel. per Felin. in rubri. extra. de re iudi. in prin.*

¶ De senten. excom. Rub.

Conclusio DCLXXXVI.

LICET appellationi renuntiatum fuerit, nihilominus occasione illius, dummodo sit bona ex forma, & tempore, & probabilis, potest peti absolutio ad cautelam. per c. licet. de sent. excom. lib. vj. Et quòd instrumẽtum productum non iudicialiter, & parte non uocatã ad dicendũ contra, ad impediendum absolutionẽ ad cautelam nihil facit, quod not. Inn. de sen. excomm. solet. iuncto de testi. in nomine domini. comparando testium, & instrumentorũ productiones. Nec obst. auth. si quis in aliquo documento. & quòd non ualet tale procuratorium non expressis nominibus propriis canonicorum nomine capituli constituentiũ, nisi cum notario sit sigillatũ. Et quia hoc alibi plene tractaui non insisto.

¶ De præbendis. Rub.

Conclusio DCLXXXVII.

PETRVS habens ecclesiã parochialem sancti Martini curatam, & expectans ad collationẽ Cenomañ. episcopi etiam cũ cura, uel sine cura ecclesiam sancti

ſancti Ioannis uacantē per mortem Guil. acceptauit, & de ea ſibi fecit per ſuum executorem prouideri. Quod conſiderans Bernardus dictam eccleſiā ſancti Martini, tanquam talem, quæ per dictam aſſecutionem dictæ eccleſiæ ſancti Ioannis ſperabatur uacare, ſi per dictam aſſecutionem dictæ eccleſiæ ſancti Ioannis, uel alio quouis modo eam uacare contigerit, impetrauit à papa. Poſt hoc apparuit ſpecialis reſeruatio dictæ eccleſiæ ſancti Ioan. quę fuerat prius ſemper occulta, & ideo pro iſta uice gratia Bernardi non potuit ſortiri effectum. Poſt hoc dictus Petrus quandam aliā eccleſiam parochialem ſancti Vincentii uacantem, & cadentē ſub gratia acceptauit, & fecit ſibi de ea prouideri. Quod attendens quidam Nic. dictā eccleſiā ſancti Martini, tanquā uacantē per obitū, per aſſecutionem dictæ eccleſiæ ſancti Vincētii à domino papa impetrauit, & forte cum clauſula, ſeu, ſi quouis alio modo uacaret. Fuit quæſtio, cui dictorum dominorum, uidelicet Bernardi, uel Nicolai dicta eccleſia ſancti Mar. deberetur. Et tenuerunt domini omnes concorditer neᵃ mine diſcrepante, ꝙ deberetur Bernardo primo impetranti, & nō Nicolao impetranti ſecūdo eccleſiā prædictā. In contrarium fuit, ut dicitur, do. Martinus de Salua, pro eo, ꝙ ab acceptatione, & prouiſione eccleſiæ ſancti Io. dicta gratia quodāmodo dependebat, quæ tamē acceptatio, & prouiſio ipſo iure non ualebant. Sed domini nō curarunt, quia non depēdebat gratia Bernardi à ualiditate acceptationis, & prouiſionis ipſius, ſed potius à ſpe ipſius ualiditatis, quæ non deerat: item, quia ſi nō ualuerit primus modus, locus fuit ſecundo per clauſulā: alio quouis modo. Præterea, quia clauſula: uel alio, non ſolū concernit nō uacationē perſonā propter aliam cauſam quā nullitatē acceptationis quam propter nullitatē. Nec ſubeſt ratio aliter dicendi, ergo uniuerſaliter. per no. gl. de elect. ut circa. lib. vj. Alle. no. per Lap. de reſcr. c. ſuſceptū. li. vj. Et dicitur ꝙ ita tenent colleᵭa. Io. de lig. in c. de mulᵭa. de præb.

¶ De hæreticis. Rub.

Concluſio DCLXXXVIII.

IN cauſa cōcluſiōis ſuprà præcedētis, ꝙ ſi citatus ſuper fide non cōparuit, & fuit cōtumax, & poſtmodū ſtetit in dicta excommunicatione obſtinatus per annum, ita ꝙ anno elapſo non reſtat, niſi ſententia declaratoria, ²& tūc moritur, nihilominus habet locū dicta concluſ. ſcilicet, ꝙ uocandi ſunt filii, uel hæredes, quorū nunc principaliter intereſt. Primo, quia in criminibus proceditur ad inſtar priuatorū

iudiciorũ, præter casus exceptos, ut l. absentẽ. ff. de pœ. Modo in priuatis iudiciis, etiã cõclusio in causa, & omnib⁹ paratis ad sẽtentiã promulgandã, pars nihilominus ad audiendã sententiã est citanda de necessitate, ut ff. quæ senten. sine app. rescin. l. j. §. itẽ cũ ex dicto. & C. quomodo, & quãdo iudex. l. ea quæ. & l. ab eo. & l. consentaneũ. & C. de iud. l. properandũ. §. si quidẽ. cum §. seq. qui nõ distinguũt, ergo &c. Facit, quia cõclusio facit omnia esse parata ad sententiã, ut c. auditis. de procu. & c. cũ dilectus. de fi. instr. & c. significauerũt. de testi. Secundo hoc fortificatur, quia ubi maius periculũ, &c. ff. ad Car. l. j. §. sed & si quis. Tertiò quia imò uidetur de iure cõmuni nedũ dictam uacationẽ esse necessariã, imò ultra, q̃ contra absentẽ, & cõtra contumacẽ sententiã in criminibus ferri non debeat. ff. de accu. l. si absentẽ. & C. de accusa. l. si accusatoribus. l. absentẽ. & l. si. eo. tit. arg. ff. de requi. re. l. j. licet sit speciale in criminibus minorẽ pœnam relegationis requirentibus. Nõ dico, quo ad uocationem, sed quo ad non condemnationem absentis, ut dicta l. absente. ij. responso. Quarto, quia speciale est in contrarium, scilicet tribus cõcurrentibus, uidelicet instructio causæ, & causa absentiæ reipublicæ parte absente, & quòd pro absente erat sententia ferenda, secundum Ia. Bũt. & Iaco. Are. C. ad le. Iul. de adul. ergo. In contrariũ est ius commune. ff. ad municipa. l. j. in fi. Et si sit ibi ius commune secundũ Cyn. tamen unum est, q̃ casus ille loquitur, quando pro absente, & contra præsentẽ in crimine sententia est ferenda. Sed hic est contra, & magna ratio diuersitatis, quia in casu l. quamuis. si absens præsens uoluit aliquid ad impediẽdã sententiã allegare, hic secus, ergo, &c. Quinto quia licet ille, contra quem proceditur habeat cõtra se iuris præsumptionem, imò probationẽ etiam notoriã sufficientẽ ad eius condemnationẽ: tamen si illa præsumptio iuris, uel probatio notoria potest aliquas probationes excusationis habere, omnino uocãdus est accusatus, ut sciatur si aliquas excusatiões probabiles poterit allegare. ut probatur. de preb. c. licet episcopus. lib. vj. iuncto c. de mulcta. eod. titu. in antiquis. de re iudi. c. pastoralis. facit cap. cum ecclesia Sutrina. de cau. posses. c. auditis. de præscri. & c. de quarta. aliàs sequerẽtur, quòd statim ferri deberet sententia pro eo, cuius intentio fundata esset de iure cõmuni alia parte nõ audita contra iura proxime allega. Modo ita est, q̃ licet hęc præsumptio c. cũ cõtumacia. sit sufficiẽs ad cõdẽnationẽ, tamẽ

potest

potest legitimas, & ꝓbabiles ꝓbationes, excusationes, & defensiones habere: puta furorem, uel absentiam in remotissimis, aut captiuitatem, uel infirmitatem, ergo, &c. Cū ergo nūquàm emanauerit citatio ad huiusmodi excusationes, uel defensiones allegandas, fateri oportet, quòd ut processus iustificetur, terminus iste ad audiendam sententiam habet hoc, quod cōparens in termino possit allegare defensiones huiusmodi, & probare si quas tales habet. Ex quo sequitur, quòd causa nō plene audita, & ita non sumus in casu l. quamuis. C. ad l. Iul. de adult. sed potius in casu l. j. de requi. re. ff. hinc est, quòd notauit glo. de iureiur. ad nostram. iij. in notoriis citationem esse necessariam, uidelicet ad dictum effectum, probatur satis de appella. cum parati. & de diuor. c. porro. & ij. q. j. deus omnipotens.

a ¶ Sententia declaratoria. *De sententia declaratoria uide per Bart. in l. eius, qui delatorem. de iure fisci. ubi dicit, quòd ille est primus textus, qui fecit sibi honorem post doctoratum. uide etiam per Alexā. & Are. in l. iij qui bonis. de uer. obliga.*

¶ De hæreticis. Rub.

Conclusio DCLXXXIX.

PROXIMA conclu. & conclu. dclxviij. supra precedens etiam locum habet, si citatio ad audiēdum sententiā emanasset, & citandū personaliter apprehendisset, dūmodo citatus pendente termino citationis sit uita functus. & ista est conclusio dclxxx. supra præcedens. Saluo, quòd addit de casu conclusionis supra proxime præcedentis. Et hoc deduco sic quia sententia lata absq; legitimo defensore nō præiudicat illis, ad quos legitima defensio dicitur pertinere. ff. si quis inge. esse di. l. j. & de collu. dete. l. cum non iusto. Et hinc est, quòd ut sententia contra hæredem lata super recisione testamēti præiudicet legatariis, oportet, quòd causa fuerit per hęredē defensata. ut ff. de inoffi. testa. l. Pap. §. meminisse. & l. qui repudiantur. §. fina. ff. de euic. l. si ideo. & C. de peri. & cō. rei uen. l. j. Modo si ex ista citatione sine alia uocatione ferretur sententia, tempore sententiæ causa non haberet aliquem defensorē, ergo, &c. Secundo hoc idē probo, quia si diceremus dictū peremptorium emissum ante mortē, &c. sufficere, aut nos considaremus eius effectū respectu defuncti, & hoc nō per ea, quæ circa conclusionem dclxxx. allegauī. Aut respectu filii, uel hæredis, & hoc non, quia aut considaremus personam filii, uel hæredis, ut repræsentatiuam ipsius mortui. Aut tanquàm tertiā personam ratione sui proprii interesse

esse uocandam ad causam. Sed primũ dici nõ potest, quia obligatio personalis cõtracta ex delicto, super qua contra defunctũ iudicium fundabatur, nõ potest facere talem trãsitum: licet alias instãtia bene transfundatur de persona testatoris in personam hæredis. ut l. inter eos. ff. de fideiuss. de persona patris in filiũ, & de persona testatoris in hæredem. C. ex delic. defunc. l. una. C. ne filius pro pa. per to. & si filii puniantur, hoc est ex delicto patris, ut legitur, & not. C. ad l. Iul. maie. l. quisquis. Si cõsideretur, ut persona tertia, &c. tũc dicta cautione nõ arctatur. Tum, quia nec mens, nec uerba hoc patiũtur. Tum, quia si non tenet expressum principale, nec tacitum accessoriũ. l. fi. si pen. appel. mor. inter. C. Item hoc uidetur esse determinatum. per l. in summa. §. fi. ff. de re iudica. ubi uidetur tex. quòd edictũ peremptorium soluitur morte, & circũducitur. Facit ff. de iudi. l. post edictũ. §. j. facit, quia omnes rationes conclusionis supra proximè hic locũ habẽt. ergo. Redeo ad cõclusionem dclxxvij. nã domino nostro papæ prima facie, argumentatiue tamen, ut dicebat, contrarium uidebatur. Primo, quia ista est regula, quòd crimina morte extinguũtur, quæ reperitur fallere in hæretico uero[a], qui damnatur post mortem. xxiiij. q. ij. §. his authoribus. C. si reus, uel accusator mor. fu. per to. xxiij. dist. quorundam. xxij. q. iij. admonere. Sed in ficto hæretico, seu præsumpto nõ reperitur prædicta regula fallere, ergo, quo ad fictũ hæreticum, uel præsumptũ regulæ erit stãdum. arg. ff. de reg. iur. l. j. & eorum quæ no. Dy. eo. tit. lib. vj. in Rubrica. Si enim reperiretur hoc cautum, hoc maxime uideretur per c. si quis episcopus. de hære. uel per c. filii. eo. titu. lib. vj. Sed hoc est falsum, ut uidetur. Primo, quia c. si quis episcopus. nõ loquitur de hæretico uero uel præsumpto, sed de fautore, imò & de episcopo instituente extraneos non fautores, nec loquitur de accusatione, uel damnatione, sed de anathemate, ergo. Itẽ quia in c. filii. loquitur de uero hæretico, secundum eum. Secũdò cõfirmatur sic, quia in pœnalibus, & exorbitantibus non fit extẽsio. de elec. statutum. lib. vj. de re. nõ solum. & in c. cõstitutionem. lib. vj. sed iste casus est huiusmodi, ergo. Tertio hoc confirmatur, quia ita reperio in crimine læsæ maiestatis, quia licet lex in illo crimine generaliter dixisset, de illo posse fieri accusationem post mortem. de accu. l. ex iudiciorum. tamẽ postea iurisconsultus declarat, id locum nõ habere in casu extenso, uidelicet ultra duo capita prima illius l. eo. tit. l. fi. Quarto uidetur

a

detur hoc idem posse probari per c.accusatus.§.porro.de hæ re.lib.vj.cum ibi no.Io.mon.ubi propter suspicionem,uel fautoriã hæresis,nõ est quis post mortem accusandus. Quinto, quia uerbum,uelut,positũ in c.cũ cõtumacia,ex proprio significatu designat similitudinariã comparitionẽ,& standum est in dubio proprietati uerborũ.Sexto,quia non dicit,hæreticus declaretur, sed dicit,& pœna hæretici damnetur.ergo supponit,& non sit uerus hæreticus. Septimo, quia si talis cõtumax statim post annum nõ condemnatur,ipse post annum semper posset uenire,& purgare suam cõtumaciã,& condemnationẽ euitare,ut not.Ioã. And.& Hosti.de hære.excõmunicamus. §.qui autẽ.super uer. dãnetur.Sed si esset uerus hæreticus,ipse absq; abiuratione hæresis ex tali purgatione sententiam nõ euitaret,ut extra.de hære.c.quia ad abolendã.§.j.& eo. titu.c.accusatus.Et quicquid sit, saltem propter præsumptionẽ, medum magnã,quæ citationem induxerit, aut uehementẽ,quæ ex cõtumacia orta fuit,sed uehementissimam,seu uiolentã,quæ ex pertinacia annali cũ aliis præmissis insurgit,purgatione opus foret.argumen.de præsum.literas.de purga.cano.inter solicitudines.Octauo secundũ dominũ sancti Eustachii,quia si uiueret corpore,posset etiam legitimas suas defensiones allegare, ac præsumptionibus præsumptiones tollere,iuxta no.Inno.de eo qui fur.ordi.fusce.c.innotuit.in fi.Mors enim hãc facultatẽ sibi aufert,ergo & effectũ cõdemnationis,qui ferri non debet,nisi huiusmodi defensionibus auditis.C.si per uim,uel alio modo. l.fi.Itẽ posset cõtumaciam purgare,ut præmittitur,quod mors excludit.Nono secundũ eũ,quia illa suspicio,uel præsumptio, unde fit cõdẽnatio,secundũ c.cũ contumacia.nõ oritur ex aliquo errore certo circa articulum fidei certum uere,uel præsumptiue.Possibile enim est,& suspicio prima dans actionẽ citationi,erat orta propter fautoriam hæreticorum,quæ reuera nõ est hæresis,nec cõcernit,quantũ in se est,plus unum articulũ,quàm alium.Itẽ potest oriri ex cõtẽptu clauiũ,ut c.grauẽ.qui contẽptus potest esse in illo qui nõ credit articulum,In unã sanctã ecclesiã. sicut & cõtẽptus cuiuslibet præcepti ecclesiæ.Modo talis confusio propter eius incertitudinem,ecclesiæ nõ est ita scãdalosa,nec ita exaggeranda,nec ita periculosa.Decimo secundũ eũ, quia secundũ cõsuetudines Frãcię corpus mortui,qui post mortem dãnatur,ut hæreticus,relinquitur brachio seculari,& per brachiũ seculare cõburitur:modo si

do si uiuus dãnaretur statim posset redire ad fidẽ,& cõfiteri errorẽ cõtumaciæ,& talẽ pœnam euitare,ut c.ad abolẽdã.§.j.alle. quod remedium mors excludit: ergo iniquum esset,q; dãnaretur. Dicebat tamẽ,q; talis nõ tenetur cõfiteri se in fide errasse, quia de hoc nõ cõstat uere,sed sufficiat,q; confiteatur cõtumaciam suam,& q; offerat obedire mãdatis iudicis sui. Plus dicebat, soluendo ad c.inter solicitudines.de pur.ca.q; ibi processum fuerat cõtra præsentẽ in suis defensionibus exauditum.& ideo ibi ad purgationẽ cõpellebatur. Hic uero nullus processus factus fuit cõtra hunc,nisi citatio prima inducẽs cõtumaciã,& citatio secunda ad sentẽtiã audiẽdam. Grauius enim,ut dicit,procedendũ est cõtra præsentem,& auditum,quàm cõtra absentem inauditũ. Vndecimo idẽ probabat sic,quia iudicandus ex præsumptionibus mitius iudicatur. not.glo.c.inter solicitudines. & Inno.de præsum.quia uerisimile probatur per Inno.in c.afferte.& facit C.de epis.& cle.l.si qs non dicã rapere.cũ ibi not.per Cy.& C.ad l.Cornel.de sicca.l.si quis cũ telo.etiam cũ ibi no.per Cy. Idẽ do.Grego.in cõtrarium allegabat:primo,quia Archi.idẽ uidetur notasse in c.cũ cõtumacia.exponẽdo uerbũ: uelut. Respondet do.Gre,q; solus est,& loquitur cõtra rationem,& proprietatem uerbi. Secũdo de hoc uidetur esse text.in c.accusatus. j.responso.ubi crimen relapsus ex sola præsumptione iudicatur. Tertio inducit l.in princi.ff. de bo.eorũ,qui mortẽ sibi cõsciu. ubi accusatus de crimine se interficiens,habetur pro confesso de illo crimine,& post mortem eodem modo ex illo crimine proceditur,sicut si in uita fuisset directe,& plene probatũ. Quarto inducit iura,quæ dicũt,quòd ex præsumptione æquæ bene,& eodem modo,& ad eandẽ pœnam quis damnatur,sicut si esset directe probatum crimen cõtra eũ,ut C.ad l.iul.de adult.si quis adulterium. Quinto inducit l. Manichæos.§.penul.de hære.C. ubi ex præsumptione quis damnatur,ut hæreticus. Sexto inducit auth.Gazaros.in fi.C.de hære.confirmatã in c.inquisitionis. eo.tit.in vj. Vbi patet,quòd talis præsumptus hæreticus non est dãnandus,imò iam dãnatus,ita quòd hic nõ agitur de sententia proferẽda condemnatoria, sed sufficit declaratoria,id est q; exponatur:damnetur id est declaretur esse dãnatus. Quid dicendum?do.Grego.licet hoc dubiũ magnũ reputaret,sed se nõ declarauit. Sed domini Mediolan. Pictaui. Viuarien.& sancti Angeli cardinalis. Nico.de Cremon. auditor Martinus de Salua refer

ferendarius.Iac.de Sena.& Iac. de Ianua aduocati,& ego Aegi. eorum minimus fuimus in opinione secũda,cum mea conclusione ante dicta:licet dominus meus dominus sancti Eustachii esset contra per motiua prædicta.Motiua huius partis nostræ uide supra circa dictam cõclusionem,& hic supra proxime tacta sunt.Tamen ultra ea,uel magis clare potest ista pars secundũ dictos dominos sic deduci.Primo, quia c.cõtumacia.ponit regulã, q; uelut hæreticus talis dãnetur, ergo per omnia uelut hæreticus condẽnabitur,nisi quãtũ reperitur de iure contrariũ cautũ esse, patet consequẽtia:quia propositio artis,licet indefinita,ualet uniuersalẽ,ut no.glo.ut circa.de elect.li.vj.& Dy.in rubri.de reg. iur.lib.vj.sed hæreticus dãnatur post mortem,ergo iste.Secũdo, quia aut est cẽsendus uerus hæreticus, & habeo propositũ,aut non,& tũc nõ debet sibi imponi pœna hæretici, quia pœna de necessitate delictum præsupponit,& sibi debet coadæquari.C. de pœ.l.sancimus.Tertio,qa aut præsumitur de solo delicto contumaciæ per se considerato,aut præsumitur ex crimine hæresis. Sed primũ dici nõ potest:tum quia nulla cõtumacia potest esse b tãtũ delictũ,sicut hæresis[b],& per consequẽs nulla cõtumacia requirit tantã pœnã.cõsequẽtia patet,quia dictũ est,q; pœnæ debẽt cõmensurari delicto:tũ quia pœna cõtumaciæ per nõ cõparitionem nõ purgaretur,ut probatur C.de iudi.sancimus.& ff.si quis iudi.non ob.l.una.in princ. cuius contrariũ patet per deductionẽ septimę rationis alterius partis ẽ facta. Quarto hoc probatur,quia iudex nunquam debet procedere ad sententiam, quousq; sibi clare ex actis cõstet de ueritate illius,super quo uult sententiã ferre,ut ff.de offi.iud. l.illicitas. §.ueritas.& de testi.significarunt,cũ si.Sed super crimine hæresis,& eius pœna potest ex tali præsumptione ferri sententia.ergo talis præsumptio non purgata,nec excusata facit perclare cõstare de hæresis crimine. Quinto quod probatio præsumptionis uiolentę est sufficiens probatio,etiã in materia criminali, ut l.dolũ.C.de dolo. & dicta l.qui alternũ.ergo cẽsetur clara probatio.patet consequẽtia p l.fi.C.de probat.Sexto. quia præsumptio hęresis nõ notat certã speciem,uel qualitatem hæresis,nec in ipsa hæresi aliquid mutat,quo ad speciem,uel etiã quo ad qualitatẽ,sed solũ significat factũ,quo plene & directe probat l.per quod ipsam hæresim præsumit,seu habet pro plene ꝓbata,& adeo q; mãdat pronũtiari super ea,tãquàm sup plene probata: ergo dicta hæresis

sic

sic probata censetur uera hæresis, & habetur pro uera, & uere probata Patet cõsequentia: tum quia mutatio facti, seu qualitatis intrinsecæ, seu extrinsecę, rẽ, de qua agitur, non immutat. licet enim id pluribus uiis, uel modis fieri ualeat, non tamẽ refert, quo modo fiat, dummodo fiat. Quid enim refert de eo, qd probandũ est, quomodo probetur, siue probetur per testes, siue per instrumẽta, siue iudicia, aut præsumptiones? Certe nihil. Post quàm enim ista ad eundẽ effectum tendũt, cẽsentur æquipollẽtia ita, ꝙ inter ea nihil refert, de proba. licet. ff. si cer. pet. l. certum. Septimo, quia aut huiusmodi hæresis, quam præsumptã appellas, est uera hæresis, & habeo propositum, aut nõ est uera hæresis, & si sic, ergo non est hæresis, quia ens, & uerũ conuertuntur. v. methaphisicæ: aliàs esset c dicere, quòd diuersitas in modo probandi diuersificaret rẽ probandã cõtra illud, quod dictum est in ratione proxime præcedẽti. Et si non est hæresis, ego non est præsumpta hęresis: licet possit esse præsumptio, ꝙ sit hæresis, quæ hæresis non est. Octauo, quia probatio cõueniẽs naturæ materiæ est sufficiens, ubi uidelicet alterius naturæ, pbatio probari non potest, licet in alia materia nõ esset sufficiens, ut ff. de proba. l. si arbiter. & no. Inno. de uer. signi. c. ueniẽs. & c. quid per nouale. Modo in ista materia non potest haberi probatio, nisi per præsumptiones, qa id quod probandũ est in animo hominis consistit: uidelicet male de fide sentire. Vnde posset esse, quòd ore confitẽs se esse hæreticum, nõ esset hæreticus. no. xj. q. iij. non solũ. & est glo. ij. Et quãtomagis esset hoc posibile de illo, quem testes dicerẽt hæreticum esse. Modo quæ in animo consistũt, directe nõ probantur, sed per præsumptiones, quæ ex exterioribus actibus colliguntur. no. Inno. de testib. causamq;. & Cy. C. de dolo. l. dolum. alleg. & ibi probatur. ergo probatio ex præsumptione procedens est hic bona, & sufficiens, & recepta à iure. Sed caue, ne sis ita simplex, quòd credas præsumptionem probare, uel probari, quia illa iuris est, c & per consequens nõ probat, nec probatur, sed semper certa est. ff. de iur. & fact. igno. l. ij. Sed bene dicas, quòd clare, & directe probatur aliquod factum, ex quo clare, & directe probato ius præsumit aliud factum faciẽs ad propositum, de quo agitur, quod quidem factum aliud non probabile est directe occasione dictæ præsumptionis, dictam & directam probationem ad factum istud indirecte trahentis, per dictam directam probatio

bationē dicitur indirectè probari, prout totum colligitur ex not. Innocē. in d.c. cum causam. de testi. & Cy. in l. siue possidetis. C. de proba. ubi plene tractat materiam præsumptionū. Si ergo alia probatio hic non possibilis, nisi indirectè, quæ median te iuris præsumptione ex quodā intrinseco facto insurgit, quid ad rumbū de diuersitate factorum, siue an ex isto, uel ex illo facto insurgat hæc præsumptio, ego non uideo uere. Nono hoc idē probo, quia ut no. Cy. in d.l. siue possidetis. & ita dicunt breuiter oēs glossatores, & summistæ. ista est differentia inter fictionem, & præsumptionē, quia fictio proprie sumpto uocabulo semper est contra ueritatem, licet non contra possibilitatē iuris, uel naturæ. Patet primo C. de rei uxo. actio. l. una. in princ. C. de sent. pa. l. fi. instit. quib. mo. ius pat. pot. §. ab hostibus. Patet secundum ff. ex qui. causis ma. l. denique. & ff. de capti. & postli. reuer. l. in bello. §. factæ. & nota. ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. fi cius. ad fi. Sed præsumptio semper licet in casu dubio, est assumptio alterius partis ueræ, & ueritati assistit, & ita procedit ff. de sta. ho. l. ingenuū. ff. de re iudic. cum fi. ergo si sic ius præsumit, & uult stare præsumptioni. Decimo, quia præsertim in materia, quæ non potest directam probationem habere, id quod probatur per præsumptionem, uerum esse censetur, & replicatur. casus est ff. de his, qui sunt sui, uel alien. iuris. l. filium. C. de nupt. l. si uicinus. ff. de proba. l. j. iuncta l. Lucius. ff. de condit. & demonstr. Vndecimo potest induci, ꝙ si sola præsumptio sufficit ad damnandū unū ad pœnas grauissimas, ergo fortius idem in mortuo, quia ibi nō agitur de pœna tēporali, & amissione bonorū. Inducebat dominus Nico. illud speciale, quod de probatione liberorum no. Archi. in c. sane profertur. xxiiij. q. ij. quia ibi not. esse speciale, scilicet ꝙ in hoc crimine probent dicti liberi, quia non idem contra usurariū, & tamen loquitur ibi de accusato post mortē, & ibi etiam ponitur casus cap. si quis episcopus. alleg. Nunc uideamus qualiter contraria dissoluentur, seu potius taliter qualiter, & saluo omni meliori iudicio euadētis. Et primo ad primum, & dico ꝙ imō fallentia locum habet in casu isto, quia debemus talem reputare uerū hæreticū per prædicta, & maxime, quia de hoc est casus in c. sane profertur. alleg. Et si uis, potest ad dissolutionē uti contrario argumēto per argumentum primum huius partis supra proxime factum, & tamen dicitur, quòd c. si quis episcopus. nō loquitur de hæretico

uero, uel prę sumpto. Dico quòd si contra talem potest procedi post mortem, fortius cõtra præsumptum hæreticum, quia propter maioritatem criminis hoc in crimine hæresis, sicut in duobus principalibus capitibus læsæ maiestatis est statutum. Item dico, quòd illa est una specialis fautoria, uidelicet instituere hæredem illum, quem scit instituẽs esse hæreticum, quæ ita magna est, quòd ius ibi præsumit hæreticam prauitatem, quia talis inter præsumptos hæreticos nominatur. in c. sane profertur. alleg. sicut ille, qui recipit consolationem ab hæretico in morte per manus impositionẽ, per hoc præsumitur esse de credentibus, de quibus de hæreti. excommunicamus. ij. §. fi. & c. filii. allega. Nec ob. quòd ibi loquatur, &c. etiã de episcopo instituente extraneos non hęreticos, quia ista lectura est expresse contra gl. & contra Io. An. in nouella, & ab omnibus legẽtibus reprobatur. Nec potest sustineri de iure, pro eo, quia tales nõ sunt excommunicati de iure, quod reperiam: licet secus de fautoribus hæreticorum, ut c. excommunicamus. §. credentes. de hęreti. Nõ enim reperio, quòd episcopus instituens alium, quàm ecclesiam sit excommunicatus, & tamẽ post mortem ab homine excõmunicari non potest, nec c. à nobis in magno. de sent. excom. Nec ob. quod ibi non loquitur de condemnatiõe hæretici, sed de excõmunicatione, seu anathemate, quia re uera illud anathema quod dicitur de hæreticis post mortẽ, non est aliud, quàm condemnatio hæretici mortui, quæ fit post mortem. patet, quia loco condemnationis tam in ueris, quàm in præsumptis hæreticis canones antiqui utũtur hoc uer. cõdemnatione permixto, & accipiunt unum pro alio, ut patet discursu illius c. sane profertur. Præterea, quia alias frustra emanasset per modum casus specialis ille text. & frustra inter alios casus similes fuisset annumeratus in c. sane profertur, quia excommunicatio etiam mortui in omni casu etiam post mortem fieri potest ad effectũ exhumandi corpus de terra benedicta. per c. à nobis. Nec mirum, quia de re mortua bene cognoscitur, & iudicatur per modum declarationis ad effectus, qui possunt concernere uiuos: ut ff. de rei uendi. l. utique. cum simi. Ad id, quod dicitur de ca. filii. quod loquitur de uero hæretico, certe fateor. Sed dico, quòd non constat directe de uera hæresi recipientis consolationem per manus impositionem ab hæretico in morte, sed solũ præsumptiue, quia posset esse, quòd alia intẽtione dictã consolationẽ, & manus

nus impositionem reciperet, q̃ animo credendi erroribus, licet præsumat ius talē id fecisse animo credendi, sicut prę sumit ius contra talem cōtumacem annalem, & pertinacē in tanta pertinacia ideo perstitisse, quia male sentit de fide. Et ita est ibi casus pro nobis. Ad secūdum dico, q̃ hic non sit extensio aliqua, imò procedit ex uerbis, & mente, ut dixi, quia talis, ut dixi, uerus hæreticus est censendus. Ad tertiū ego dico, q̃ hic non fit aliqua extensio mundi, quia casus iste d cadit sub mente, & proprietate uerborum. Non enim est extendere propositionem artis etiam indefinite loquētē, si pro omnibus eius suppositis recipiatur, imò est eius mens, & uerborum proprietas, q̃ ita fiat, ut no. glo. de elect. ut circa. & Dy. de re iu. li. vj. maxime etiam, quia in uerbis deficientibus casus inclusus sub mente etiam uenit sub constitutione pœnali, etiam pœnam infligēte ipso iure, nec censetur esse extensio, ut ecce capitulum Carpien. priuat ipso iure electū appellantem, uel contra quē appellatur, si certo tempore nō ueniat, & prosequatur, &c. Nec loquitur in prouiso, uel postulato, & tamē lex dicit hunc casum includi ex mēte absq; extēsione. de elec. si postquā. in fi. & ibi no. super uer. mēte, in fi. facit lex C. de adul. l. si postulauerit. §. ratio. de edēdo. l. quidā. §. numularios. & quod no. de tēp. ord. c. j. in gl. quid etiā. li. vj. & idē no. Arch. de pœ. di. j. c. pone. Facit ad hoc c. licet can. de ele. li. vj. cōiuncta cle. una. de offi. uica. & quod ibi no. in glo. fi. & quod no. Ioan. Andr. de elect. lib. vj. c. fi. super glo. ij. in nouella. & quod notat Accursi. ff. de re iud. l. quæ propter: & in auth. ut hi qui se ob. ha. prohib. res minoris. §. j. in glo. nūquid. Dico enim, q̃ omnes hæreses mundi tendunt ad idem, uidelicet contra fidem d quæ una est, ut in extrauagāti. unam sanctā. & contra deum unum, qui unus est. & ideo, qui peccat in hæresi super uno articulo fidei, censetur peccare in omnibus, ideo omnes abiurat. de hære. c. accusatus. gl. j. lib. vj. & ita sunt omnes eiusdem rationis. Sed in crimine læsæ maiestatis sunt plura capitula diuersarum rationum, & generum, siue specierū, & quæ committūtur in diuersos. Nam est unum capitulum, quod committitur in personam principis. Aliud, quod cōmittitur in rempubl. Alia quæ ueniunt per modum extensionis, & non cōmittuntur directe in principem, nec in rempubli. & ista sunt alterius speciei, & rationis, quàm duo prima. Ideo non mirum, si constitutio mere pœnalis loquēs in duobus capitulis primis, ad alia se non extendat, uel si cōstitutio

generaliter loquens ad illa duo capitula restringatur. Et ita loquitur l.fi.ff.ad leg.Iul.maiestatis.Ad quartũ dico,quod §.porro,non loquitur de hæretico uero,uel præsumpto,sed in fautore,idem dico,quod de dicto Io.mo.ibi posito. Modo fateor,q̃ non debet pœnalis constitutio loquens in hæretico extẽdi ad alium casum alterius rationis,& speciei, uidelicet ad casum fautoriæ,sicut dixi de casu l.fi.ad legẽ Iul.maiest.ff. Sed dices,quòd c.fi quis episcopus. & c.filii. loquuntur in aliis duabus speciebus fautoriæ. Sed dico tibi, q̃ uerum dicis. Dico tamen,quòd aliquę sunt fautorię ita magnę, & mali generis,quod ius ex eis, & ultra id,quod sonant, præsumant ueram hæresim, ut si episcopus hæretico intantũ faueat, q̃ ipsum relicta ecclesia sua hęredem instituat in sua ultima uoluntate:uel si infirmus ad mortẽ tantam cum hæretico familiaritatem, & confidentiam habeat, q̃ in morte ab eo recipiat consolationem per manus impositionem,præsumitur, quòd nedũ fauere uel familiaritatem habere uoluerit,sed quòd ideo intantum fauerit, uel consolationem ab eo sic receperit, quia credidit erroribus eius.ut in c.si quis episcopus.& cap.filii.alleg. Sed aliæ sunt fautorię non adeo infectæ,& malæ,quòd ius recipiat tantam præsumptionem ex eis, quòd iudicet tales esse hæreticos,licet male de eis suspicatur. Et de istis loquitur §. porro. cũ ibi not.per Ioan.mo. Ad quintum dico, quòd significatis horum uerborum, quasi, uelut,ueluti,tanquam,recipiũtur secundum naturã materiæ,in qua ponuntur, iuxta quam sermones sunt ante omnia secundum philosophum inquirendi. ff. loca.l. si uno anno. Vnde si natura materiæ habet quòd recipiatur cõparatione,uel similitudine,tunc recipiendum est.ut ff.de usũfru. earum rerum, quæ usu consu. l. secunda.ff. soluto matrimonio. l.si cum dotem. §.si mulier. extra,de iudic.nouit.ibi:tanquam ethnicus,& publice peccans.de excess.præla.cum graue,ibi:tanquam membrum putridum. Si uerò natura materiæ habet, q̃ exemplum,uel designet ueritatem, quasi in modũ causæ, quia ab effectu multum bene arguitur ad suam causam. argumen. xxij.quæst.ij.quod ait.xxiiij.q.v. cap.j.& probãt rationes omnes, & iura supra alleg. Nec reperio dictam expositionem Archidia. ab aliquo reprobari. Ad sextum dico,quòd dicendo consequẽs, uidetur satis necessariũ includere antecedens.ut ff.de procura.l. ad rem. & l.ad legatum. ff. de serui.rusti.prædi. l. tertia.§.si iter. ff. de acquirenda hæredi.l. illud.

illud.C.ne.seruis hære.institu. l. pe. Modo in sententia ferenda super crimine duo sunt regulariter.Primum est delicti declaratio quod præcedit per modum causæ.Secundum est pœnæ impositio, quæ dicitur uoce condemnatio,quod sequitur ad primum, sicut sequitur effectus ad suam causam, sicut dicimus in personalibus,quòd sentētia debet declarare obligationem, & inducere condemnationē,licet totum posset simul fieri, & in realibus debet primo declarari dominium, & postea cōdēnare ad restitutionē. Nec mirū, quia omnia iudicia tendunt ad declarationē regulariter, quia iudex non debet dare nouum ius partibus,sed declarare iam competens.ut ff.de rei uen.l.sed ex diuerso.ff.si ser.uen.l.sicuti.§. sed si quæratur.Ergo dicēdo,q̄ condemnetur ut hæreticus,uidetur dare potestatē eum hæreticum declarandi. Vel aliter dicēdo,q̄ sententia debet esse simpliciter declaratoria,per auth.Gazaros. in fi. Et q̄ exponetur uerbū:condemnetur,id est,declaretur condemnatus propter naturā materiæ.Ad septimum caue,quia dictū,de quo hic arguitur, non est usquequaque uerū. Si enim intelligis de purgatione istū operante defectū,q̄ non declaretur post dictā purgationē esse hæreticū,dico,quòd bene dicis, quia nunquam fuit ita hæreticus malus,quin si digne pœniteret,subito desineret esse hæreticus.ut xxiiij.qō.j. hæc est fides. Vbi de hoc est quæstione ultima. dicit apostolus.& c.qui in ecclesia.ij. Idem puto, quo ad pœnæ corporalis mutationem, &c. quia etiā statim post pœnitentiā sentētia hæc induceret. ut c.ad abolendam.§.j.alleg. Si uero tu uis tollere pœnæ mutandæ impositionē,puta pœnā carceris,&declarationē,scilicet præteritæ hæresis respectu effectus dictæ pœnæ mutatæ, tunc autē in purgatione huiusmodi excusatur contumacia, & pertinacia nude, & probabiliter, utpote, quia erat infirmus,uel furiosus,uel captiuus,uel taliter absens,q̄ non cognouit edictū citatorium , licet falsò diceretur ad eum peruenisse. Et tunc dico, quòd bene euitatur totum, scilicet sententia, & quæuis impositio pœnæ. Et sic procedit dictum viij.positum. in cap.excommunicamus. §.primo.super uersi.damnetur. in nouel. Ratio, quia ante sententiam reus semper potest allegare suas defensiones.Et si illas allegauerit, & probauerit condemnationem euitabit. ut probat cap. filii. alleg. Aut ipse in nullo excusat contumaciam suā, sed forte eam confitetur : dicit tamen , quòd non animo male opinandi de fide hoc fe-

cit, & offert se stare super hoc mandato iudicis, & ecclesiæ. Et tūc dico, quod nihilominus nō euitat istam sententiam, uidelicet, quin declaretur esse hæreticus, & quòd etiā non euitet pœnæ mutatæ impositionē, uidelicet pœnam carceris de rigore iuris. Et hanc opi. quicquid dicatur tenent Hostien. & Io. And. in c. excommunicamus. §. j. alleg. reprobādo, quo ad hoc dictum viij. per auth. Gazaros, alleg. nisi quantum de rigore iuris. Ratio quia cum uiolenta præsumptio, super qua fundatur c. cū contumacia. respiciat tempus præteriti anni, & purgatio concernat tempus præsens, non potest esse e sufficiens ad elidendam dictam aliam præsumptionē uiolētam, cū non percutiat ad tēpus suum. Et quia ualde est possibile, quòd tunc fuerit hæreticus, & nō modo. Nam quando moræ occasione status negotii est mutatus, nō est locus purgationi. ut probatur ff. de act. & obli. l. traiectitiæ. §. deinde. & per l. quas uincit. alleg. si bene inspiciantur. & hoc probatur, uidelicet. ff. de ope. le. l. mancipiorū. & de præben. si tibi absenti. Modo ita est hic, quia propter morā orta est præsumptio ueræ hæresis, imò forte si neget ueram hęresim est in periculo, quòd nō reputetur uere pœnitēs, postquam per dictam præsumptionē iuris probatur hæresis tēporis præteriti contra eum. & uidetur text. in c. ad abolendam. §. j. in fi. Item miror, ꝙ saltē negetur hoc casu purgationi locus esse, quia uidetur mihi esse cōtra principia iuris. Nam negari nō potest, quòd sola præsumptio uehemens, licet non uiolenta, nec sufficiens ad condemnationem inducit effectum purgationis, etiā in crimine hæresis, ut probatur ad literam de præsump. c. literas. & facit c. inter solicitudines. alle. de purga. ca. Pro eo enim, quòd talis præsumptio non est uiolenta, nec per consequēs sufficiens ad condemnationem inducendum, requiritur purgatio, ᶜtanquam remediū subsidiariū, quo remedio opus non est, cum est præsumptio uiolenta, quia illa sufficit ad condemnationem. ut de simo. c. insinuatum. cum ibi notatis. super ultima gl. & tamē negari non potest, quin ex sola contumacia orta fuerit præsumptio uehemens, & ex pertinacia annali uiolenta secundū omnes scribētes, ergo si negare cōdemnationem, saltem uiribus oportet fateri purgationi locum fore, quia sola negatio citati non potest tollere sic subito præsumptiones ambas, sicut nec tollit in iuribus allegatis. ¶ Ad octauum dico, quòd sicut mors præcludit plures modos defensionis, ita tollit plures modos punitionis,

nitionis, ut pote mortē ciuilem, & temporalem, ac pœnam carceris. Item licet post mortē damnetur mortui memoria, & bona publicentur in hoc casu, & tamē in hoc plus puniuntur illi de genere, & habentes succedere adhuc uiuentes, quàm ipse mortuus, & modicum affligitur ipse mortuus secundū ueritatem. Viui uero admittuntur ad defensionem secundū omnes. ut ff. de lib. cau. l. j. ij. & iij. & l. liberius. e. titu. & de app. non tantū. & de bonis eorum. l. iij. §. fi. & de iure fisc. l. res quæ. ad leg. Iul. maie. l. fi. Sic ergo uideo, quòd contra pupillum furiosum, & absentē causa reipublicæ fit processus grauior, uidelicet missio in possessionem. Dico grauior respectu absentis, quā hic respectu mortui. Præterea quid mihi dices, nunquid in directa accusatione contra attestationes, & probationes directas forsan falsas daretur uiuo defensio, & tamē illa post mortem excluditur, nec impedit exclusio post mortē accusationē, ergo, &c. Ad nonum dico, quod ergo procedit ex errore certo, uidelicet ex cōtemptu clauium, quod inducit uehementem præsumptionem hæreticæ prauitatis. ut c. grauem. de pœn. Præterea quia nō refert an contra unum articulum specialiter an contra deum, uel fidem in genere erretur: quia semper est idē defectus, quia fides tota est una. Et qui peccat in uno, omniū est factus reus, ut prædixi per c. accusatus. §. j. alleg. Item quia hic non attenditur solum ratio scandali, imò magis attenditur ratio periculi, ne una mala ouis inficiat totum gregem. xlv. dist. sed illud. xxiij. quæst. iij. resecandæ. de regu. ea quæ. in fin. primi respōnsi. Ad decimum dico, quòd in tali statu, in quo quis moritur, cēsetur semper resistere uoluisse, si uixisset, de c. maiores. de bap. C. de usufruct. l. ambigui tatem. Et idcirco, quia amplius non est locus remedio per pœnitentiam, securius procedi pōt ad terminos illius qui nec pœnituit, nec pœnitere potest declarationē & punitionē. Ad undecimū dico, quod secundū ueritatē illa Inno. in c. quia uerisimile. & glo. Bern. in c. inter solicitudinē. communiter reprobatur: imò dicit ibi Host. quòd deficiens in purgatione, & ideo cōdemnandus, uerus hæreticus est censendus, & ut talis, pœna ordinaria puniendus, nisi pœnituerit, &c. quia qualitercunque probetur hæreticus hoc sufficit secūdum eum. Et ita no. Host. ibidem, & c. cum P. eo. tit. & c. qualiter. ij. de accu. & Io. Andr. post eum. Item quia hoc non concernit tēpus, uel modū ad sententiam procedendi. Sed concernit, dum est sententia ferenda modū pœnam

infligendi, ideo nil ad rumbum. Non obſt. no. Cy. in l. ſi quis non dicam rapere. & l. ſi quis cũ telo. quia loquuntur in delicto non conſumpto ſecundum omnes.

REDEO ad concluſionem dclxxvij. & dclxxxviij. de uocatione illorũ, quorũ intereſt, &c. ¶ Circa quod ſciendũ, quòd domini Pictauienſ. Mediolanenſ. Viuarienſ. & ſancti Angeli cardinalis, & do. Martinus de Salua, fuerunt in opinione, quòd tales de neceſsitate uocandi non eſſent, licet domini Mediolanſ. & Viuarienſ. Cardinales, & dominus Mar. de Salua prædicti bene faterentur ſecurius eſſe, & expedientius ante factũ ipſos uocare. Sed dominus noſter, & dominus meus d. cardinalis ſancti Euſtachii, & domini Robertus de Feracone, Nicolaus de Cremona, & d. Fran. laudo, auditores, & domini Ia. de Sena, & Io. de Ianua aduocati, & ego eorum minimus, fuimus in opi. quod concluſiones prædictæ dclxxviij. & dclxxxviij. eſſent ueræ. Motiuũ principale primæ partis fuit, quia inſtantia cauſæ criminalis nõ tranſit in hæredẽ, ſed potius durat cum mortuo, quia damnatur mortuus, & memoria eius, & concernit mortuũ principaliter, ergo omnibus præiudicat. Nec poteſt dici edictum circunduci, quia illud habet locũ, cũ inſtantia tranſit in hæredem, nec eſt ferenda ſententia contra mortuum. Allegabatur c. ut hi, contra quos. ut lit. pen. lib. vj. ¶ Motiuum alterius partis noſtrę fuit iſtud, quia aut conſideramus intereſſe mortui, aut conſideramus intereſſe uiuorũ. Si primò, adhuc, poſtquam caret omni ſpeciali, & principali defenſore, edictum peremptorium proponendum eſt, ut ſciat iudex, an ſit aliquis cognatus, affinis, uel alius, qui defendere uelit, per l. hoc autẽ. §. j. ff. de bo. auth. iud. poſſ. l. cum proponas. in vij. q. quia prædicta loquuntur in prędicto maiore, quæ potuit citare ad domum, ut l. iij. §. ſed ad domum. ff. de damn. infect. uel qui poteſt dimittere procuratorem. necnon in princ. ff. ex quib. cau. maio. Sed hic ſecus. facit l. benignus. ff. de lib. cau. Si conſideremus intereſſe, & præiudiciũ illorum, qui uiuunt, habent locum argumenta facta circa dictas concluſiones. Et hoc potiſſime, quia licet uiuente principali uideretur eos iſtud concernere per modum ſequelæ. Modo iſtud eos concernit principaliter, & multo principalius quàm aliquos alios, quia principales cõpetitores ſunt in bonis, & eſt eis apertũ ius, & non ante. Nũc non habent aliũ defenſorẽ cauſæ, & ante habebant, ita q; ceſſantibus nunc rationibus, & cauſis, quarũ ceſſãbat prius uocãdi neceſ

neceſsitas, locus huiuſmodi uocationum eſſe debet per communia iura. Et per hoc motiuũ tollitur motiuũ contrariũ. Nec ob. c. ut hi, contra quos. quia dicitur ibi uocandos non eſſe illos, quorum intereſt, quia imo conſueuimus eos uocare, & credo ꝙ de neceſsitate uocandi ſunt, quia idem puto iudicium de toto, quod de parte, poſtquam non reperio rationem diuerſitatis inter totum & partem, ut de rei uend. l. quæ de tota. & ff. de uſuris. l. qui ſit. Modo ſi ab initio, reſpectu totius litis, cauſa beneficialis nõ reperiret defenſorem, tunc ageretur contra certam perſonam, & uocãdi eſſent omnes, quorum intereſſet per edictum. ut ca. fi. de electione. libro ſexto. ergo idẽ in parte proceſſus fiendus mortuo eo cuius principaliter intereſt, quia aliter ſententia non ferretur iudicialiter, quia nõ ferretur contra partem certam, uel incertam, ſed potius extraiudicialiter. Et ita uim rei iudicatæ non haberet. Nec ualet dicere, quòd pro eo, quòd non tranſit inſtantia directe in hæredem, ſit non circunductum edictũ: quia imò eſt iſta potiſsima una ratio, quare neceſſario circundatur, quia mortuum non poteſt arctare, nec conſtituere contumacem, nec per conſequens in eius perſonam aliquem operari effectum. Sed ſolum erat dubium propter hæredem, quia repræſentat perſonam defuncti, in uitiis, & omnibus, ut ff. de diuerſis & temporalibus præſcriptionibus. l. cum hæres. Et ideo uidebatur propter eũ durare edictum. Modo lex illo caſu dicit non durare, ergo fortius nec in iſto durabit. Nec ualet dicere, quòd quia mortuus tãgitur principaliter, & damnatur, præiudicet aliis, quia colorem haberet, ſi mortuus defenderetur, ſed eo indefenſo iniquiſsimũ eſſet, quòd ſententia lata contra indefenſum, ubi uel alteri nocere deberet, præſertim in crimine. ff. de requirendis reis. l. j. de pœnis. l. abſentem. & C. de accuſa. l. ſi accuſatoribus. & l. abſentem. & l. fi. & C. quomodo, & quando iudex. l. conſentaneum. l. ab eo. & l. ea quæ. & ff. ſi quis ingenuus eſſe dicatur. l. j. & de colluſione detegenda. l. iij. & ff. de inoffi. teſta. l. qui repudiatur. §. fi. & l. Papinianus. §. meminiſſe. & ff. de euic. l. ſi ideo. & C. de periculo, & commodo rei uenditę. l. j. Pro parte noſtra allegabam id, quod probatur clare per l. proxime alleg. uidelicet quòd ea, quæ fiunt in cauſa, non nocent abſentibus, niſi cauſa legitime ſit defenſata, præſertim in criminibus per iura prædicta, quæ clare hoc probant. Item allegabat dominus noſter, quòd

ad hæredem pertinet agere pro iniuria facta famæ testatoris. ut l.prima.§.quoties.ff.de iniuriis. Et quòd hæredum specialiter hoc interesset, hoc allegabat, & hoc specialiter l. res quæ. in princip.ff.de iure fisci. & l.fin.ff. ad legem Iuliam maiestatis. facit etiam l.tertia.in fin.ff.de bonis eorum,qui mortem sibi consciuerunt. Et dicebat, quòd aliter frustra emanasset cap. filii. Dicebat d.Viuarien. quòd frustra, & male uocarentur hæredes,cum eos negemus, quia dicimus illum esse hæreticum, & per consequens illum hæredem habere non posse. Dixi, quòd b imò lite pendente,& donec potest de contrario constare per legitimas defensiones allegandas, & probandas, non debemus hoc dicere. per not. glos. & Innocentii de testibus. significarunt. de causa possessionis & proprietatis.capit.pastoralis. Alioquin causa non cognita, & inaudita iudicaremus, cum adhuc sub iudice lis est,cuius euentus adhuc dubius est.ff.de peculio.l.quod debetur.Dixit tamen domi.Nico.hanc practicam expedire, uidelicet quòd non uocentur specialiter hi,uel illi, sed d generaliter illi, qui possunt, & debent de iure uocari, seu admitti,quod ualde placuit domino nostro.

a ¶Hæretico uero.*Not.quòd ad rationem hæretici ueri duo concurrũt. unum est in ratione,hæresis initium: alterũ in uoluntate,id est, hæresis cõplementũ,ut quia pertinaciter à fide deuiat,& talis proprie dicitur hæreticus uerus,& de illo dicit apostolus ad Titũ iij. Hæreticum hominẽ post unam,& secundam correptionẽ deuita. Adde, quòd hæreticus est non qui errat, sed qui errorẽ suũ pertinaciter defendit. Et nota,quòd ille non est hæreticus,qui licet dubitet de fide,& scrupulum habeat conscientiæ, tamen habet firmitatem animi:nec perseuerat in quadã pertinacia, sed confirmat secum fide ecclesiæ. ut notat abbas in c.j.de hæreti.*

¶Sicut hæresis. *Adde,quòd nullũ peccatum est hæresi grauius.xxij.q. vij.quid in omnibus.xxiiij.quæst.iij. quid autem.xxij.q.v.primum.*

c ¶Illa iuris est. *Nota,quòd præsumptio iuris, & de iure operatur plura,de quibus late per Feli.in c.quanto.in vlt.colũ.de præsumpt.& inter alios effectus quos operatur unus est, uidelicet ut cõdemnatus ex præsumptione iuris,& de iure nõ possit appellare, quia habetur pro confesso, & conuicto: & conuictus, & confessus non appellat l.ij.C.quorũ appell.non recipi.ut per Hipp.de Mar. singu.cxvj.incip.præsumptio.*

¶Contra fidem. *Nota,quòd hæreticus proprie est, qui falsam de fide opinionem inuenit,uel inuentam sequitur.xxiiij.q.j. hæc est fides.& q. iij.hæreticus.Adde,quòd imò etiam, qui circa fidem dubius est.extra.eod. c.j.*

c.j.& intelligi debet dubius, qui determinate perſiſtit in dubietate. Secus de illo, qui de fide cum dolore cordis tentat. de quo ſupra.

c ¶ Requiritur purgatio. *Not. quòd purgatio canonica licita eſt, & diuerſimode exercetur. ij. q. v. per totũ. & an deficiens in purgatione punia* a *tur, ut conuictus, uide per Abba. in c. accedens. de accu. Adde, quòd quẽadmodum deficiens in purgatione punitur ut conuictus, ita & contumax in purgatione aſſumenda. ut patet ex c. tua nos. de coha. cleri. & mulie.*

¶ De accuſationibus. Rub.

Concluſio DCXC. a

IN CRIMINE læſæ maie
a ſtatis[a] bona non confiſcantur ipſo iure. ut l. quæſitum. ff. qui & à qui. ma. li. non fi. & inſti. de hereditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur. §. per cõtrarium. & ibi not. licet ſecus in crimine hæreſis, & aliis criminibus, de quibus in c. cũ ſecũdũ. de hære. lib. vj. & ibi probatur, quod eſt notabile, ſecundum dominum noſtrum. Idem no. d. Bar. ff. de iure fiſci. l. imperator. licet Dy. contra, quẽ ibi reprobat Bar. licet etiam do. Ioan. Andr. in glo. c. cum ſecundum. in fi. de hæret. lib. vj. cõtrarium teneret, & male. Vide omnino de materia huius concluſionis ſupra.

a ¶ Læſæ maieſtatis. *Nota, quòd gra ui pœna puniũtur cõuicti crimine læſæ maieſtatis. xv. q. iij. ſane. Adde, quòd nulli de ſe cõfeſſo creditur contra alium, niſi in crimine læſæ maieſtatis. xv. quæſt. iiij. nemini. & C. de accuſa. l. fina.*

¶ De confeſsis. Rub.

Concluſio DCXCI.

CONFESSIO emiſſa iu dicialiter, uel extraiudicialiter[a] facta probat cum delibera tione in præiudicium confitentis. probant communia iura. C. de non numerata pecu. l. generaliter. ff. depoſiti. l. Publia. ff. de confeſsis. l. j. C. eod. l. una. extra. eo. c. cum ſuper. & c. ex parte. de exceſsi. prælato. quàm graue.

a ¶ Iudicialiter, uel extraiudicialiter. *Confeſsio iudicialis an præiudicet confitenti, uide Panor. in ca. ex parte. de confeſs. An autem confeſsio extraiudicialis præiudicet in abſentia partis, uide eundem Panor. in c. ſi cautio. de fide inſtru.*

SEQVVNTVR *fallentiæ.*

PRIMA fallẽtia eſt. ¶ *Si* perſona, quæ confitetur, habeat alium quem defectum, qui impediat ipſum effectualiter confiteri, ut quia furioſus, uel mente captus, ut de ſucceſsionibus ab inteſtato. cap. primo. uel pupillus non habens autoritatem tutoris, ut ff. de confeſsis. l. certum. §. in pupillo. In alio autem minore, uel non ualet, uel datur reſtitutio. ut dicta l. certum. §. penultimo. Super quo dic, ut not. Cyn. C. de confeſsis. l. una. circa principiũ.

& in

& in ultima quæst. de cõfessione administratoris qualiter noceat domino. dic ut notat Inno. ut lite non contest. c. j. & c. quòd quibusdam. de fideiussoribus. & per Henri. de cõfessis. ex parte. in tertia distin. & per do. Barto. ff. de cõfessis. l. certum. §. sed an & ipsos. & per Iacob. & Pet. ff. si quis ius dicenti nõ obtempe. l. j. §. sed si procurator. & ibi etiam plene per Bart. & forte infrà dicam. & Cy. de confessis. l. una. in xiiij. q.

SECVNDA fallẽtia. ¶ Si nõ sponte, sed coacte esset quis cõfessus. ff. de cõfessis. l. j. §. diuus. nisi in confessione cessante metu, & uiolentia ultro perseueraret, ut d. l. j. §. si quis ultro. & notat Cy. C. de quæstio. l. fi. in v. q.

TERTIA fallẽtia. ¶ Vbi per errorem quis cõfiteretur, & non scienter. De quo dic, ut notat Bar. de cõfessis. l. non fatetur. & per Cy. & Iaco. Butri. C. de iuris, & facti ignorãtia. l. error. & per Cy. C. de confessis. l. una. in xiiij. q. & per canonistas. de confes. c. ulti. & ibi per Henri. in ulti. dist. & forte infrà dicam.

QVARTA fallentia. ¶ Vbi ueritas cõtraria, de qua cõstat, aut rei confessatæ, seu eius causæ incertitudo, fauor, uel fraus, seu iuris, uel naturæ impossibilitas ipsi confessioni aduersatur. De ueritate contraria habes ff. de interrogatoriis actionibus. l. in cõfessionibus. & l. is cuius. & ff. ad legem Aquiliã. l. inde Neratius. §. fina. Dixi de qua constet, quia confitẽti incumbit onus probandi, ut l. inde Neratius. §. fi. allegato. & hoc probato constet de errore. Ideo locus est reuocationi. ut C. de confessis. l. una. circa princ. lecturæ huius. j. De incertitudine rei cõfessatæ est casus C. de confessis. l. certum. j. respõso. De incertitudine causæ uidelicet nõ expressatæ in confessione, est tex. ff. de probat. l. cum de indebito. §. fin. extra de fi. instru. si cautio quod habet locum in personalibus. & ita procedit quod no. Spec. titu. de confessis. §. nũc dicendũ. uer. si autem nõ fuit causa, &c. saluo quòd facit probationẽ semiplenam, etiã in personalibus, ut ibi notat Specu. & Accur. C. de conuen. fi. debi. l. ulti. *libro*. Sed secus in realibus, & est text. ff. de confessis. l. certum. §. sed & si fundũ. Ratio diuersitatis est ista, quia in una re nõ possum habere, nisi unicum dominium, & ex unica causa, ut l. ubi autẽ non apparet. §. fin. ff. de uer. obliga. & institut. de actio. §. sic itaq;. Sed in personalibus ad eandem rẽ possum habere plures obligationes, & ex pluribus causis. ff. de actioni. empt. l. nõ est nouum. cum simil. Ideo nõ mirum, quòd in realibus non est, neq; esse potest aliqua incertitudo in re confessata,

ta,cum res, de cuius dominio agitur,est certa.argu.ff.de libe. & posthu.l.nominatim.& de testib.c.licet ex quadã.Sed in personalibus est incertitudo super re cõfessata,uidelicet super debito,uel obligatione.arg.l.cum incertus.ff.de lega.j. ergo non mirum,si una propter incertitudinem uitietur,& alia non,ut l. certum.in prin.& §.j.alleg.in simili. per l.& eandẽ. §.actiones. ff.de except.rei iudi.per hanc l. dicunt Cy.& Pet.C.de probat.l. non epistolis.& hi in c.ex parte. de cõfes.in realibus causam nõ requiri.Et quòd ideo ualet in eis cõfessio sine causa.ut ff.de probat.l.quidam.& l.ultima.Sed ratio præcedens uidetur mihi clarior.Eodem modo facit c.abbatem.de re iudic.lib.vj.Hinc est, quòd opinio unius subtilis doctoris non procedit, qui dicebat,quòd de iure canonico confessio emissa sine expressione certæ causæ bene ualet in personalibus.Dicebat enim,quòd ratio §.fin.l.cum de indebito.fuit, quia nõ omnes causæ obligationum de iure ciuili pariunt actiones,ut ff.de pact.l.iuri§gentiũ.§. sed cum nulla,quòd nõ procedit de iure canonico.per no,de pact.c.j.& eo.tit.quotiens.xij.q. ij.quicunque suffragio.& c.quia Ioan.de iureiuran.c.ex parte.de rescrip.Sed non ualet,quia imo est alia ratio dicti §.fi.uidelicet certitudo obligationis in confessione deductæ.Itẽ habet hoc locum in obligationibus,nõ autem in liberationibus.ut ff.de pact.l.tale pactũ.in princi.& in authen.de testi.§.licet.colla.vij. Intellige quo ad effectum probandi.Secus enim quo ad effectum liberandi,si pars præsens non esset.dicam infrà.Ratio diuersitatis est fauor liberationis. ut l.Arrianus.ff.de actio.& obligatio.& l.fauores.ff.de reg.iur. imò & alia potest esse,quia plus destruit negatio,quàm affirmatio ponat,quia negotio destruit totum,quod sequitur eã,ut ff.de rebus dub.l. is qui ducenta. §. utrum.Ideo si profiteor te non teneri mihi in decem,certe fateor te in nulla causa teneri,qa sequitur,nõ teneris,ergo ex nulla causa teneris,quia si teneris, reuera ex aliqua teneris.Modo qui ex toto negat,suam negationem incertã nõ facit,ergo cessat ratio §.fi.l.cum de indebito. allega.in causa liberationis. Et ideo non est mirũ,si cessat etiã decisio illius iuris.Idem etiam puto in aliis pactis super liberatione factis,quæ secundũ omnes non habent aliquam dispositionem tacite,uel expresse,utpote si confiteor te soluisse. Ratio, quia multiplicatio obligationũ nunquàm præsumitur.argu.ff.de proba.l.cum de indebito.§ j .Et quia præsumitur solutio facta

ad

ad effectum liberationis obligationē.grauior.ff.de solu.l.j.& §. ad hæc.alle.Primum tamen pactum de lege tale factum secundum communē opinionē habet in se dispositionem tacitā liberatoriam.No.hoc in c.ex parte. alle.arg.per l.iurisgentiū.§.prętorum.& l.si pactū.ff.de probat. & nihilominus,quòd licet tale pactum factū in absentia partis, non ualeat ad obligationē,ualet tamen ad liberationē. Facit ad sequentia ualde bene.Caue, quia etiā fallentia habet locum in extraiudicialibus,quia in iudicialibus standum est cōclusioni iam dictæ,etiā si fiat in iudicio confessio sine causæ expressione.Ratio,primo,quia nō est tex.loquens in cōfessione iudiciali,qui ponat fallentiam cōtra regulam cōclusionis nostræ antedictæ.Secundo,quia tex.dicūt indistincte confessionem iudicialem ualere,nec dicūt,an cum causa,uel sine causa.ut ff.de interrog.act.l.j.& l.uoluit.§.quod autem.& ff.& C.de cōfes.per to. imo satis hoc probatur in l.certum.§.& si alia.ff.de cōfes.Tertio,quia in iudiciis quasi cōtrahitur.ff.de pac.l.iij.§.idem scribit.Modo obligatio contrahenda causam non requirit.Sed cōfessio extraiudicialis non parit obligationē.ut d.l.Publia.in fin. Et ista est una ratio diuersitatis inter iudicialia,& extraiudicialia secundū Pet.in d.l.generaliter.C.de non nume.pec.in iij.q. Sed alia ratio potest reddi,& imaginor,quòd ratio,quare cōfessio facta de re incerta nō ualet,non fuit,quia res incerta deberi nō posit,quia imo potest. ut ff.de leg.j.l.cum incertus.& l. legato.ff.de iure do.l.cum post. §.gener.Sed fuit,quia confessio facta de re incerta,non uidetur facta bene deliberate.Ideo uoluerunt iura,quòd talis negatio obesset confitēti.Item, quia agi non potest in personalibus,nisi certa causa expressa,ut extra.de lib.obla.c.fi.& de censi.c.peruenit.& C.de edic.di.Adria.l.ulti. & ff.quādo di.le.ce.l.ult.hoc legatum.Facit ff.de iureiu.l.duobus.§.colonus.& de insti.l.habebat.ar.fur.ce.l.si colonus.Modo confessio nō parit effectū obligationis regulariter.ut l.Publiā, in fin.sed bene probationis, ut ibi.Probatio autem fieri nō potest,nisi primo detur libellus super modo agēdi,ac lis super eo contestetur,ut extra.ut lite non contest.per totū.Dari autem nō potest libellus sup incerta obligatione,ut probatū est.Nec super incerta potest ferri sententia.insti.de actio.§. curare.C.de sen.quæ si.ex cer.quan.per totū. xj.q.nj.graue.Sed caue,quia cōfessio facta iudicialiter parte presente sup incerto,bene præiudicat in effectu.Ratio est,quia iud

iudex debet compellere eũ captis pignoribus, uel per censurã, si sit ecclesiasticus, suam cõfessionem declarare, ut d.l.certũ.§. j.cum ibi no.in gl. Vel debet haberi pro confesso, si nõ respondeat certum, ut c.ij.de cõfes.lib. vj. Vide super hoc Cy.C.de iura.calum.l.ij.§.ꝙ si actor.& Bar. in d.l.certum.§.j. Aliud de confessione facta extra iudicium propter causam, quæ suprà, & infra sequitur, sed quia cessat iudicis officium, & non competit actio ad compellẽdum ad faciẽdum cõfessionem certiorem. Si uero detur libellus super incerta obligatione, confessio illam non probat, quia extra propositiones artis male argui potest ab indefinita ad singularem, ut colligitur ex no.Dy.in rubri.de re iud.lib.vj.in glos.& gl.in c.ut circa.de elec.eo.lib. Nõ enim sequitur: debeo tibi decem, ergo debeo tibi ex causa mutui, ut de se patet. nec potest operari confessio, nisi proposita, & probata iudicialiter, quia nullus extra iudicium potest sibi ius dicere. C. de iudic.l. nullus. Sed prædicta cessant in confessione iudiciali. Nam illa refertur ad causam, ex qua agitur, quia quæ in præfa. &c.ut l. Titia.§.idem respondit. ff.de uerb.obli.& facit l.ij.& iij. C.de sen.quæ sine certa quanti. licet si actum esset generaliter, & admissus fuisset libellus, licet fieri non deberet. iuxta.l.fi.C.de an.excep. putarem ualere talẽ cõfessionẽ, pro eo, quia parit obligationem, & facit hæc authoritas iudiciorũ, quam non debet quis deludere. ff.de iudi.l.si prætor. Facit, quia nõ ualet talis cõfessio, nisi parte præsente secundum communẽ opinionẽ, ut d.l. certum.§.si quis absente. Sed dicetur infra. Modo nõ est uerisimile, ꝙ coram iudice, seu parte præsente quis dicat cõtra se indeliberate, uel male: argumẽ. C. arbi.tu.l.fin. Ideo de uagatione in iudicio, non uideo, quo ad hoc, curãdũ fore. Et ita per præmissa clare apparet, qualiter ualet confessio facta cum causa, uel sine causa in iudicio, uel extra in psonalibus, uel realibus, in obligationibus, uel liberationibus de fauore, ut si confiteor me esse seruum tuũ, fauor libertatis impedit, ne cõfessio obsit. C.de lib.cau.l. interrogata.& l. parẽtes. Quod intellige, nisi cõfessio fieret iudicialiter, & contentiose, ut l.iubemus.eo.titu. Et ita not.fi.glo.j.c.ex parte alle.& Accur.l.una.C. de confes.& ibi per Cy.de frau.uel iuris impossibilitate uel naturæ. Dic ut not. glossæ ac etiam doct. omnes cum glo.in l.una.& c.ex parte alle.

QVINTA fallentia. ¶ Si uerba confessionis nõ proferuntur propter se, nec animo confitendi, ut si crederem te esse fratrem meum,

meum,scribo tibi epistolam,in qua te nomino fratrē meum,& uoco te ad paternæ hæreditatis diuisionem, talis epistola non probat te esse fratrē,quia dicta nominatio nō fiebat propter se, nec animo cōfitēdi.Et talia uerba apud quosdam appellantur narratiua,non dispositiua. Alia uero, quæ probāt, appellantur dispositiua:non quia obligationem disponāt,sed quia confessionem inducūt.Et probatur dicta fallentia.C.de probat.l.non epistolis.& l.nō nudis.& C.de testa.mili.l.ex his uerbis.& ff.famil.herciscun.l.qui familiç.& C. de testa.l.neq; professio.& C.de ca.fal.adiect.l.j.& ibi per Cyn. post Pet.distinctione magna.

ALIAM fallentiā ponūt quidā in extraiudicialibus,quia dicunt confessionē extraiudicialem,etiā quo ad effectū probandi,non præiudicare.Quam opi. sequitur Hostiē.extra. de succes. ab intest.capi.fi.per illud c.fina. Eandē opi.sequitur Ioā.in summa xv.q.ult.& Hugo ea causa.q. v.presbyter.Sed iste intellectus Hostiē.nō procedit,quia ueritas est in contrariū saluis fallentiis, de quibus supra,& infra dicā.Et est casus in l.Publia.in fi.& l.generaliter,alleg.& tenēt glo.Accur.& Bernar.in c,ex parte.& l. unica.alle.Inno.& Ioan.And.de succes.ab intesta.l,fi.alleg.Iaco. Pet.& Cy.l.generaliter.& l.una. alle.& extra.de iureiuran.c.j.in cle.Nec c.illud fi.ob.per no.ibidem per Innocē.uel quod dicit ibi,quòd nō probat sufficienter, forte procedit attento modo agendi:quia,ut dicit ibi Hostiē. non agebat ibi abbas ex donatione inter uiuos,sed causa mortis,quæ ibi per talē confessionē non probatur.Vide de hoc aliter no.per Dy.in regula.Quod semel placuit.lib.vj.

ALIAM fallentiam ponūt cōmuniter quasi omnes glossatores:uidelicet in casu,in quo confessio fieret in absentia partis. alleg.ff.de interro.actio.l.fi.& ff. de confes.l.certum. §.si quis absente. Hanc opinionē sequitur Accur.in d.l.fi.& l.una.C.de confes.& C.de cōue.fis.de.l.fi.lib.x. & ff.de probat.l.cū de indebito. §.fi.& Ber.& Hosti.in c.ex parte.de confes.Pe.uero,& Cy.post eum.C.de nō nu.pecu.l.generaliter.in quarta q.& Henri.Bohic in d.c.ex parte.in prima distinctione,fatentur dictam fallētiā in uno casu solummodo:uidelicet dummodo in cōtentioso iudicio per modum cōtentiosæ iurisdictionis procederetur: qa ut ualeret confessio,requireretur præsentia partis,& ita procedunt.l.fin.ff.de inter.act.& dictus §.si quis absente.Et est ratio,quia talis confessio hoc casu parit obligationē.ut l.alle.& probatur.idem scribit, alleg.& ab

absenti nō requiritur obligatio. ut §. alteri. insti. de inutil. stipul. quia eius consensus requiritur. ut l. si absenti. ff. de dona. & de præben. si tibi absenti. lib. vj. Secus uero secundum eos, ubi fieret confessio, etiam in iudicio, dūmodo procederetur per modum uoluntariæ iurisdictionis, quia talis confessio ualet etiam ad obligandum. Et istud membrum posuit Cyn. post Pet. C. de epis. & cler. auth. generaliter: & d. l. non nudis. Et sic intelligunt l. rem pu. sal. fo. l. nō quasi. & de magi. conue. l. j. §. exigere. & dicta auth. generaliter. Ratio diuersitatis inter istos duos casus secundum eos est ista, quia cum agitur cōtentiose inter partes, ut in primo casu, quælibet pars per se prosequitur. ut l. de unoquoque. ff. de re iudic. Ideo non oportet, q̄ iudex in aliquo suppleat personam partis. Sed ubi proceditur uoluntarie, ut in secundo casu, non uocatur absens pars. Ideo opus est, quōd iudex suppleat personam absentis secundum eos. In extraiudicialibus uero dicti docto. dicunt, q̄ quo ad effectū probādi, de quo præsens conclusio intelligitur, non requiritur in confessione præsentia partis, imō probat cōfessio extraiudicialis facta etiā in absentia partis. Probatur primo sic, quia q̄ præsentia partis sit necessaria ultra casum præno tatum, non reperitur iure cautū. ergo §. consideremus. alleg. & l. illud. C. de colla. fa. ij. q. v. consuluisti. de transla. episc. inter corporalia. §. sed denique. Secūdo, quōd de uno dicitur, &c. C. de procura. l. maritus. ff. de iudi. l. si prætor. de præsump. c. nonne. iij. l. fi. ff. de interro. act. & §. si quis absente. loquuntur in cōfessione iudiciali, ergo secus in extraiudiciali. Tertio, quia cessante ratione l. & c. ff. de iure patr. l. adigere. §. quamuis. Modo ratio iurīū dicētium in confessione iudiciali requiri partis præsentiā, est, quia illa parit obligationem, quæ non potest quæri absenti, ut dictum est. alle. ff. de uerbo. oblig. l. j. de act. & obli. l. consensu. institu. de obli. quæ ex contractu nasc. Modo ista ratio cessāt in extraiudiciali, quia illa non est obligatoria. ut l. Publia. in fi. Quarto, quia in depositione testis, quæ ualet etiā ad probationem, non requiritur præsentia partis. facit no. de testa. c. ij. Quinto, quia in ultimis uoluntatibus, quę fiunt in absentia partis. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. surdo. & C. quando di. leg. ce. l. fi. ualet confessio etiam ad obligandum se ex causa apposita, ut ff. de libe. le. l. legaui. §. ult. C. de fal. cau. l. j. & tamen arguitur de istis ad illa. de lega. j. l. seruū filii. §. eum qui. & de concess. præbē. quia cunctis. uersi. sed existit. ar.

ff. de leg. iij. l. qui chirographū. Et licet ex ultima uoluntate dispositiua quæratur absenti, non tamen ex enuntiatiua. Ideo arg. procedit, quod intelligit Pet. de confessione non tendente, nisi quo ad effectum probandi, quia si tenderet ad effectum disponendi obligationem, uel liberationem, secus, per præmissa. allegat ff. de pac. l. tale pactū. & de do. l. nuda. & de sol. l. si cū Cornelius. quod intelligit, quo ad effectum disponendi, uolens dicere. Secus quo ad effectū probandi, etiam in confessione ad dispositionem tendente, quod dictum Cy. puto notabile propter unum, quod statim subdam infra. quid dicēdum uidetur? dicta opinio Pet. inquantum recedit à gloss. mihi placet, nisi confessus uellet in alium casum declarare, uidelicet quòd dixisset per errorē, uel per truffam, &c. per not. Inno. de elect. per inquisitionem. de iudi. at si clerici. de hære. ab intesta. c. fi. quod tamen probare haberet, quia uerba prima facie semper debent recipi in sensu, quem sonant. ff. de supell. lega. l. Labeo. & l. si quis in ambiguo. ff. de re. dub. Aut ergo oportet, ꝙ probet se aliter intelexisse, ut dixi. Aut, quòd recipiat uerba proprie in eo, quod sonant, & dicat se uerum dixisse, & habeo propositum. Aut dicat se falsum dixisse, & tunc allegat suam turpitudinem, & suam temeritatem, quæ puniri debet. ut ff. de act. empt. leg. Iul. §. j. & l. j. ff. ad Turpil. Et hanc rationem ponit Iac. Butr. C. de iuris, & fac. igno. l. error. in ulti. q. ad menda cium, & non est audiendus, ut l. generaliter. C. de non nu. pecu. quæ in effectu hanc rationē ponit. arg. de ser. pig. da. ma. l. si creditoribus. & l. si post mortem. ff. de adop. Sed nunquid est uerum dictum Petr. in hoc, quod dicit, quòd fallit conclusio in iudicio contentioso? Et certe glo. uidetur hoc modificasse in dicto §. si quis absente. ubi uidetur uelle sentire, quòd in casu, in quo contracto eremodicio pōt fieri sententia pro absente, potest etiam confessio absenti prodesse. Ratio, quia §. ille si quis absente. fundatur in ista ratiōe, quia absenti sententia non datur, contrahitur autem hodie eremodiciū, ut C. de iudi. l. properādum. §. si quidem. de dolo & contu. c. causamq;. & c. prout. Et hāc opinionem sequitur Pet. §. de confes. l. una. in vj. quæst. Et Cy. etiā uidetur eam ponere generaliter, non ad casum, &c. Nec ualet dictum cuiusdam licentiati, qui insistit dictę restitutioni, quia dicit, quod non contrahitur eremodicium, nec fertur sententia pro absente, nec cōtra eum, nisi ipso absente per contumaciam. Sed non ualet hoc, quia nō plus

debet

debet adferre contumacia absenti, quàm non contumacia. l. siue hæredi. ff. de negot. gest. & c. eum qui. de præben. libro vj. imò forte pro absente non contumace, qui causa in totum instructa, & conclusione facta in causa se absentat, potest hodie ferri sententia. ut l. quamuis. C. ad leg. Iul. de adul. ponendo, quòd ibi non sit casus specialis respectu reipublicæ, ut ibi tenet Cy. Solum ergo, quo ad hoc, consideretur, quòd lex hodie habilitauit iudicem, etiam contentiose procedentem ad quærendum obligationem absenti. ar. dictæ l. properandũ. §. j. iuncta l. actori. C. de iureiur. quod est notabile, si sit uerum. Sed miror ualde, quòd doctores non tetigerunt, an confessio facta pro absente, quę de iure fforum sibi nõ prodest, quo ad obligationem pariendam, an sibi prosit, quo ad probationem inducendam? Videntur tamen in hoc sentire, q̃ non in hoc, quòd simpliciter dicunt confessionem non ualere. Sed puto saluo meliori iudicio, quòd imò ad effectum probandi bene ualet. Primo quia non sequitur, non ualet ad obligandum, ergo non ad probandũ, ut patet in cõfessionibus extraiudicialibus. Et facit optime, quod notat Cy. de cõfessione. ad deliberãdũ. supra eo. uer. quod intelligit Cyn. quod ideo ibi dixi esse notabile dictum. Fortius id probo, quia & si non ualet talis confessio, ut iudicialis, ualere tamen debet, ut extraiudicialis. prout pulchre notat Innoc. de elect. per inquisitionem. in glo. magna. authoritates enim iudiciorum sibi obesse non debent, imò debẽt reddere eam magis authorizabilem, & solẽnẽ: quia in iudicio præsumitur quis loqui magis deliberate, quàm extra. Non obst. l. fi. ff. de interrog. act. quia clare loquitur de effectu obligandi. Nec ob. §. si quis absente. quia etiã de illo loqui uidetur in hoc, q̃ reddit rationem dę obligatione nõ quæren do patrono absenti ex confessione liberti, & de sententia nõ ferẽda pro absente, ex qua quęritur actio. l. actori. alle. Et etiã si põt intelligi, ut concordet cum aliis iuribus, & cũ principiis iurium. C. de inoffi. do. l. una. & de elec. cũ expediat. li. vj. Nec ualet responsio, quam dant gl. ad l. Publia. in fi. dicẽtes, q̃ loquitur ibi de confessione, quæ fit per nuntium, uel per epistolã, quia illud ponderari deberet, quo ad effectũ contrahendæ. ut l. j. §. fi. ff. de contrah. empt. nõ quo ad cõfessionẽ inducendã, quę nihil parti absenti reuera acquirit, sed negãti repugnat. l. generaliter, alle. Et ita procedit l. Publia, in fi. ubi nõ quæritur obligatio, quia uerba enũtiatiua erant. ut l. Lucius.

cius.ff.de consti.pec.fa. quia secũdum do.Hug.& Bar.sunt certi casus,in quibus non simpliciter, absque dubio cõfessio facta in absentia partis in iudicio no cet,utputa si nõ simpliciter, sed in libello, uel in positionibus, & exceptionibus actor,uel reus altera parte absente afferãt aliquid.per l.cum precum.C.de li. cau.Item si in cõmissione id exprimatur,per no.Io.An.in c.inquisitioni.de iureiũr. li.vj.in no uella.Et non uideo rationẽ magnã specialitatis in istis. Prædicta posuit Hugo in ca.ex parte. & Bart.in d.§.si quis absente.& ibi latius uide.

SEXTA fallentia. ¶Vbi quis spe futurę numerationis confitetur, & hoc siue in obligatore, siue in liberatore. Nam in obligatore nõ obesset effectualiter, nisi usq; ad biẽniũ. In liberatore,non nisi usque ad xxx.dies,& habet locũ aliquibus, uidelicet quinque concurrentibus,ut hoc probatur C. de nõ nu.pecu.l.in cõtractibus. & C.de do.caut.nõ nu.l.fi.& auth.ibi posita.insti.de lite.ob.per totũ. Sed caue, quia si fieret dicta cõfessio, etiã in casibus huius fallẽtiæ,iudicialiter, & contentiose respõdendo positionibus, nõ esset locus fallentiæ,sed potius regulæ,quia cum iudiciũ reddatur in inuitũ, non est uerisimile, ꝙ uoluntarie ibi confiteretur spe futurę numerationis.ff.de uerb.obl.l.inter stipulantem.§.Stichũ. Et hoc not. Cyn.in d.l. in contractibus,post Pet. Item caue,quia prædicta locum habẽt,ut sonant,cum impugnantur.Ideo cõfessio,quia dicitur facta spe futurę numerationis non secutæ.Secus uero,si impugnaretur, quia si esset aliter actũ, quàm dictum,& ita per simulationẽ,uel per dolum, quia tunc exceptio non esset temporalis,sed perpetua,sed in ea incumbet onus probãdi excipienti, & ita effectualiter statim obesset confessio. Et ita procedit, quod in cõtrarium notat Lamber.C.eo.l.una.Et ita non est uerũ, quòd fauorabilior sit actio, quàm exceptio,secundũ Iac.Bu. qui ita intellexit, & soluit ad omnia iura.in l.generaliter.& in l.cõtractib.alle.quod Pet.& Cy. non cogitauerũt,nec Henri.saltem,quantũ uerba eorũ sonant.

SEPTIMA fallentia. ¶Vbi cõfessio est facta super eo,quod quis non potest disponere, seu cui non potest renuntiare, nam tunc non ualet confessio.ut notat Bar.ff.de uerb.oblig. l.sciendum.& ff.de castren.pec.l. si forte allegetur.ff.de nouat.& dele. l. doli mali exceptio. §. diuersum.& quod not.C.de in integ. rest.mil.l.de tutela.Itẽ allegatur l.j.& ij.C.de iu.ha.fisc.lib.x. Vbi nõ præsumitur subhastatio tempore uenditionis interuenisse

pro

pro eo, qui requirit temporum interualla tunc interueniſſe nō potuiſſe. Sed etiam hoc diſtingue, quia aut eſt ſimpliciter impoſsibile de iure, uel de facto id, ſuper quo emanat confeſsio, & tunc procedat iſta fallētia per ea, quæ not. ſunt in fallētia quarta. Aut eſt poſsibile, ſed eius omiſsio, uel renuntiatio non eſt poſsibilis ipſis partibus, & tunc aut quæritur, an ualeat cōfeſsio in præiudicium alterius, utpote eccleſiæ, uel minoris, uel alterius perſonæ. Et ſic procedit l. ſi forte. cum ibi not. de caſtren. pecu. quia pater ibi donata iur. pecu. occuparet. ff. de acquir. hære. l. placet, niſi dicerentur eſſe caſtrenſia. Aut agitur de præiudicio ſolius conſtentis, & tunc dico, quòd regulariter ſibi præiudicat, per ea, quę notaui conclu. dclxxxiiij. Saluo, quòd ſi eſt minor, uel non ualet, uel reſtituitur, ſecundū no. ſupra in fallētia prima. probata tamē quo ad reſtitutionem prima læſione. per ea, quæ notat Cy. C. de confeſſ. l. una. in ultima quæſt. Et attende, quòd concluſio noſtra in criminibus locū habet reſtringendo ad perſonam nō patientem defectum, ut in fallentia prima, & aliis, ut in ſecūda, & tertia fallentiis prælibatis. & dic de ſecūda, ut notat Io. An. ij. q. j. nos inquam. & Bart. de diuor. ex literis. ubi per Hugo. Nec habet locum reuocatio poſt perſeueran tiam in criminibus. ff. de cuſto. reo. l. ſi confeſſ. in fi. C. de pœ. l. qui ſentētiam. xv. q. v. presbyter. C. de appella. l. j. de mino. l. auxiliū. De tertia fallentia habeo xv. q. vj. c. j. xxxj. q. ij. Lotharius. ff. de qō. l. j. §. diuus. de cōfeſſ. l. non fatetur. & d. l. error. & d. c. ex parte. Facit pro regula de electo. per inquiſitionem. de confir. c. j. ij. q. vij. quicunq;. Nec habet locum reuocatio in confeſsione ſponte, & ſemel tantum, deliberate tamen facta. not. c. ut noſtrum. ut eccleſiaſt. benefi. & Archid. in d. c. nos inquam. & c. licet. de iureiuran. lib. vj. de appell. c. poſtquā. lib. vj. facit l. generaliter. alleg. C. de re. cre. l. ſi quis. in fin. propter uitandam uariationē, quæ ibi appellatur iniquitas. Facit ff. de ſtat. ho. l. liber homo. qui ſatiſdare cog. l. de die. §. fi. de dona. l. quidam in iure. Nec ob. ca. ex literis. alleg. quia forte eſt in matrimonio ſpeciale, uel fuit ibi perſeuerātia, uel primo confeſsio fuit facta ad partē, ut ibi not. Hoſt. & alii. Vel dic alias, ut ibi not. Ioan. An. Fallit etiam regula, ubi cauſa iracūdiæ, uel indeliberate emiſſa fuit confeſsio. ut ff. de re. iu. quod calore. l. ij. diſt. ſi quis iratus. quod prædixi de cōfeſsione facta in criminibus, modifica omnino, & reſtringe per ea, quæ notaui, & ſcripſi infra in una concluſione.

¶De confessis. Rub.

Conclusio DCXCII.

LICET confessio præiudicet, quo ad probationem, non tamen quo ad obligationē, nisi uerba dispositiua obligationis in se cōtineat. Istam conclusionem deducit Cy. post Pet. tam quo ad regulam, quàm quo ad exceptionem in d.l. generaliter. C. de non nu. pe. in j.q.& Host. in d.c.ex parte. de confes. in prima distinctiōe. probat Pe. regulam, tum quia uerba enunciatiua obligationē non inducunt. C. de test. mili. l. ex his uerbis. tum, quia iste non est modus obligationis inducendæ. ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iuris. l. patre. & l. offerre. §. placet. ff. de actio. & obl. tum quia iura uidentur hoc dicere in l. Publia, in fi. allē. patet exceptio, quia cessat ratio regulę, & habet locum ratio cōtraria, quia uerba dispositiua dispositionē inducere debent. ut ff. de pac. l. j. cū infinitis. Secus est tamen in pacto liberationis, quia si fit tale, fateor te non teneri. Cōmunis opi. habet, quòd parit liberationē. per l. tale pactum. & l. iuris gentium. §. prætorū. ff. de pact. Ratio diuersitatis l. fauorabiliores. de regu. iur. licet de hoc ultimo non sim clarus. Prim. secūdum Pet. & Cy. C. de non nu. pec. in ultima uoluntate locum habent, saluo ꝙ confessio ibi emissa ad obligationē, &c. etiā sine uerbis dispositiuis expressis operatur dispositionē obligationis. ut ff. de le. ij. l. unū ex familia. §. fi. & de interro. act. l. de ætate. §. qui interrogatus. & C. de fal. cau. adiec. l. j. & l. pe. Et saluo secundo, quòd non requirit causæ adiectionē ad obliga. &c. ff. de leg. ij. l. Lucius. §. quisquis. Nec plus potest reuocari secundum eos, quàm emissa inter uiuos. imò nullo modo per hæredē, si sint iurata per testatorē. ff. de leg. iij. l. cum quis decedēs. §. codicillis. C. de probatio. auth. quod locū. Vide Cy. in d.l. generaliter. in conclusionibus vij. viij. ix. x. xj. & xij. & per Hugo. in d.c. ex parte.

¶De confessis. Rub.

Conclusio DCXCIII.

ERRONEA confessio facta in iudicio, uel extra, reuocatur, saltem usque ad sententiā, docto de iusto errore. ut ff. de interro. act. l. de æta. §. qui iusto. & §. fi. & ff. de confess. l. non fatetur. C. de iuris, & fac. igno. l. error. & extra de confess. cap. fi. Dixi de erronea, quia secus regulariter in confessione ex certa scientia facta, quia illa regulariter nō reuocatur. ut ff. de donatio. l. quidam in iure. & leg. Iulianus. ff. de confess. & l. qui Stichum. eo. titu. Fallit quo ad præparatoria iudiciorū in duobus casibus. Primus est, si reus, cōtra quem agitur rei uendicatione, confes

confessus est se possidere, cum tamen non possideat, & actor, & reus hoc sciebat, ut l.is qui se obtulit.ff.de rei uendi.Fallit secundo in eisdem præparatoriis ante lit.contest.ubi aduersarius ex reuocatione non potest prætendere interesse.ut ff.de interrog.act.l.de ætate. §.fi.Et intelligũtur capitula aduersarii per lecta, & not.de rei uendi.in l.si autẽ.Et intelligitur de iusto erro re, ut ꝯ. sequitur, & probatur in d.§.qui iusto.Sed non intelligo de ita iusto, qui excludat leuẽ, uel leuissimã culpam, sed Bart. sic intelligit. Hinc est, quòd error iuris non excludit latã culpam, ut l.error.C.de iuris, & fac. igno.quam Bart.sic intelligit.& hinc est, ꝙ quia error iuris non excludit latam culpam.ff.de iuris, & fact.igno. ideo in iudicio non excusat.ut l.non fatetur.alleg. & huiusmodi sententiæ est glo.ff.de noxa.l.electo. §.neq;. & in c.ex parte.allega. quia debuit cõsulere peritiores.l. ui bo norũ.ff.de bo.pa.ar.l.quod quis. ff.de reg.iur.Dy. dicit hoc uerũ post lit.contest.Secus ante,in regula cap.ignorãtia.quod tenuit gl.ff.de dona.l.quidam in iure. Sed Pe.dicit, ꝙ imò admittitur reuocatio confessionis ex errore iuris post lit.contest.ope restitutionis. Allegat casum ff.de confess.l.cum fideicõmissum.facit, quia error iuris iuuat in damnó uitando.l.error. Sed si error facti posset ipso iure reuocari sine ope restitutiõis, uide super hoc gl.ff.de interro.act.l.de ætate.§.Celsus. quam ponit Archi. xxxij.q.j.c.apostolus. Sed Iac.de But.in d.l.error.dicit, ꝙ imò intelligitur l.cũ fideicõmissum.de errore facti. Et tenet gl.ꝙ iuris error in iudicio indistincte præiudicat, per l.error.alleg.Bar.ui detur insistere opi.Dy.in l.non fatetur.alleg.Et dictam opi.Dy. etiam approbare uidetur Cy.in d.l.error.Ideo securior est sequẽ da, quæ communiter approbatur.Sed si esset probabile dubiũ iuris,in quo errans secutus esset opi.docto.minus ueram putarẽ opi.Pet.sed satis æquam,quia talis excusaretur ab expensis. Sequitur: in iudicio, uel extra. In hoc conueniũt,ꝙ uterque error ante sententiam reuocatur. Sed discouenient, quia error iuris sufficit in extraiudiciali. ut l. cũ falsa. C. de iuris,& fac.ignor.& ibi not.per glos.& Cyn.& alias facit ff.de iur. & fact.ignor.l.regula.Iacob.But.in l.error.aliam differentiam ponit,d.quòd sẽm per in iudicio confessio erronea facta scienter præiudicat in probabilibus, quia loco probationis est. ut C. de iura.calum.l. secunda.§.quod obseruari,quia non habet effectum inductiuũ, sed declaratiuum. Sed in extraiudicialibus habet effectũ etiam

inductiuum, seu declaratiuum. Ideo in his, quæ per consensum confitentis induci possunt, confessio præiudicat, etiam facta à sciente ut ff. de acquir. possess. l. iij. §. in admittēda. & l. id quod. §. differentia. co. tit. & ff. de pact. j. responso. In aliis secus, ut in l. cum falsa. Sed hoc periculosum dictum propter conclu. dcxcij. precedentem. Sequitur: reuocatur, & interim præiudicat. C. de libe. cau. l. iubemus. Dixi saltem usque ad sententiā, quia regulariter post sententiam secus, ut l. error. alleg. Et hoc uerū, nisi fuisset iustissimus error omnē culpam excludens, quia tunc post sententiam per uiā restitutionis in integrum ex generali clausula: si qua mihi iusta uidebitur, ut ff. de interrog. ac. l. de ætate. §. si ex causa. & l. cum fideicommissum. alleg. secundum Iac. de Butr. & alios. Dixi postea: docto de errore &c. le. & no. de cōfess. c. fi. Ratio secundum Iac. de But. quia præsumitur mente cogitasse, quòd uerbo expressit. ff. de suppel. leg. l. Labeo. aliàs esset allegare suam temeritatem punibilem. ff. de actio. empti. l. Iul. §. j. ideo errorem alleganti incumbit probationis onus. ff. de prob. l. ei qui dicit. Palatiū tamen admittit continuo huiusmodi reuocationem de errore, nō docto etiam usque ad sententiam diffinitiuā tertiæ instantię.

¶ De confessis. Rub.

Conclusio DCXCIIII.

IN CASV cōclusionis supra proximè docet de errore, qui probat rem se aliter habere: nisi in casu, in quo errorē in proprio facto, & de damno uitando non tractaret, uel in casu, in quo erraret in iure. Pro cōclusiōe sunt gl. in d. l. fatetur. & d. §. qui iusto. & d. l. cū de indebito. circa prin. uidetur tex. de iur. & fac. igno. l. si post diuisionem. licet contrariam gl. habeamus ff. de leg. j. l. si res obligata. & Dy. in c. j. præsumitur. de reg. iur. lib. vj. & glo. de noua. ff. si quis delegauerit. Et ibi distinguitur error in facto proprio, siue in facto alieno. Patet conclusio quo ad regulam. Primo in reuocatione cōfessionis procuratoris, seu alterius, &c. ut l. certum. alleg. ff. de confes. §. sed an ipsos. & ibi gl. Patet secundo dicta conclusio quo ad regulā in confessione ipsius reuocantis, cum error uersatur in facto alieno, ar. ff. pro suo. l. fi. & l. si quis delegauerit. alleg. Patet tertio etiam in facto proprio, cū tractatur de damno euitando extra iudicium. l. si post diuisionem. alleg. & l. sed etsi me præsentem. ff. de condi. indeb. & gl. in l. cum de indebito. ff. de proba. in prin. Patet quarto conclusio quo ad regulam in prēparatoriis iudiciorum, ut d. §. iusto. cum glo. j. Exceptio uero prima

regulæ

regulæ patet in iudicio, & extra iudicia, quia in facto proprio non præsumitur errór. ff. ad Veleia. l. quanquam. & argu. ff. pro suo. l. fi. Et ideo oportet probare circunstantias, ex quibus error præsumatur, ut persuasio aduersarii. l. fi. quando de pec. anna. est act. & l. hominem. pro suo. temporis longinquitas. ff. de acquiren. possess. peregre. in princip. & per Dyn. in cap. præsumitur. alleg. uel dum negotium est. implicitum. ff. de confes. l. penulti. ff. de pact. l. emptor. §. Lucius. Secunda exceptio regulæ patet, quia præsumitur de quolibet, quòd non ignoret iura, ut ff. ad Trebellia. l. fi hæres ab eo. in fi. & quòd consuluerit peritiores. l. ij. ff. de iur. & fact. igno. & l. ui bonorũ. ff. de bo. pos. Ideo oportet, quòd ignorãtia iuris ex aliquibus circunstantiis uerisimilibus præsumatur, iuxta doctrinam, quam dat iurisconsultus in l. si adulterium cum incestu. §. j. ff. de adulte. puta ex circunstantiis istis, uidelicet ex qualitate personarum, & qualitate rerum. Si uero confessio haberet iuris errorẽ expressum, eoipso de errore constaret, ut l. ornamentorum. ff. de auro & argen. lega. & l. cõfessionibus. ff. de interrog. act. & C. de confes. l. una. cum ibi no. in gl. ibi, nisi ius, uel natura repugnet. ut C. de iura. cal. l. ij. §. quòd obseruari. Ideo dicit, q confessio facta emissa super malo intellectu unius l. non præiudicat cõfitenti: secus si positio, cui respondetur esset iuris consuetudinarii, quia illud probandũ est, uel statuti municipalis, uel extrauagantis ipsius principis. per l. cum perlatum. ff. de re iudi. quam intelligit Bart. in extrauag. fa. extra de fide instru. c. pastoralis. cum ibi not. Et censetur fieri confessio iudicialiter, quæ coram arbitro recepto, sine pœna, uel cũ pœna rato manente pacto. per l. cum antea. alias secus, quia incidẽdo in pœnam reuocari possit, licet non iudicialis. l. j. ff. de arbit. Aliud in arbitramento, quia transactio est, nisi esset cuius laudum, sicut sententia executioni mandaretur, quia tunc uideretur iudicialis, uideturque iudicialis facta corã notario, in uim cuius notarius uigore statuti facit præceptum, &c. secundum Bart. cuius præcepta sunt ad literam.

¶ De confess. procura. Rub.

Conclusio DCXCV.

FACTVM, seu confessio non dolosa, nec uoluntaria procuratoris ex mandato domini præcedẽte, uel eius ratihabitione sequente, ac negligentia, seu contumacia, uel imperitia procuratoris eiusdẽ circa eidem procuratori commissa, quæ domino expedirent, uel per se gereret,

reret, quæ eidem necessaria forent, tanquam negligentia, aut contumacia, uel imperitia simplex, si ignorauit, uel tanquam contemptus quo ad necessaria, si sciuit, aut purgare potuit, & nō purgauit, in iudicialibus, & extraiudicialibus domino nocēt. Dixi: factum, quia de omissione postea in alia conclu. Dixi: seu confessio, non quòd confessio non sit factū, ut l. licet. & l. uerbum facere. ff. de uerb. sign. Sed quia quo ad istam materiā confessio est factū singulare, specialiter nota. dignum. ar. ff. de iniu. l. item apud Labeonē. §. hoc edictum. Dixi: non dolosa, quia dolus, & collusio procuratori specialiter non mandatus, si de eo cōstaret effectu obesse domino non deberet. ut C. unde ui. l. meminerint. & l. fi. C. de acqui. pos. Dixi: in effectu, quia si potest recursum habere per acta mandati cōtra procuratorem ipso iure sibi prejudicat, alioquin in subsidium contra dictā confessionē directa restitutio sibi datur. arg. C. de iudi. l. properandū. §. h. & ff. de eo, per quem factū est. l. fi. Dixi: si de eo constaret, quia non præsumitur, & qui dolum allegat, & c. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. Dixi: nec uoluntaria, ut puta si ueniret uoluntariè ad iudicē, & non interrogatus, uel iussus ab eo, uel à parte ad cōfitendum: uero se offerret. Et licet doc. hoc intelligant, ubi proceditur per modum uoluntariæ iurisdictionis, & sic intelligunt. ff. de confes. l. una. & plenius hoc notat Cy. post Pe. C. de iura. cal. l. ij. circa primam oppositionem. Et de hoc etiam notat Bart. in dicto §. sed an & ipsos. & Henricus in d. c. ex parte. Tamē idem credo, ubi per modū contentiosæ iurisdictionis, & offertur ultro confessio per modum, quem dixi, pro eo, quia uidetur mihi quo ad hoc satis identitas ratiōis. Et quia dominus ad hoc nō teneretur, & ita magis uidetur feciſſe ex uolūtate, quàm ex necessitate, & magis ex dolo, quàm ex bona fide. Fateor tamē ꝙ istud membrū dubium mihi remanet. Caue tamen, quia confessio extraiudicialis magis adhuc cēsetur uoluntaria, & ideo illa præiudicare nō debet. Et ita intelligatur §. sed an & ipsos. & uidetur casus de in integ. rest. c. si aduersus. lib. vj. à cōtrario. quia ibi loquitur de cōfessione facta in iudicio solū, & ibi notat Ioan. And. & ita not. gl. in c. ex parte. alle. Præmissa intelligitur in casu, in quo nō haberet ad talem cōfessionem speciale mandatū. Istud membrū ponit Cy. in d. l. ij. C. de iura. cal. quia si haberet esset indubitatū, uel ratihabitio sequeretur per sequentia. Ex hoc enim uenit, quod proxime dictū est, quia talis cōfessio uoluntaria

ria non cõprehẽditur ſub gene rali mãdato, ſecũdũ Pet. & alios. doct. prædictos. Et ita ſi uoluiſſẽ potuiſſẽ totũ hoc cõprehẽdere ſub ſequẽtibus uerbis. Sed ſpecialiter uolui id notare, quia materia iſta eſt ultra alias notatu digna, ſpecialiter per hoc edictũ ad id, quod dixi de cõfeſsione uolũtaria, quæ nõ uidetur mãdata. Facit, quod not. Inn. in c. j. ut lit. non conteſt. circa mediũ magnæ gl. ubi no. quòd ſi procurator ſciens, & uoluntarie producit falſa inſtrumenta, non nocet domino, & aliàs bene colligitur ex dictis Inn. ibidem dicta cõcluſio. uide omnino ad materiam iſtã, quã habes ſuprà in una concluſione. Dixi etiam: non uoluntaria, ut idem daretur intelligi, ut cõfeſsio neceſſaria, quam faceret procurator reſpondendo libello, uel poſitionibus aduerſarii, aut interrogationibus iudicis, caderet ſub generali mandato, & domino noceret, quia dominus ſi præſens eſſet ad eã teneretur, & procurator nõ tenetur reſpondere, niſi id, quod credit eſſe uerũ, ut ff. de re iudi. l. iiij. in princip. & §. tutor. ff. de procura. l. non ſolum. in prin. C. de iura. cal. l. ij. §. quod obſeruari. extra. ut lite non conteſta. ca. primo. de confeſ. cap. fi. de re iudi. ſuborta. Ratio, quia ſententia & confeſsio ambulant pari paſſu, ff. de re iudi. l. poſt rem. & l. certum. §. ſed & ſi fundum. Modo ſententia lata contra procuratorem, nocet domino. ut ff. de procura. l. Plaucius. & de re iudi. l. ſi ſe non obtulit. in princip. & §. ſi tutor. Et hoc, niſi uelit reuocare confeſsionem probando contrarium, iuxta ea, quę dixi in cõcluſione proxime præcedenti. Ratio diuerſitatis inter hunc caſum, & ſuprà proxime præcedentem eſt iſta, quia confitendo uoluntarie quis uidetur donare uelle, quod non poteſt. ff. de pactis. l. contra iuris ciuilis regulas. §. ſi filius. Sed tamen per modum iuriſdictionis contentioſæ cenſetur id facere inuitus. ar. ff. de uerborum obligationib. interſti. §. j. & agnoſcere bonam fidem, ut ff. de adminiſtra. tuto. l. quotiens. §. ſicuti. l. actus ſui. & l. proinde. ij. §. ſi procurator. ad leg. Aquil. reſpondet Pe. q̃ licet dicat ibi procuratorẽ teneri, nõ excludit dominũ. Ex omnibus enim cauſis tenetur ꝓcurator nõ in cõfeſsione uolũtarie facta. Et habẽt locũ iſta etiã, ſi contrahat, uel quaſi in nomine dñi, niſi in cõtractu ſentẽtiæ. ut l. Plaucius. l. ſi ꝓcurator. §. ꝓ cõtrariũ. ff. ſi ſe obtulerit. all. Bar. uero intelligit dictũ §. ꝓcurator. in cõfeſsione uolũtarie facta. Et habẽt locum etiã iſta in tutore ſecũdũ Bar. dũmodo iudicũ eſſet ceptũ cũ tutore. Secus ſi cũ pupillo cum authoritate tutoris, quia tunc non

tener

teneretur tutor respõdere. ut d. §. sed an & ipsos. & d. §. quod obseruari. Dixi: procuratoris, quia de facto domini nõ dubitatur. de tutore dic ibidem saluis notatis Pet. C. de his, qui. ut indig. l. Polla. & ibidem Cyn. de confessione administratorũ ecclesiæ. Vide Cyn. in l. una. C. de confes. & l. iubemus nullã. C. de sacrosanct. eccle. Melius per canonistas in c. præsentium. de testi. lib. vj. & de in integ. rest. si aduersus. eo. lib. & per Archi. xxij. dist. de Cõstantinopolitanis, de tuto. per Bar. ff. si quis ius dicen. non obtemp. l. una. §. fina. & per Iaco. Butri. in d. l. Polla. Fa. quia no. Inno. de præscrip. cũ olim. in fi. prælati habent meliorẽ administrationem, quàm alii administratores. Item, quia secus in facto defensoris, uel alterius mandato carentis, ut ff. de interrog. actio. l. si defensor. §. j. Idem in procuratore fines mandati excedente. ff. de cõdi. inde. l. si procurator. ff. quod quisq; iur. l. iij. §. si procurator. ff. commo. l. argentum. de ope. no. nun. de pupillo. §. si plurium. j. responso. de exceptio. doli. l. apud Celsum. §. quis non tutor. C. de procur. l. si procurator. Ratio, quia alterum alterius odio &c. C. de inoffi. testa. l. si quis in suo. in fi. Nec culpa unius debet obesse alteri. l. meminerint. alle. & regula non debet. lib. vj. Et sic potest intelligi de appella. significante. & ff. man. l. si diligenter. & de offic. deleg. c. cũ olim. & c. cũ dilecto. & de resti. spo. Pisanis. quia nec hoc casu procurator, quod intelligo, nisi ratum debuerit, ut statim dicetur. Hinc est, q; quia delictum nõ comprehẽditur sub generali mandato, ideo ex eo non tenetur dominus, qui specialiter nõ mandauit per statim dicenda. Dixi: ex mãdato domini præcedente, si mandatũ fuit speciale, etiam in delictis est indubitatum. ff. de interro. actio. l. qui seruum. ad fi. primi respõsi. allegat Barto. ff. ad leg. Aquil. l. proinde. §. j. & ibi glo. ff. de cõdi. inde. l. si procurator. in princ. & ff. si quis ius dicen. nõ obtẽp. l. j. §. si procurator. Bar. facit etiã de elec. c. si compromissarius. in vj. & ff. de ui, & ui arma. l. qui ui à me. & §. quoties. & §. deiecisse. Sic potest intelligi ff. de digni. l. quotiens. libr. xij. & ff. ne uis fi. ei. l. j. §. si domini. & C. de accus. l. non ideo. cũ ibi not. quod intelligẽ in uno eodẽq; iudicio, & non in alio, licet secus in domino confitente. not. Compo. & Ioan. And. de elect. post inquisitionem. Idẽ puto cessante speciali mandato, si habuit generale, sub quo directe cadit factum procuratoris. Nec reperitur à generalitate exceptum, quia tũc id censetur commissum fuisse specialiter, quia tantũ operatur genera

neralitas in omnibus suis suppositis nō exceptis, quantū specialitas in suo casu speciali. l. si duo. ff. de admini. tuto. Dico: non exceptis, propter casus non excep. no. per Ioan. mo. in regula, in generali. li. vj. Et facias quo ad hoc differentiam inter casus, & casus. ut facit glo. in c, non potest. de procura. in cle. & Ioan. And. de rescript. c. sedes. in nouella. Idem puto de nō durāte incluſ. in mandato incluſis, tamen per modum consequentiæ necessaria, ut ff. de procu. l. ad rem. & l. ad legatū, cū simil. Dixi: uel eius ratihabitione sequēte confirmatum, quia ista ratihabitio mādato comparatur, ut C. de Macedo. l. fi. & sic ratam habeñ. alienā culpam suā faciunt. no. j. q. iij. sic itaq; facit l. si procurator. de cōdi. indebi. alleg. xxvij. q. v. si quis se. lxxxiij. distin. quid prodest. de senten. excom. cū quis. lib. vj. de re iudi. ratihabitio. & c. ratum. Et ratum habēs hoc casu, quo ad cō modum, tenetur etiā ratum habere, quo ad onus. ut ff. de except. doli. l. apud Celsum. §. de authore. Idem si lucrum ad eum peruenisset ex dolo, quia de lucro teneretur. ut d. l. apud Celsum. §. illa. & ff. de dolo. l. non debet. cū §. fin. cum l. seq. & ff. de tribu. l. iij. §. Iulianus. Dixi: ut negligētia, seu cōtumacia, uel imperitia. Ista consistunt in nō faciendo, Imperitia respicit principaliter ea, quæ cōcernunt expedienda domino, de quibus dicam super illis uerbis, quæ domino expedirent. Cōtumacia respicit ea, quæ concernūt mandatum superioris, factū ad instantiam alterius partis, de qua statim dicam, in uer. procuratoris negligentia. Negligentia uero communius est ad utrumq;. Dixi: procuratoris, ut non includā propriam cōtumaciam domini. Vnde dicit Bart. ff. si quis ius dicen. nō obtempe. l. j. §. si procurator. quòd contumacia radicatur in illo, qui debet aliquid facere, & nō facit. Et ideo si dominus est ille, eius est contumacia, nō procuratoris. ff. man. l. si procuratorem. §. si tutores. Simile in l. si cum filius. §. in hac. & l. ad diem. ff. de uer. obli. Vnde contradicit, quòd si domino est iniunctum, & ipse mittit procuratorem, & procurator non facit, cōtumacia est domini, alle. etiā. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. penulti. ibi no. licet propter casum cōtingentē in personā procuratoris, dominus excusaretur, sicut si cōtigisset in persona sua, ut C. qui petant tut. l. cū à matribus. de pig. c. significantibus. Facit, quòd dominus patiatur propter cōtumaciam procuratoris. C. de dignita. l. quoties. allega. ubi patitur missionem ex primo decreto, quæ non est adeo magni præiudicii. Itē si non appel

pellauit procurator infra decē dies.ff.quādo app.non sit.nec l. j.licet si succurratur quādoq; se cundū formā.l.eleganter.§.penulti.ff.de dolo.Dixi:circa eidē procuratori commissa,quia cir ca alia secus,ut in alio membro dixi.Dixi:quæ domino expedirent.Ideo si omiserit producere iura,dare obiectus in termino, appellare,uel emere rem melio rem pro pretio minori,aut abstinere ab emptione talis rei, &c.nocet imperitia domino.sic ff.de procur.l.defectus.cum sua materia. ff. ex quibus causis in pos.ea.l.ij.ut lite non cōtesta.c.j. cum ibi no.ff.quod cuiusq; uniuer.no.l.j.§. si uero.& l.ciuitates.de appella.sępe contingit.ij. q.vj.§.biduum.uer. si aduersus. & d.l.j.in fi.quando appellā.sit. & d.c.ij.de confes.lib.vj.de procura.l.nō solum.§.j.cum ibi not. C.de sacrosan.eccle.l.iubemus. nullam.C.de acqui.pos.l.fi.ij.responso.& l.quoties.C.de eroga. mili.an.l.fi.lib.xij.ff.de ædi.edi. l.quòd si nolit.§.mancipium.de uerbo.obliga.l.sed si ex stipulatu.de electio.cupiētes.§.quòd si per xx.lib.vj.Ratio, quia dominus ex sua culpa uidetur pati pœnam,quia procuratorē eligit minus peritū,& diligentē, iuxta nota.in d.c.si compromissarius, in glos.poterunt facere.Facit ff. de mino.l.cum mādato.in fin.& insti.l.sed & si quis à procuratore.in fi.l.fi.C.de acqui.pos.ij.responso.alleg.ff.de procura.l.nō cogen.cum l.seq.licet recursum habeat dominus contra procuratorem per actionē mādati.C. mā.l.si à procuratore.& l.si inanis sit actio.& l.nam is.ff.de do. & c.Odoardus.de solu.Imputet suæ culpæ dominus.argu.regulæ,quod quis.Facit etiā ff.de cōtrahen.empt.l.iij.& dicta l.apud Celsum.§.illa.& c.quæsitū.& d. c.suborta.& dicto c.sępe.de cau. pos.c.cū olim.ff.de tribu.l.procuratoris.& l.illud.& d.l.quòd si nolit.§.si mancipium.& l.ędiles. §.& notandū.eo.tit.Dixi:necessaria,&c.ut excludam uoluntaria,&c.probāt iura omnia suprà proxime alle.quare excludo uoluntaria supra super uer.nec uoluntaria.Dixi:tanquàm negligētia,&c.ut excludā pœnam graniorem propter delictū infligēdum, ut excommunicationē,uel mulctam,ut l.j.§.si quis procurator.ff.si quis ius dicen.non obtē. & quod quisq; iu.l.iij.§.si procurator.& de procura.§.si proprio.§.adeo.l.meminerint alle. C.de acquir.pos.l.fi.j.respon.ff. de dam.infect.l.si quis missum. de re iudic.l.neq; iurisdictio.ff. de procu.l.neq; ignotis.mand.l. si mandato.in princ.de libe.cau. l.in seruo.de excep.doli.l.si procurator.in authen.de eccle.tit.§. si quis in sua domo.Non obstat C.de his,qui.ut indig.l.Polla.§.

à pu

à pupillis.cedēdo ibi actioni liberatur.alle.Inno.ad hoc.ff.quā do ex fac.tu.l.j.ff.de admini.tut. l.fin.Ideo propter cōtumaciam procuratoris non perdit dominus beneficium appellādi,secūdum Bar.tenet Inno.ut lite non contesta.c.j.nec cōdemnatur in expensis,si dominus citatus ad causam misit procuratorē,& ille fuit contumax secundū do.Bart. licet Inno.contra,ut lit.non cōtest.c.j.probat.l.unica.si quis ius dicenti.in fi.Ratio,quia delictū est causa condēnationis expeñ. quod nō uenit in generali mandato.ff.de his,quę fi.in frau.credi.l.si pater.& ff.de condi.inde. l.si procurator alle.etiā sic alleg. Bar.ff.de admini.tut.l.non ignotum. licet repelli possit dominus non refundēdo expēsas.Sed credo,quòd dictū Innoc.procedit ubi dominus fuit citatus ad totam causam, & ita seruamus ex prædictis,licet Bart.dominū non pati missionem ex secundo decreto propter cōtumaciā procuratoris dicat,quia nimis magni præiudicii est.ut ff.si ex noxa.causa agat.l.iij.& l. hoc amplius.in fin.de dam.infect.& ff. quemad.test.l.j.in fi.Dixi:si non purgauit &c.C.de excep.& transactio.mi.an.l.j.lib.xj.& l.ij.C.de fal.iudi.de procura.l.non solū. in princip.ut lit.non conteſta.c. j.in princip.uide in Specul.titu. de execu.sen. §.j.

¶De confes.prælati. Rub.

Conclusio DCXCVI.

CONFESSIO prælati agētis præiudicat ecclesiæ ipso iure,etiam si sine consensu capituli agat.Cōsilia.Ista cōclusio licet hic ponatur in numero,fuit obtenta anno lxxv.de tempore domini Viuarien.cardinalis tūc contradic. auditore.Sed hic ponitur ex certa causa.Circa quod breuiter dico,quòd conclusio ista duas habet partes. Circa primam dico, quòd prima pars dependet ab uno alio dubio, uidelicet si prælatus dicitur administrator legitimus suæ ecclesiæ, quo ad effectum agēdi,uel non,& si est administrator legitimus, & in quibus causis sit administrator legitimus. Et in hoc concernit materiam secūdæ partis conclusionis.Dico enim in causis, in quibus prælatus est administrator legitimus ecclesiæ suæ in agendo,confessio sua præiudicat ecclesiæ ex modo,quo præiudicat confessio administratoris alterius legitimæ,uidelicet si sit facta in iudicio,& per modum iurisdictionis contentiosæ,& absq; collusione &fraude, iuxta ea, quæ dixi supra in una conclusione.& circa eam,& hāc conclusionem probant iura clare.ut extra.lit.non conteſta.c.j. de confes.c.ulti. de re iudica.c. sub

ſuborta.de poſ.præ.ad hoc. de cap.mo.cũ dilectus.de elect.dudum.ij.Sed ibi contra aliqualiter.licet enim prædicta iura in ſyndico,uel procuratore loquãtur,fortiori ratione urgẽt in prælato,qui maius ius ratione ſuæ legitimæ adminiſtrationis ſibi competentis iure ſuæ prælaturę habere cẽſetur,quàm dicti procuratores & ſyndici.Patet, quia procuratorem cõſtituit,& reuocat.de procura.c.j.de iudic.cauſamq;.no.Archi.de teſti.præſentium.Hanc cõcluſionem poſuit Cy.poſt Pet.in l.una.C.de cõfeſ. a in xv.q.De iſta parte eſt caſus in ca.ſi aduerſus.de in integ.reſtit. lib.vj.Si intelligatur de confeſſione prælati, quod aliqualiter uidetur ſonare glo.Si uero non eſſet legitimus adminiſtrator ipſius cauſæ, & litis,tunc ſecus eſſet dicendũ per rationẽ contrariam.Et hanc ſecundam partem poſuerũt etiam domini Pe. & Cy.in loco prælleg.& gloſſ. quæ dicit,quòd requireretur cõ ſenſus ſui capituli. Ita notatur xxij.diſtin.de Conſtantinopolitana.in pen.glo.per c.j.de procura.& c.cauſamque.de iudic.& Archidia.& gloſſ.uidetur ſequi dicta glo.in c.præſentium.alleg. Videamus igitur in quibus cauſis ſpectat hoc caſu legitima ad miniſtratio ad prælatum.Et breuiter ad iſtam quæſtionem reſpondet text.quòd prælati ſunt adminiſtratores legitimi ſuarũ eccleſiarum,& monaſteriorum, ac congregationũ,ac pro eis in iudicio ſtare poſſunt defendendo.ut ca.edoceri.de reſcript.& agendo.ut c.cũ deputati.de iudi.& probat.l.quod cuiuſq; uniuer.no.l. ciuitates. Excipit text. unum caſum , uidelicet ſi bona prælaturæ à bonis congregationis ſunt diſtincta omnino.ut in ca.edoceri.in fin.quod exponit Innocen.omnino id eſt etiã quo ad adminiſtrationes. Nam ſola diuiſio non tolleret prælato legitimam adminiſtrationẽ,a niſi poſt diuiſionem bonis congregationis à bonis prælaturæ diſtinctũ eſſet de adminiſtratore prouiſum,ut pulchre ponit Innocen.in d.ca.edoceri.Sed dices,ſi ita ſit, quòd adminiſtratio legitima pertineat ad prælatum,uidetur, quòd debeat eã exercere cum conſenſu ſuæ cõgregationis.arg.de procura.c.j. & de iudi.cauſamq;.Sed ut dicit Innoc.hoc non reperitur,quòd adminiſtrator legitimus teneatur de iure cum conſenſu alterius ſuam adminiſtrationẽ exercere.Et ſoluit ualde bene ad dicta ad alia iura.Concludit tamẽ, quòd in arduis tenetur requirere conſilium in iudicio,ſicut extra.c.nouit.& c.quanto. de his, quæ fi.à præla. Et iſta eſt ueritas, ſaluo quòd aliqui dicunt, quòd imò debet habere conſen

sensum, & hoc cõceditur gratia collatiõis. Sed nihilominus hoc non obstante dico, quòd si agat prælatus sine consensu sui capituli, uel conuentus, ualet quod facit, & hoc sine dubio in non arduis. per c. edoceri. & cũ depu a tati. & etiam in arduis. licet cap. propter sũũ consensum nõ adhibitum posset contradicere, & petere, quòd irritaretur, quòd factum foret eius consensu spreto ipso ignorante, quia ista est regula, quòd quãdo expeditio alicuius pertinet primo ad aliquẽ iuri suo, licet ex postfacto forma sibi adiiciatur, secundũ quã debet facere, uidelicet de consilio, uel consensu alterius, quòd ualet quod facit, dicta forma, seu dicto consensu non adhibito. Hanc regulã uidetur posuisse glo. ordi. in cle. j. de iure patr. super uer. prohibentes. & Inno. de rebus eccl. non alie. dudum. lib. vj. Vbi dicit, quòd ubi cõsensus requiritur, hæc est regula, ꝙ sufficit, ꝙ interueniat ex postfacto, & tamen si actus primus est nullus, hoc nõ sufficeret, ut ipsemet dicit; & probat c. auditis. de elect. Et prædictã regulam satis probant. c. ij. &. iij. de his quæ fi. à præla. cum ibi no. Modo certũ est, ꝙ administratio de iure cõi
b soli prælato [b] est cõmissa: licet superuenerint iura arctãtia prælatũ ad requirendũ consiliũ, uel cõsensum, igitur, &c. Faciũt no. per Inn. & alle. de arbit. cũ olim. Et per hoc secũda pars ipsius cõclusiõis est expedita, & cõclusio ex toto uerificata, præterquam in unico casu excepto, de quo supra.

¶ Legitimam administrationẽ. *Adde, quòd administratio legitima, & libera est, quando quis potest in iudicio agere, & cõueniri, & etiam extra iudiciũ de aliqua re disponere. uide c. ex literis. de prob. & ibi* Inn.

b ¶ Soli prælato. *Adde, ꝙ administratio prælatorũ maior, & liberior est, quam aliorum administratorũ. extra. de dona. c. ceterum. & no. per Inn. in fi. de præscrip. c. ueniens.*

¶ De litis contesta. Rub.

Conclusio DCXCVII.

AVDITOR secundæ instan. litẽ non tenetur contestari, nisi uelit. Cõsilia. Ista fuit etiã de tempore Viuarien. Sed an præsens fuerit, & in eo concordauerit, non recordor. Sed ipsam intellige, dum altera pars est absens per contumaciam, & altera non. Et hoc tenet Spec. & Archi. Et ita mandauit auditoribus seruari Cle. quartus, ut recitat Spec. Vnde super hoc Archi. de uica. c. ij. lib. vj. Hoc breuiter probant text. in §. illud. l. fi. C. de temp. app. & ca. per tuas. de app. quia in hoc, ꝙ ponunt ius speciale in casu contumaciæ, uidentur innuere ius cõmune in contrarium esse, ut l. j. in fi. ff. ad municip. Et ita non procedunt in

contrariũ, no. per Inno. de offi. deleg. cum cõtingat. uide Ioan' super hoc de testa. Rayn. in nouel. Cõtumaciam intelligo, etiã si pars cõtumax in curia sit præsens, quia tunc apprehendi potest, & esse uere cõtumax, & per consequens ex contumacia magis punibilis. l. & post edictum. §. fi. ff. de iudi. quia hoc est priui legiũ appellationis. ca. per tuas. ergo nec est auferẽdum, nec est restringendũ. de re iud. indultũ. ff. de constit. pri. l. iij. Quid si est appellatũ ab interlocutoria? dic aut in una instãtia quæris, an super articulo grauaminis sit necessaria lit. contest. Et dic, quòd non, quia in una instãtia una lit. contest. est sufficiens. Et ita mandauit auditoribus palatii Clem. iiij. ut recitat Spec. & Archi. in d. cap. ij. de iura. ca. & probatur, de appel. interposita. Aut quæritur si coram iudice appellationis omisso articulo appellationis. iuxta cap. cordi. de appell. lib. vj. uel expedito pronuntiando male processum. iuxta cap. ut debitus. de appell. proceditur super negotio principali. An tunc sit coram illo iudice necessaria li. contesta. Et tunc dic, aut fuerat coram primo lis legitime contestata, aut non. Primo casu non est necessaria lit. contesta. Secundo casu necessaria est. Ratio est, quia aut litis contestatio in causa semper est necessaria, ubi seruatur ordo iuris, ut extra. ut lite non contestata. per totum. & nõ plures, quia hoc non reperitur iure cautum. Item quia iudex appellationis, qui succedit loco iudicis primi, debet facere ea, quæ habuit facere iudex primus. ut l. mortuo. ff. de iudic. & dicto cap. interposita. Modo primus debuisset litem contestari, ubi nondum fuisset contestata, & alias non: igitur idem de isto, & sic de aliis si. Quæ tene menti perpetuo, & in isto articulo non dubitabis.

¶ De rescriptis. Rub.

Conclusio DCXCVIII.

CONCLVSIO extra rotam. Pro qua condenda conclusionem præmitto, suppo sito isto facto, uidelicet quòd Rodulphus de Coradone utriusque iuris doctor habens gratiam de canonicatu sub expectatione præbẽdæ, dignitatis, personatus, uel officii ecclesiæ Trecorẽn. canonicatum, præbendã, & cantoriam dictæ ecclesiæ uacañ. uigore dictæ gratiæ de facto acceptauit, cum de iure non posset: tum quia canonicatus, & præbenda, ac cantoria erãt specialiter reseruata, utputa per reseruationem, de qua constat: tum quia quo ad cantoriam, quia cantoria est dignitas post episcopalem maior in ecclesia Trecorensi, & istam acceptationem

nem facti fecit exponi domino nostro formæ gratiæ,& acceptationis antedictæ non facta mentione, quòd gratiam specialiter haberet;uel non haberet de dignitate post episcopalem maiori.Et hoc exposito, obtinuit à domino nostro sibi de canonicatu, & præbēda prædictis specialiter prouideri,tāquam specialiter reseruatis, reseruationē obtinendo, etiam expressione facta in literis, quòd dicta cantoria erat dignitas maior post episcopalem, & curata. opponitur contra literas, antequam expediantur per cancellariam, ut non expediantur, uel postquam fuerint expeditæ, nec expeditio executioni mandetur, quòd talis prouisio non ualet, pro eo, quòd in literis expectationis antedicta fuit excepta dignitas maior post episcopalē, & de hac exceptione in supplicatione, & literis huiusmodi prouisionis non fit mētio:quæritur utrum talis oppositio, seu exceptio sit bona, & sufficiat ad impediendū literas, uel executionem antedictas, saltē quo ad cantoria. Et primo uidetur, quòd exceptio,seu oppositio talis sit bona, & sufficiens, quia quando alicui obstant plura impedimenta, licet fiat sibi gratia de sublatione unius, non propter hoc tollitur sibi aliud, & ideo adhuc alio remanente totum remanet impeditum. ut ff. de ser.urb.præ.l.si dominus. de fi.presbyter.cap.secundo. de author. & usu pal. cap.ex tuarum. de priuileg.cap.pastoralis. Modo dicta acceptatio non ualebat ex duplici capite. Primo, quia gratia se non extendebat ad dignitatem huiusmodi maiorem post pontificalem. Secundo, quia cantoria ante erat reseruata, & non erat sublatum, nisi secundum impedimentum. ergo primo impedimento adhuc remanente totum adhuc remanet impeditū. Tertio,quantumcūque in gratia aliquid exprimitur, uel tacetur, quo non expressō, uel non tacito papa gratiam denegare potuisset,gratia est surreptitia, & nulla. de elect.dudum.& cap.ad audientiam. ij.& de præbend. dudum. libro sexto. Modo ita est, quòd hic uidetur expressisse, quòd uirtute dictæ acceptationis sibi dicta cantoria deberetur, nisi reseruatio obstaret,quod est falsum, quia ex alio capite acceptatio non ualebat, puta, quia dicta dignitas cantoriæ sub dictis literis non cadebat. Item tacuit, quòd dignitas maior post pontificalē fuisset in literis specialiter excepta, quæ si fuissent expressa, ac non tacita, mouissent principem ad non concedendum,ergo,&c. Contrarium puto, quia aut uitiaretur dicta

gratia prouisiua propter falsi expressionem, aut propter ueri taciturnitatem, cum de potestate collatoris, & habilitate prouisi, seu uacatione minime dubitetur. Sed neutrum horum potest dici. Dico primo, quòd non potest dici dicta gratia defectuosa propter falsi suggestionem, quia si diceretur hic fuisse facta suggestio, istud esset in hoc, quòd suggestum uideatur esse, acceptationem pro eo solo fuisse uitiosam, quia beneficium erat reseruatum. Sed breuiter dico, quòd hoc nullo modo uidetur papæ fuisse suggestum, quia non sequitur: hoc impediuit, ergo nõ illud. cum plura possint esse impedimenta, quorum quodlibet per se esset sufficiens, ut probant iura superius alleg. facit ca. cum pro causa. de senten. excom. Dico secundo, quòd non potest dici dicta gratia surreptitia propter ueri taciturnitatem, quia si hoc diceretur, hoc esset propter hoc, quòd tacitum esset in gratia, & in gratia, uigore cuius fuit facta acceptatio, excepta fuerat digni tas maior post põtificalem. Sed hoc non obst. quia nunquam ui a tiat gratiã illius taciturnitatis, quod ex narratis, & eorum forma potest, & debet uerisimiliter principi esse notum: sed sic est in proposito, ergo, &c. Patet primum, quia quando quis facit actum, qui potest certo obstaculo impediri, si sciat obstaculum illud, & sit in eius potestate illud tollere, esto & nec de hoc aliquid dicat, nec de hoc aliquid sibi dicatur, uidetur ipse uelle tollere illud. ut ff. de excu. tuto. l. idem Vlpia. §. fin. & ff. de re iudic. l. quidam consulebant. & C. de necess. ser. hære. institu. l. pen. Ad quid enim oporteret aliquid dicere alicui, quod per se uerisimiliter scire debet? certe frustra. ut ff. de act. empt. l. prima. in fin. & l. ea quæ. ff. de ædi. edic. l. prima. §. si intelligatur. cum simil. ibidem alleg. Et pro hoc facit, quod not. Iac. Pet. & Cyn. C. si contra ius, uel util. pu, l. omnes. circa princ. uidelicet, quòd licet rescriptum non ualeat contra legem, tamen si facta est talis narratio facti in rescripto, quòd princeps cognoscere potuit huiusmodi rescriptum esse contra legem, licet de hoc in rescripto nil dicatur expresse, seu quòd non dicat. non obstan. tali. l. ualet rescriptum. Item facit, quod dicit Innocen. de rescrip. ca. primo. priuilegium, seu rescriptum concessum per principem a ualere, est ius commune tollere, licet de illo non faciat mentionem, quia in scrinio pectoris præsumitur illud habere. l. omni. C. de testa. Item pro hoc facit quod not. Io. And. in glo. sua de const.

c. j.

c.j.libro vj. quòd papa faciendo nouam constitutionem, generalem constitutionem cõtrariam uidetur uelle tollere, pro eo q̃ præsumitur illam scire, etiam si de ea mentionem non faciat. Item fa. quod no. Fe. in tract. suo de re. permu. q. iiij. ubi dicit, q̃ impetratio beneficii ex causa permutationis obtenta, non ualet, si beneficium est reseruatũ, & de reseruatione mentio non est facta, nisi reseruatio illa esset generalis, & publice nota. quia tunc præsumeretur, quòd papa illam sciuisset, & tunc expressio necessario non fuisset. Minor propositio dictæ rationis satis uidetur esse clara, uidelicet, quòd ex forma narratorum papa debuerit scire uerisimiliter, quòd in gratia prima excipiebatur dignitas electiua, quia istud est notorium ex speciali cõstitutione plus quàm notoria, quòd in omnibus huiusmodi literis ponitur dicta clausula exceptiua. In notoriis uerò admonitio, seu expressio necessaria non est. Hinc est, quòd licet emptor debeat euictionem uenditori denuntiare, tamẽ ubi esset notorium, denuntiatione opus non esset. ut ff. de act. emp. l. emptorem. secundo responso. Item hoc alia ratione secundo deduco sic, quia aut dices papã fuisse deceptũ in hoc, pro eo, q̃ credidit, q̃ forma sibi expressa sibi hoc importet, & sub ea dignitas talis comprehẽderetur. Aut pro eo, q̃ ipse putauerit, q̃ in gratia prima fuerit facta expressa mẽtio, q̃ dignitas huiusmodi maior etiã cõprehendere tur sub ipsa, quia nõ uidetur, q̃ ex alio decipi potuisset. Sed neutrum dici potest, ergo, &c. Dico enim primo, q̃ primũ dici non potest, quia hoc esset ponere errorẽ iuris in principe, quod esset absurdũ. ut c.j. de consti. li. vj. Certũ enim est de iure saltẽ moderno secundũ cõstitutiones domini nostri, q̃ sub generali gratia non comprehenditur dignitas maior post põtificalem, etiã si nõ apponeretur clausula exceptiua, ut habent ordinationes papę Io. xxij. per omnes dominos summos pontifices ordinate confirmatæ, & constitutio domini nostri moderni data in cãcellaria. Dico præterea, q̃ nec secundũ dici põt, quia nõ est uerisimile papã uoluisse diuinare. ut l. si putator. ff. ad l. Aquil. Secundo quia uerisimile est, q̃ papa debuerit idem iudicium facere de eo, quod sibi nõ apparebat, & de eo quod non erat. ut l. in lege. & l. Rutilia Polla. ff. de contrah. empt. Tertio, quia uerisimile est, quòd debuit dominus noster præsumere, quòd nõ fuerit posita aliqua clausula in literis primis, per quam in eis huiusmodi dignitas maior com

prehendi ualeret: tum, quia hoc non est cõsuetum, imò prohibitum fieri, nec credo factũ adhuc fuisse de tempore domini nostri moderni: tum, quia ita esset uerisimile, quòd dictus Rodulphus de hoc fecisset mẽtionem in istis secundis literis, ut eas faciliter obtinere potuisset. quia quilibet præsumitur esse diligens in modis sibi acquirendi. arg. ff. de arbi. tut. l. si defectus. & ff. de proba. l. cum de indebito. in prin. & in fi. & l. si pactum. eo. tit. Concludo igitur in præmissis, papam in concessione dictæ gratiæ nouæ prouisiuæ nõ fuisse in aliquo circunuentum, & per consequens dictam gratiam minime propter surreptionẽ uitiari. Tertio principaliter hoc ꝓbo sic, quia licet falsæ expressiones, quæ mouere potuissẽt principem uerisimiliter ad facilius cõcedendum, regulariter uitiet gratias, quia literæ habent taciturnitatem cõditionẽ, si preces ueritate nitantur: tamẽ nõ omnia tacita, quorũ expressio mouere potuisset ad denegandã gratiã, uitiãt, sed ea solũ, de quibus reperitur expressum, uel de quibus de iure est certũ, ꝙ eis expressis papa gratiã nullatenus cõcessisset. Et hinc est, ꝙ licet papa non ita libenter daret beneficiũ magni ualoris, sicut modici ualoris, hmõi uidelicet modicę dignitatis: tamẽ si dat capellã maximi ualoris ualore tacito hmõi talis modicę dignitatis ualet gratia, nec ex taciturnitate hmõi uiciatur: licet secus, si minorẽ ualorẽ expressisset. ut no. gl. in cle. j. de præb. alle. Facit, ꝙ collatio facta per papã criminosũ, ualet ipso iure, per no. Inn. de cõcess. præb. proposuit. & probat c. inter dilectos. de excep. præl. & c. accedẽs. de acc. & tamẽ si fuisset crimẽ expressum papæ, hoc ualde potuisset cõmouere ad denegãdũ. de ęta. & qua. eã te. cũ si. Modo ita est, ꝙ hic nõ possum[9] dicere literas hmõi impugnari posse ex falsi suggestione. quia hic nõ reperitur aliquod falsum expressum, ut prædictũ est, & nõ est certũ de iure, ꝙ si fuisset expressum, ꝙ in primis literis nõ fuisset adiecta dicta clausula exceptiua, papa propter hoc dictã nouã gratiã denegasset, imò uerisimiliter magis est de cõtraria attẽta dignitate impetrãtis, & ꝙ gratia ista noua nõ fundatur super aliquo in re ipsius, ergo, &c. Ad rationes factas in contrariũ faciliter respondetur. Et primo ad primã dicitur, ꝙ hæc est gratia nouũ ius concedens, nõ impedimentũ tollens, & inquãtum tolleret impedimẽta, uideretur utrũque tollere, unũ expresse, & aliud tacite, per prędicta. Ad secundã rationẽ respõsum est per primam rationem huius partis.

¶ Per principẽ. Not. *tamen, ꝙ princeps*

ceps poteſt ex ſola uolũtate cõtra ius poſitiuũ diſpẽſare. uide Inn. in c. cum ad monaſterium. de ſta. regu. Abb. in c. cum literis. de in integ. reſtit.

¶De reſcriptis. Rub.

Concluſio DCXCIX.

SVPPOSITO, ꝙ cauſa cõmiſſa ad inſtantiã abbatis, & cõuẽtus ſancti Petri cõtra Ioan. presbyterũ ſuper eccleſia parochiali ſancti Martini, quã monaſteriũ poſſedit tanquã unitã, per xij. annos proxime præcedẽtes, & ratione dictæ unionis ad ſe, & dictus Ioan. ratione cuiuſdã prætenſæ collationis ad ſe pertinere prætendunt, decretáq; citatione per auditorẽ curſor ad inſtantiam monaſterii cõtra Ioannem impetrat gratiam à papa iure deuoluto, non faciens mentionem de commiſsione, & decreto citationis prædictæ, eadémq; die fit executio citationis ſimpliciter per curſorem ad dicendum contra dictam commiſsionem tenore commiſsionis ipſi Ioan. citato non explanato per curſorem. Nec apparet quid præceſſerit, an citationis executio, an uero econtra, ualet dicta impetratio. hoc eſt, quòd non eſt ſurreptitia occaſione præmiſſa non obſtante. c. cauſamq; .ij. de teſtib. quia ut ibi no. Hoſt. nõ intelligitur illud c. niſi de impetratione facienda in præiudicium partis ſuper eo, de quo litigatur. Modo hic ſecus, quia ſi unitum eſt, non uacat. Si nõ uacet, impetratio non ualet. de conceſ. præb. c. j. nõ ob. c. ij. ut lit. pen. in cle. Tum quia, ꝙ præceſſerit executio, tenetur probare excipiẽs. per no. gl. c. fi. in cle. de reſcrip. & Cyn. poſt Ia. C. de proba. l. cum te. ff. de neg. geſt. l. eum qui. per gl. Tum quia citatio non habuit plenam certitudinẽ cauſæ, & c. ut d. cle. ſi tamen præceſsiſſet plena citatio, forte ſecus propter præiudiciũ abſolu. de quo. C. de rei uen. l. fi.

¶De reſcriptis. Rub.

Concluſio DCC.

IN caſu cõcluſionis ſupra proxime prædicti tẽporis xij. annorum curſ. deuolut. eſſe probatum, fa. quia debuerit ordinarius inquirere. de offi. ord. c. ordinarii. lib. vj. de priuile. cũ perſonæ. e. lib. maxime propter papales cõſtitutiões uniones prohibentes, non ob. poſſeſſio, quia nõ nunc, ſed in princ. dicti curſ. negligentia eſt attendenda, ſed in impetrante habẽte modo ac ceptare, dicta poſſeſsio longa curſ. menſis impediret, & excuſaret. Aegidius Bellemeræ.

¶De iure patro. Rub.

Concluſio DCCI.

SI poſſeſſor comitatus, ad quem comitatũ ſpectat ius patronatus, & præſentãdi, in cuius iuris poſſeſsiõe eſt ipſe comitatus, & erat ipſe ultimus

comes tẽpore mortis, licet ipse possessor comitatus nunquam alias præsentauit, modo iure & nomine ipsius comitatus præsentauit, ualet præsentatio iure, & ratione dictæ possessionis iuris præsentandi ipsi comitatui per eum possessorẽ cõpetente.per no.Inn.de rest.spo. literas.in fi.ubi not.Inn.idem de possessionis beneficio possessori competenti, quam tamẽ possessionẽ non apprehendit,quia hoc non obstante ipse pro ea agit,nõ suo,sed beneficii nomine.fa.not.de iure patr.c.ex literis.not.Inn.quòd cũ iure unibili transit ius istud, de eo mentione nõ facta,licet secus in fundo. Modo cõstat pro regula, ꝙ ducatus,& comitatus sunt nomina administrationẽ habentium,uni uersitatem iuris, &c. de prohi. feu.alie.per Federi. §. præterea ducatus. no.glo.de uoto.c.licet. quod intellige, nisi ipse sit in possessione mala fide, tempore quo præsentat:licet fateor,quòd sola litis, uel guerrę motio, aut alia quæuis denuntiatio nõ facit uerũ bonẽfideipossessorem[a] esse possessorẽ malæfidei, quo ad hoc, quando ualet, nihilominus ualet præsentatio post per talem facta, nisi ex alio capite insurgat præsumptio malæfidei,quicquid alii dicant.Et colligitur hæc conclusio ex dictis Inn.positis in c.cõsultationibus. de iure patro. Ratio, quia propter prohibitionem talis quis nõ debet omittere uti iure suo. Vide super hoc de dictis Inno. de maio.& obedien.cap.dilecti. Potest enim esse, quòd lis iniuste sibi mouetur:& quòd ea non obstante habet iustam causam suam possessionem defendendi.Nec debet quis prętextu litis motæ à sua possessione desistere.ut ff.de pe. hære. l.illud.ff.de leg.ij.l.qui solid. §.etiam.imò si in hoc impediretur,fieret attẽtatio, & innouatio in præiudiciũ litis.ut lit.pen.c.j.& ij.& c.fi.Vide per Inno. ubi suprà. Et licet denuntiatio fiat ex causa probabili,si uera esset,& aliquid ueri similitudinis habeat. & ita facit rem dubiã,secundum not. C. de procura.l.j.per Cyn.tamen non sufficit, quia quis nõ tenetur de facili credere aduersario suo. Nec obst.C.de rei uend.l.si domum. & l.certũ.ff.de pe.hære.l. item ueniunt.§. à quo. quia loquitur ī alio casu,uidelicet quo ad fructus cõseruandos propter dubiũ, & loquitur de fructibus, qui conseruari possunt, postquam enim res dubia est, mala fide ageret,si fructus non conseruaret,nec per hoc perceptio fructuum sibi impeditur, & ita nec per hoc status possessionis sibi turbatur. Sed in casu nostro loquimur in fructu,qui conseruari non potest, ne diutina uacatio inducat

inducat ipsi beneficio dispendium. Item loquimur in fructu, qui percipi non potest, nisi percipiendo consumatur. not. Inno. de resti. spo. in literis. ubi de hac materia plura, ita quòd tollere facultatē præsentandi, esset tollere perceptionē huius fructus, & statum possessionis immutare, quod fiendum non est, ut præ dictum est, ergo, &c. Non intro difficultatem, an faciat fructus suos bonæ fidei possessor lite etiam contestata. licet enim teneatur restituere, an non, quia opus non est, licet putem, quòd sit. Et ita not. duæ gloss. ff. de rei uendi. l. ex diuerso. & quod not. Innoc. in d. c. consulta. no. gloss. Bern. de resti. spoli. olim. Aegid. Sed caue, quia si constat modo, quòd possessor tunc nō habeat ius, & ex causa, quàm tunc sciebat, uel uerisimiliter scire poterat, saltem de facili ego tūc reputarem eum fuisse malæ fidei possessorem, quia si potuit inquirere, & non inquisiuit, sua ignorantia est tunc affectata.

a ¶Bonæ fidei possessorem. *Quis dicatur bonæ fidei, & quis malæ fidei possessor, uide Barto. in l. existimas. ff. pro so. & Dynus in regula possessor. de regulis iuris. libro sexto. Adde quòd possessor malæ fidei nunquam est melioris conditionis quàm bonæ fidei possessor: nisi in casu, scilicet propter accidens. ff. de rei uen. l. in rem. §. si. ubi glo. sing.*

¶De præbendis. Rub.

Conclusio DCCII.

SVPPOSITO, quòd episcopus de consensu sui capituli, & patronus ecclesiam parochialem, quo ad omnia spiritualia, & temporalia dederint monasterio, etiam cum potestate prædicandi, & confessiones audiendi, & omnia sacramenta ecclesiastica ministrandi, & curam omnimodam exercendi, ac fructus omnes percipiendi, sic tamen, quòd ibi sit unus presbyter secularis, qui per monachos episcopo præsentetur, & ab eo instituatur, & recipiat curam, & eam exerceat per seipsum sacramenta ecclesiastica omnia ministrando, & qui eidē episcopo, & Archidiacono teneatur de eorum iuribus respondere, & quòd in personis duorū uicariorum, qui publice dicebantur, & appellabantur à populo rectores dictę ecclesię, ita fuit obseruatum, quorum ultimo mortuo unus lapsis temporibus omnibus conferendi à papa dictam ecclesiam, tanquam uacantem etiam deuolutam obtinuit, ualet impetratio. Etiam censetur ex uerbis prædictis colligi, dictam uicariam esse perpetuam, & non temporalem, & per consequens in ea cadere ius deuolutionis & uacationis. Ratio prima est, quia etiam in ecclesia spectante ad mensam monasterii, pleno iure,

etiam quo ad omnia supradicta. uicarius dicitur perpetuus, qui recipit curam, quo ad regimen populi, ab episcopo, not. glo. de excessi. præla. c. frequens. in gl. no. Inn. in fi. & est casus de c. mo. c. uno. lib. vj. & uidetur modo sic in proposito. ergo, &c. Nec obst. quòd monachis datum est exercitium huius regiminis, quia dico, quod uerum est, sed cũ onere suo, ut uidelicet non per se, sed per uicariũ suum exerceant. Sed quia uicarius ille non per eos, sed per episcopum instituitur, illum non possunt amouere, ideo censetur perpetuus. Simile not. Inno. de uicariatu Archidiaconi respectu episcopi. de offic. Archidia. cap. j. Nec obstat, quòd præsentant, quia etiam si prouiderent, & manualiter reuocarent, nihilominus beneficium esset perpetuum in regularibus, ut cle. una. de excess. præla. licet secus crederem in seculari. ar. ff. de adop. l. quæsitum. lxx. dis. c. ij. nec patronus, uel collator priuat, quem præsentauit, uel cui cõtulit sine causa. l. dist. satis peruersum. Secunda ratio, quia cau
a sa finalis [a] est inspicienda. ff. de cond. ob tur. causam. l. pen. ff. de cõd. & dem. l. cum tale. §. legato. Sed causa fuit, q̃ ipse responderet episcopo, & archidiacono de iuribus suis, ad quod teneri non posset uicarius temporalis, &c. Tertia ratio, quia cõsuetudo, & modus loquẽdi interpretatur secundũ uerborũ mẽtem. de cõsuet. cũ dilectus. ff. de legi. si de interpretatione. Modo ille appellabatur uulgariter rector, ergo, &c. Præterea etiã addẽdo ad rationẽ primã, quid ad rumbum, si monachi haberẽt etiam facultatẽ spiritualia exercendi, cũ hoc posset pluribus insolidũ cõpetere in eadem plebe, ut rectori, episcopo, legato, & papæ, & etiam hoc casu, quo uidelicet monachi per seipsos spiritualia huiusmodi exercerent. Idem tenuerunt domini per supra. & infrascripta, quod est pulchrũ, & forte. Præterea uicarius non dicitur, nisi ad aliud: puta respectu directi, & principalis rectoris. Stat ergo dictã rectoriã esse unitam, & eam regi per perpetuum uicariũ, ut de præbendis. extirpãdæ. §. quia uero. & cle. una. de offi. uica. Quarta ratio secundũ dominũ Corsien. facienda est in dubio interpretatio, quæ magis ecclesiæ profit, quia talis interpretatio est magis pia. Simile ff. solu. mat. l. j. Modo ecclesiç prodest habere talem uicariũ perpetuũ, quia talis est pastor, & melius de ouibus curat, ergo, &c. Per hoc est responsum ad id, q̃ aliqui dixerunt, q̃ prædicta uerba possint interpretari, q̃ cura daretur per episcopũ uicario tẽporali, per not. Inn. de offi. uica. cũ satis. Nec ob. q̃ dictum est ec

clesiam

cleſiam uacare, cum tamē unita, uel incorporata non uacet, quia intelligēdū eſt, & exponēdū de uicaria, quia ad proprium ſenſum uerba nō ualentia trahi, ad impropriū referuntur. ff. de offi. conſu. l. ij. de præſcr. cum ab aliquibus. lib. vj. ſaltem ut res uaſleat. c. Abbate. & c. ſi papa. Modo ſi proprie nō uacet eccleſia, quia principali prælato non caret, uacat tñ in eo, qa ſecundario prælato uiduata eſt. ergo, &c.

2 ¶Cauſa finalis. *Et quæ dicitur cauſa finalis, uide Bar. conſi. iij. xxx. uol. Adde, quòd cauſa ſemper eſt conſideranda, ex qua quid eſt factū. gl. in c. intelligentia. de uerbo. ſigni.*

¶De confeſsis. Rub.

Concluſio DCCIII.

SI IN cauſa beneficiali Ioā. reus prouocatus ad cauſam, cōfeſſus eſt, ſe poſsidere in principio cauſæ, & ita ante motam litem in impetratione confirmatoriæ ſuæ prouiſionis, quæ obſtante reſeruatione nō ualebat, ita aſſeruit procurator eius, & poſtmodū deducat in libello, & poſitionibus ſuis, de tēpore tamen ſequēti actorē feciſſe, quominus reus potuiſſet poſſeſsionem habuiſſe, actorémq; poſſeſsioni incumbere, ipſo actore tunc etiam hoc aſſerente, concordanda eſt dicta cōfeſsio procuratoris cū dicta confeſsione, & aſſertione rei principalis per temporū diuerſitates. ar. de teſt. c. cum tu. & C. de fur. l. manifeſtiſsimi. maxime, quia non eſt ueriſimile, procuratorem uoluiſſe contra producta per eum uenire. produxit enim in facto iſto inſtrumētum poſſeſsionis adeptæ ante litem, & confirmationem antedictā per dictum reū, & confeſsionem, & confirmationem, & aſſertionem dictæ partis ſuæ principalis uoluiſſe aliquid ex certa ſcientia confiteri: maxime quia non eſt ueriſimile, dominum id uoluiſſe mandare ſub clauſula generali, & ideo nō eſt ueriſimile, procuratorem id potuiſſe, & præſertim, quia uerba, dominus, &c. poſſunt habere bonam interpretationem ſi recipiantur cum iuris effectu. ut ff. quod quiſq; iuris. l. j. in fi. ſcilicet quo minus potuerit habere cū effectu, quia non uidetur uerſum, quod non durat uerſum. ff. de in rem uerſo. l. pro patre. §. uerſum. facit tamen dubium no. Barto. ff. de uerbo. obli. l. qui ante. ubi uidetur notare, quod interpretatio c. cum tu. quæ habet locum in teſtibus, inſtrumentis, & iuris diſpoſitionibus, non habet locum in diſpoſitionibus, confeſsionibus partis eiuſdem, quia primæ probant, & ſecūdæ nō, ſecūdum domi. Corſieñ.

¶De cauſa poſſeſsionis. Ru.

Concluſio DCCIIII.

SI IN caſu concluſionis ſupra

pra si reus confirmatus prædictus in dicta confirmatione expressit, quòd fuit possessionem pacifice assecutus. secundo quia fructus percipiebat, si primum probat hoc modo, uidelicet per chordas, & ueſtimenta, &c. infra ecclesiam fuit in possessionem inductus. secūdum non probat, nihilominus non propter hoc sua confirmatio est surreptitia, quia si habuit possessionem, ergo facultatem liberam fructus
a percipiendi, [a] nisi aliud appareat. ut l. in bonę fidei. ff. de acquirend. re. domi. quod si esset, de hoc deberet per partem excipi. Si sic præsumitur, quòd perceperit. ut l. si defunctus. C. si arbitrate. & l. cū de indebito. de probatio. ff. Præterea quid ad rumbum, an percipiat, cum percipere possit, & cum perceptio obstante reseruatione sit infecta, quanquàm in apprehensione fuit ignorata, non uideo. tamen Corsień. fuit in opinione contraria, quia secundum eum dictæ consequentiæ nō sunt necessarię. replicaui tamen ista nō fore plene probanda, per notata in cap. exceptionis. & regula, infamibus. tamen hoc non est sine dubio.

a ¶ Fructus percipiendi. *Not. quòd fructus percipiendi dicuntur duobus modis, sicut & fructus percepti: de quibus uide per Spec. tit. de fruct. & intereſſe. §. j.*

¶ De præscriptionibus. Rub.

Conclusio DCCV.

SI APPAREAT in casu dccj. conclusionis supra præcedentis cōcessio episcopi, quæ dicatur facta cum consensu sui capituli, de quo consensu nō apparet, & sequatur tempus sufficiens ad præscriptionē, illud sufficit. Nam talis titulus errore facti fulcitus dat causam præscribendi: uidelicet si episcopus donat, & ut dicit de consensu sui capituli, & ita credit monasterium, & ita procedit, quod notat glo. de consuetu. cum dilectus. de præscrip. de quarta. & præsumitur talis error per c. ea noscitur. de his, quæ fiunt à præla. Facit, quia iustus error [a] habetur pro titulo. ff. pro emp. l. ij. §. si à pupillo. & §. sequē. & ff. pro lega. l. fi. & iustus est hic error facti. l. ij. ff. de iur. & facti ignorantia. Maxime propter lecta, & notata in capi. ea noscitur. Super quo tamen uide dominum Bar. ff. rem ratam ha. l. actor. Secus si in iure erraſſet. Et ita procedit, quod notatur in d. capi. ij. de his quæ fiunt à præla. argu. de iuris & facti ignorantia. l. iij. & l. regula. & de usucap. l. ij. §. si à pupillo. & l. ubi lex. & l. nonnunquàm. probant notata Archidia. x. q. iij. cognouimus. Et ita notat Paulus in clemen. j. de rebus eccle. non alie. in sua ultima glo. & ibi uide plene. Aliqui domi-

ni

ni uoluerunt dicere, quòd requiritur ſubſcriptio clericorũ, pro quo uidetur tex.xij.q.ij.ſine exceptione.& notat Innocẽ.in capi.dudum.de rebus eccle.non alie.lib.vj.de alia ſubſcriptione loquitur. Idem dixerũt quidam domini de tractatu per c.tua.in fi.de his, quæ fiunt à præla.Sed dic de hoc,ut in cõcluſionibus domini Neapolitani quæſt.lviij. Quod dixi conſenſum capituli interueniſſe, intelligo quo ad effectum excludẽdi malam fidẽ in recipiẽte.Et ita procedit opinio Pauli,ut præſcriptio currat. Sed quo ad effectum ualidandi alienationem perpetuam ſecus. Et ita procedit opinio Bart.in d. §.ſecus.licet ſecus de alienatione temporali.ut c.ea noſcitur. de his,quæ fiunt à præla.Et ita procedit, quod ibi no.Quod intellige,niſi opponatur per partem cõſenſum non interueniſſe.Et ita procedit,quod not.Innocen.in d.c.ea noſcitur.

a ¶Iuſtus error. *De errore iuſto,& minus iuſto,& iuſtiſſimo,uide Alberi.de Roſa.ff.pro ſoluto.l.ſi exiſtimans.& no.in gl.C.de inceſtis nup. l.qui contra legum.*

De præbendis. Rub.

Concluſio DCCVI.

SVPPOSITO, quòd eccleſia parochialis ſpectet ex canonico titulo pleniſſime ad monaſteriũ,uidelicet ad ſpiritualia omnia,& temporalia,ac ipſorum omnium plenũ,& liberum exercitiũ,& fructuum perceptionem omniũ, ſaluo quòd debent habere ſecum unum capellanum ſeculare, qui per eos epiſcopo præſentetur,& ab eo recipiat curam,& in decẽti habitu ſacramentum euchariſtiæ portet infirmis, & etiam quòd ibi monachi uſi fuerũt per ſeipſos exercitio curæ,& uicariatu ſacramẽta miniſtrando:ſi moritur capellanus, & impetratur eccleſia, tanquàm uacans per ipſius mortẽ, impetratio ualet, ut ſupra in una concluſione, & per ea,quæ ibi dixi in fin.& ut gratia papæ ualeat,& in aliquo ſortiatur effectum,cũ papa fuerit ſine dubio intentionis aliquid cõferendi.argumẽ.de priuile.ſi papa.de uerbo.ſignifica. abbatem.de leg.j.ſi quando.Facit,quòd ſi patronus donet eccleſiã,cẽſetur donare ius,quod in ea habet,ut de dona.c.paſtoralis.& de iure patrona.c.cura. Plus dixerũt quidam domini,& plurali numero,quòd ſi in libello talis impetrans contra monaſterium generaliter tria petierit:uidelicet dictam ſuam poſſeſſionem pronuntiari canonicã, & declarari dictã eccleſiam ad eum pertinere,ſibiq; adiudicandam fore, ac dicto monaſterio nullum ius cõpetere ſuper dicta eccl

eccleſia: dictus iudex facta fide de præmiſſis, debet declarare libellum, & ſuper iure dicti capellani ferre ſententiam ſuper aliis impetranti ſilentium imponendo, & hinc inde compenſando expenſas. Pro primo alleg. ff. de lega. ij. l. qui ſolidum. in princi. ff. famil. herciſcun. l. in hoc iudicio. & not. Cy. C. ſi aduerſus rem iudi. l. j. Pro ſecundo de expenſis allegabantur not. Innocē. de dolo. c. finem. in gl. magna. uer. item nota, quòd ſi in ſententia licet nimis. Facit contra Innocē. de plus pe. c. uno. in fin. ultimæ glo. Sed in primo duo domini ſubtiliter illud dictum impugnarunt, ut prima facie uidebatur. a Eſt enim certū de iure, quòd iudex, qui condemnat in eo, quod non tenetur in petitione actoris, male, & fatue agit. ut ff. de euic. l. fundus. & C. de fideicommiſſa. li. l. ſi. Modo conſtat, quòd ius, quod habuit præmortuus capellanus ſub generali eccleſiæ petitione, nō comprehenditur, ergo in illo iure condemnatio fieri nō poteſt. Quòd non comprehendatur probo ſic, quia aut comprehenditur tanquàm pars rei petitæ: ut in l. qui ſolidum, in princ. alleg. & hoc non, quia eccleſia eſt indiuiſibilis, & partem non habet, nec ipſa, nec ius incorporale, quod in ea habetur, partem habet. ut de preben. maioribus. & c. dilecto. de conſtitu. c. cum M. cum ſimi. Aut cōprehēderetur per reductionem proprietatis uerborum ad improprietatem, ſicut de impetratione proxime dixi. Et certe hoc dici nō poteſt, quia ſicut ius monaſterium non excluderet, ſi mentem talē libellans haberet, quod tamen per expreſſum excludit. Poſtquam enim nullus prætendit in eccleſia ius, niſi monaſterium, & iſte impetrās ab eoipſo, quòd impetrans expreſſè monaſterium in libello ex toto excludit, cenſetur uelle libellum intelligere de directo, & principali iure rectoriæ. argumē. ff. ſi ager uect. l. ij. Facit, quia libellus debet eſſe clarus a de natura ſua. ff. de rei uendica. l. ſi rem. Et licet ab initio declaratio relinquatur actori. ff. de iudi. l. ſi quis intētione ambigua. & l. inter ſti. §. j. ff. de uerbo. obliga. quod dicti duo domini conſulebant, uidelicet, quòd diceretur illi actori per dominum auditorē, quòd dictum libellū declararet, & in caſu, quo non declararet, fieret interpretatio cōtra eum, ut in regula. cōtra eum. lib. vj. & ſaltem debēt in dubio accipi uerba in proprio ſenſu. ut inſti. de iure naturali. §. quoties. ff. de lega. ij. l. non aliter. maxime in odiū declarare uolentis. ff. de interroga. act. l. de ætate. §. qui tacuit. Coniunge cum iſto, quòd ſi libellus debet eſſe clarus, adhuc ſententia

tia debet esse clarior. §. curare. institu. de actio. Et quia non uidetur, quòd ius illius capellani cõsisteret in ipso corpore eccle fiæ, seu in principali eius regimine, sed est sicut quædam capellania, uel uicaria in ecclesia constituta ad releuamen rectoris in aliquo ordinata, sicut uidemus in multis ecclesiis huiusmodi capellanias, uicarias, & præbendas etiam cum animarum cura, seu potestate audiẽdi confessiones constitutas, quibus tamen nõ dicitur prouideri aliquo modo de ecclesia, sed in ecclesia. Et hanc differentiam notat glo. in clem. j. de præben. licet secus putarẽ, ubi monachi carerent exercitio curæ per ea, quæ dixi supra in una conclusione. Hoc supposito dicebant domini, quòd si recusat ille declarare, absoluatur monasterium ab eius impetitione, & cõdemnetur in expẽsis, quod tarde fiendum foret. Et si fieret bonum, esset sentẽtiã taliter declarare, & appareret modus, & causa pronuntiantis eiusdẽ, si se declararet. Dicebant, quòd pronuntiaretur, secũdum quòd alii domini supra proxime ante præ dixerant.

a ¶ Libellus debet esse clarus. *Ade tamẽ, quòd libellus in una, & eadem cõclusione potest pro parte esse aptus, & pro parte ineptus: pars tamẽ inepta nõ uitiabit aptã: ut Lud. Ro. cõsil. cclxv. in j. col. uer. præterea.*

¶ De renuntiatione. Rub.

Conclusio DCCVII.

SI ILLE qui à sententia definitiua contra eũ per auditorem cameræ apostolicæ lata ad sedem apostolicã appellauit, post appellationem cõparet coram eodem auditore, & producit iura sua, ut sibi ostendat suã sententiã fuisse iniustã ad iustũ finem, & idem auditor ad dictæ sententiæ executionẽ nõ procedat, per hoc suæ appellationi renuntiare non uidetur. Ratio est, quia tunc quis renuntiat facto, & tacitę suæ appellationi, cũ facit actum contrariũ suæ appellationi, ut in eo contrarietas euitetur. ut de appel. solicitudinẽ. in fi. ut ecce appellatio, si sit legitima, iudicis iurisdictionẽ suspendit. ut de senten. excõ. c. per tuas. & habet effectum talis suspensio, & talis iudex, à quo est appellatum, & cuius iurisdictio sit per appellationem suspensa, nõ potest in causa ulterius procedere, & si procedat, nullus est ipso iure processus. ut c. licet. de sentẽ. excom. lib. vj. & c. per tuas. allega. Et idcirco si appellans cũ tali iudice, à quo ipse appellauit, procedit ad aliquem actum, qui non possit expediri, nisi uirtute iurisdictionis huiusmodi sic suspensæ, tũc uel uidetur uelle per factum contrariũ suæ appellationi renuntiare. ut de constit. cum M. uel esse sibiipsi contrarius, quod

quod nō creditur in dubio, nec permittitur in expresso: ut c. solicitudinem. in fi. alle. Et ita procedit c. gratum. alleg. de offi. delega. de testi. cū uenisset. Modo producere iura sua, nō est procedere cum tali iudice ad actū, qui non possit, nisi in uim iurisdictionis expediri, quia hoc potest coram nō iudice, & extra iudicium. Præterea quia finis intētus a considerandus est in facto. ff. de dona. l. ij. in fi. cum l. seq. & l. sed an ultro. in prin. ff. de neg. gest. Modo iste producebat, ut non fieret executio. Modo ad idem tendit sua appellatio, & ita bene fa. notata Innoc. de app. dilecto. in fi. glo. & Pau. in cle. si ante. de geminatione appellationis. Præterea, quia si productio posset respicere plures intentiones, & fines, respiciendus est tamen in dubio ille, qui minus obest producenti: puta, quia nō est uerisimile in dubio, ꝙ quis tacite suæ appellationi renūtiare uelit, nisi bene appareat per contraria iura præmissa: intelligas, nisi petiisset à iudice tali, quòd pronūtiaret, uel interloqueretur super executione non fienda, uel ꝙ citaret partem ad dicendū cōtrā. Cum enim talia nō possint fieri à iudice, nisi in uim suæ iurisdictionis, quæ iam dicitur esse suspensa, apparet, quòd tales actus contrarii sunt huiusmodi suspēsioni, & per consequēs appellationi prædictæ, per clarum fundamentum superius allegatum.

¶ De accusa. De iudi. Rub.

Conclusio DCCVIII.

AVDITOR cui est commissum, quòd si repererit citandos de contentis in cōmis. sibi directa publice diffamatos, decernat contra eos citationē personalē, & qui super huiusmodi infamia² testes recipit, nō obhoc absq; speciali mandato, etiā ad instantiam procuratoris huiusmodi citandorū generaliter deputati ad causas, non potest recipere testes super bona fama. Ratio est triplex. Prima, qa ista est extraiudicialis informatio. ergo &c. Hanc rationē prosequitur, ut dixi ꝛ. in una cōclusione. Secunda ratio, quia natura huius causæ procuratorē non admittit. Et ita fuerat ante decisum per tres concordes interlocutorias in palatio apostolico, ut dicebat in consiliis dominus Guillardus auditor. Item tenuerunt domini, si talis procurator uellet allegare causas absentiæ. Nec ob. l. seruum quoq;. §. publice. ff. de procura. quia intelligitur de procuratore habente speciale mandatum ad huiusmodi excusationem, seu causas absentiæ proponendas, & de procuratore post datam citationis destinato ad hoc specialiter. Sed istā rationem destruit dictus §. publice. si bene uideatur. Sed alia

ra

ratio potest esse, quia non ante citationis concessionē, sed post eius executionē, & reportationem sunt talia alleganda, quia exceptio accusationē præsuppo nit, cū sit eius exclusio.ff.de excep.l.ij. Præterea de hoc solet semper specialis commissio impetrari.

a ¶Huiusmodi infamia. *Not. quòd duplex est infamia, una, quæ est iuris canonici, quæ est mortalis peccati, uel excōmunicationis, & hæc tollitur, quantum ad culpā per pœnitentiam, & absolutionē. vj.q.j illi qui, sed quantū ad infamiæ notā, si sunt clerici, non tollitur, nisi per papam, ij.q.iij.c. Euthenium. §.proxi. alia est infamia iuris ciuilis. iij.q.vij. infamis. §. porro.* Et *huiusmodi infamiā non potest delere, nisi ciuilis iudex, cuius est legem condere. eod. c. Euthenium. §.proxi.*

¶De re iudicata. Rub.

Conclusio DCCIX.

SVPPOSITO quòd Pet. cōtra M. super beneficio obtinuit tres diffinitiuas sentētias in petitorio, & possessorio, & fecit fieri executorias, & processus, & post hoc reperit A. intrusum, & obtinuit à papa postmodum, narrando tamen intrusionem factā fuisse tam lite pendente, quàm post sententias antedictas, quòd per executorē dictæ sententiæ, quo ad possessurium cōtra dictum A. executioni mandarentur, perinde acsi contra eundem A. fuissent promulgatæ, quodque hoc uidens ipse A. exposuit d. N. se possessionem huiusmodi ante dictas sentētias habuisse, & se posse statim docere de iure suo, & obtinuit mandari auditori palatii, coram quo causa primo pendebat, quòd si reperiret, quòd ante sentētias huiusmodi possessionem habuisset, ipsum super petitorio ante executionē audiret. Sed si reperiret, q̄ post sententias habuisset hanc possessionē, eum non audiret, quousque sententiæ huiusmodi fuerint cōtra eum executioni mandatæ, onus probandi, quod post sentētias incumbit ipsi P. adeo, quòd si nihil probaret, audiri debet A. & retardari executio. Ratio est, quia de iure cōmuni sententia lata inter P. & M. non debet præiudicare ipsi A. cū diuersæ personæ & ex diuerso iure se fundent, nec unus ab alio habeat causam, nec possit prohibere alium reperiri: ut ff. de re iud. l. sæpe. cum ibi not. & eo. tit. c. quamuis. in antiquis. Fallit secundum quosdā in uno casu: uidelicet si ille A. possessor fuisset factus lite pendēte, uel post sententias, uel si non fallit, hoc uoluit papa, quia sub illa tacita conditione: si preces ueritate nitantur. de rescrip. c. ij. ergo stabitur regulæ, nisi probetur exceptio, per no. in cle. literas. de rescrip.

D licet

licet fuissent contra aliqui domini sine urgenti tamen motiuo. Et si dicas, cõstat A. nunc possidere, & quòd ante non possederit, est negatiua, quæ probari nõ debet: ut l. actor. C. de proba. Dico, quòd imo, ubi est directa causa intentionis. ut probatur ff. de uerbo. oblig. l. in illa. & ibi plene not. per Bart. modo sic est in ꝓposito eius, ueniat per modum exceptionis contra intentionem de iure communi iam fundatam, ergo, &c.

¶ De re iudicata. Rub.

Conclusio DCCX.

IN casu proximæ conclusionis si probet P. ꝙ M. durãte lite & tẽpore sentẽtiæ pro possessore habebatur publice, & notorie, eoipso satis se exonerat à ꝓbatione negatiuæ, attenta natura materiæ, de qua agitur, quæ nõ requirit probatiões ita exactas. ut no. ff. de re iud. l. à diuo. §. si super. Item præsumptio faciens ꝓ negante, ipsum releuat ab onere probãdi. ut no. idẽ Bar. in l. in illa alleg. arg. C. de proba. l. siue possidetis. cum ibi no. iuncto, ꝙ cum non sit possibile duos insolidum possidere. ut l. certo. §. si duobus. ff. cõmo. & ff. de acquir. pos. l. iij. §. ex pluribus. Ita nõ uidetur possibile esse communẽ opi. de poss. M. quando fit indirecte opinio cõtraria de A. arg. ff. de procu. l. Pomp. §. sed & si.

¶ De re iudicata. Rub.

Conclusio DCCXI.

SI executor ipsius P. datus cõtra A. uigore dictarũ literarũ narrantiũ A. fuisse tam lite pendente, quàm post sentẽtias intrusum, ut in una cõclusione suppositũ est, nõ facta inquisitione de ueritate dictorũ narratorũ processit, monendo eum sub pœna excõicationis latæ sentẽtiæ ipso facto, ꝙ à possessione infra xvj. dies desisteret, & ꝓpter hoc fuerit appellatũ, & cã appellationis auditori cõmissa, non obst. hoc, poterit processus hmõi impugnari, quia causarũ cognitionẽ nõ præmisit, dũmodo corã auditore postea cõstet de ueritate causarũ. Et sumitur fundamẽtũ ex no. Inn. de præsump. dudũ. & gl. cle. j. de offi. deleg. & no. Pau. de consc. preb. cum ei, quem. in cle. Mouit etiã dominos, quia, ꝙ executor habeat recipere partis cognitionẽ in aliquo casu, nõ uenit à natura executionis, sed potius à natura exceptionis oppositæ per partẽ, ut patet ex literis, & not. ff. de re iudic. l. à diuo Pio. §. si super rebus. Itẽ mouebantur, quia assignatio termini xvj. dierũ habebat cõditionẽ tacitã, licet nõ expressam, si nõ ueniret infra terminũ ad allegandum rationes, & causas, quare non deberet fieri executio contra eum. Sicut enim uenit infra terminũ ad appellandũ, ita uenire potuit ad allegandũ causas

in

in contrarium, si quas habebat.

¶De re iudicata. Rub.

Conclusio DCCXII.

SECVNDVM dños Robertũ de Stracone, & Nicolaũ de Cremona auditores, si in casu cõclusionis suprà præcedẽtis tẽpore litis agitatæ inter P. & M. A. possedisset beneficium, a de quo P. cõtra M. tanquã cõtra possessorẽ agebat, & sciuisset, ꝙ illo modo P. cõtra M. ageret, latæ sentẽtiæ contra M. ipsi à quo ad possessionẽ præiudiciũ attulissent, & afferre deberẽt. Et dicebat dominus Robertus, ꝙ ita fuerat obtentũ præsente reuerendissimo patre domino Petro sancti Eustachii diacono cardinali in consiliis corã bonæ memoriæ domino cardinali Guil. dudũ habitis. Et ꝙ Paul. hoc tenet in c. suam. de pe. & allegabat c. quia uero. de iudi. c. significauit. de resc. Per quorũ iuriũ allegationẽ puto, ꝙ in casu illorũ cõsiliorũ possessor tertius, à reo condẽnato possessionẽ habuerat, quia sic illa iura bene faciũt, aliter nõ bene facerẽt. Alleg. d. Nico. c. si clericus. de præb. li. vj. cũ sua gl. quæ dicit, ꝙ illi impetranti pro eo præiudicatur, quia cũ de suo præiudicio ageretur, sciẽs se opponere neglexit, allegãs simile in c. quãuis maxime. quia illa oppositio cõsistebat in agẽdo, quæ grauior uidetur, ista in defendẽdo, quæ uidetur minus grauis, secũdũ eum. pro hoc allego tres gl. Inno. Prima est in c. super eũ. in gl. magna, quasi in medio secũdæ colũnæ illius gl. uer. idẽ uidelicet & res aliqua. Vbi dicit, ꝙ sicut dicitur in l. fæpe. ꝙ agitato iudicio cũ liberto patrono sciẽti prẽiudicatur ita idẽ uidetur, si res aliqua[a] uẽdicetur ab aliquo, q eã nõ possidet, sed tenet. Nã ego possessor debeo me offerre defensioni eius, & nisi me offerã, fit mihi præiudiciũ, quo ad possessionẽ. ut ff. depositi. l. bona fide. Licet secus, si ille reus possidebat, quia tunc nõ admitteretur ad defensionẽ, nec fieret mihi præiudicium. ut no. ut lit. nõ cõtest. qñ. §. si autẽ. & §. fi. Secũdo allego ꝙ hoc aliã gl. eiusdẽ. In. in d. gl. magna post princ. tertiæ col. eiusdẽ gl. mag. uer. per istã autẽ decretalem. in prin. & ex quo, & ibi: ex quo, &c. ibi uide. Tertio allego aliã glo. Inn. de re iud. c. quãuis. in glo. j. ubi uidetur dicere id, quod dicit tex. ꝙ sentẽtia lata inter certos, aliis nõ præiudicat, est intelligẽdum, quo ad actionẽ, uel exceptionẽ pariendã. Nã secus, quo ad possessionẽ. Sed certe illa gl. nõ habet hũc intellectũ, qui ubi imponatur, quia intelligitur de præiudicio mutatę possessionis de persona rei cõdẽnatæ in aliũ grauiorẽ. patet, quia allegat hoc Inn. in eadẽ gl. Probo eandẽ cõclusionẽ rõne, quia in casu c. cũ

sup.nō fit præiudiciū,quo ad ꝓprietatem,ut ibi apparet in fi.& ita nō est de casibus cōprehēsis sub c.quāuis.& tamē ibi præiudicatur,quo ad possessionē, ergo illi, cui res iudicata inter alios nō obest quo ad ꝓprietatē, dūmodo ad eū, & non ad reū conuenientū possessio pertineret, in possessione præiudicatur,si sciuit cām agi, & eā non defendit, nec appellauit. Secundo probo sic, quia si speciale hoc diceres in casu c.cū super.aut hoc diceres pro eo, ꝙ ad Oneten.eām priori loco, & ad monasteriū secūdo loco illius causæ defensio pertineret. Aut pro eo,ꝙ cām habuisset à monasterio eps Oneten.& neutrū dicere possis,quia sic præiudicaretur in proprietate.ut c.quāuis.& l.sæpe.alle. Aut quia Oneten.eps potuisset ꝓhibere monasteriū defendere, & hoc nō eadē ratione,quā supra. per d.l.sæpe. Aut ut dicit Bar.in d.l. sæpe. ga uideretur Oneten. eps dedisse facultatē agēdi ipsi mona.& hoc nō eadem ratione, quia in illo casu tenet idē Bart. quo ad proprietatē præiudiciū generari. Et sic intelligit opin. Guer. quā nō puto reprobatam esse.Etiā,quia nō uidetur,ꝙ aliquis de dictisquatuor casibus in casu dicti cap.cum super,ualeat proprie applicari. Et quia si sic decisio eius esset,uel cōtra cap. quāuis,uel cōtra l.sæpe.quod nō est credendū. Aut tu poneres rationē specialitatis, quam ponit Inn.in c.quāuis.de re iu.in prin. secūdæ colūnæ mag.glo.in uer. argumēto etiā eius, quod dictū est ibi, ad hoc est argumētū, qa sicut Oneten. potuit agere contra Auriēsem, si possideret,&c. ꝙ non esset ei ius exercere iura episcopalia: multo fortius,quando ei petebat, debebat excipere. Et certe tūc habes idē hoc casu, quia si Petrus possedisset ab initio, de quo agit Alphōsus,cōtra eum agere potuisset, & per cōsequēs eo agēte potuisset uenire ad cām, & excipere, ne sibi fieret præiudiciū in possessorio, prout & hoc satis ponit Inno.in d.c.cū super. ergo cū ratio specialitatis nō appareat in hoc casu,idē est,maximē,si ratio Inno. posita in d.c.cum super,in dicto uer. per istā autē decretalē.ibi: ex quo enim, qa ex quo iura uolunt, ꝙ cōtra reū ratione solius detentionis detur actio. ut l.officiū.de rei uēd.ꝙ etiā fiat executio,ne iudiciū sit illusoriū,sit bona,& per cōsequens generalis. idē uidetur in ꝓposito, si aduersarius dixit se possidere,cū reuera nō possideret. quia quo ad litē pro possessore habetur, maxime cū per partē,& iudicē ꝓ tali reputetur. ut ff.de rei uend.l.is, qui se obtulit.allegabatur ꝓ ista parte dictū Arch.in c.uno.de eo qui mitt.in poss.li.vj.& opi.Guil,

de

de mõte Lau. qui idẽ dicitur tenuisse in cle. ut calũ. dẽ re iudic. Aegi. In contrariũ facit generalitas. §. fi. l. sæpe. allega. Vbi dicitur ualde generaliter, ꝙ si fundum Titius à te petierit, quem ego, sed nõ ex persona Titii, ad me pertinere dicõ, quãuis contra Titiũ me sciente iudicatum sit, nullũ tñ præiudiciũ patior, qa neq; ex iure, quo Titius uictus est, uendico, neq; ego potui interdicere Titio, quo minus iure suo uteretur. hoc dicit. si ergo nullũ præiudiciũ, ergo nec quo ad possessionẽ. Iaducitur regula generalis negatiua, ꝙ res inter alios acta, aliis non præiudicet, quæ nõ reperitur uitiari hoc casu, etiã quo ad possessionẽ, ut uidetur. tu cogitabis. Caue, quia do. Fran. dicit, & loquitur, probabiliter solui posse ad capitulũ. cũ super. qa loquitur in casu, quo agitur cõtra personas, quæ uendicãtur, & de quarũ possessione agitur, ita ꝙ duo faciunt pro actore, & quia de re tertii agitur. Sed in casu nostro secus. Domini sunt multũ cõtrarii, qa dominus Guil. sequitur do. Frãcis. Alii uolũt deliberare, & ego.

a ¶ Vẽdicetur. No. *quòd uẽdicatio potest sumi stricte, & large, ut ult Pa nor. in c. uenerabilis in prin. de excep.*

¶ De re iudicata. Rub.

Conclusio DCCXIII.

SI sentẽtia ꝙ P. fuit lata cõtra M. & executor uelit eã exequi cõtra A. qui possessioni incumbit, & A. dicat eam de iure non exequendam, quia nesciuit causam agi, & P. dicat cõtrariũ, maxime uirtute quarundã commissionũ papalium executioni specialiter directarũ, super quibus oportebat causæ cognitionem habere, talis articulus non potest sine speciali mãdato expediri durãtibus feriis, pro eo, quia causæ plenam cognitionẽ requirit, cũ in hoc articulo agatur de pleno prejudicio in possessorio cõtra illum, quanquam forte nullo iure sentẽtia debet exequi, modo in intrusione possessionis requiritur plena causæ cognitio. ut C. si per uim, uel alio modo. l. fi. & de præben. c. licet. ij. lib. vj. & ita no. §. si super rebus. per ea, quę ibi notaui. Nõ ob. ꝙ dicitur communiter idem iuris, & fortioris, quo ad hoc de executione sentẽtiæ, sicut de sententia, cum executio magis debet habere rem paratam, quàm sententia. ut l. minor annis xv. cui fideicõmissum. ff. de minor. quia dico, ꝙ uerũ est in casu, in quo debet fieri executio contra eum, contra quem sentẽtia lata est, & cõtra quem de iure claro, & per sententiã declarato sententia est ferẽda. sed ubi agitur de executione fienda cõtra aliũ, tunc est quasi una noua inchoatio litis propter personæ mutationẽ. ff. de excep. rei iudi. l. cum

quæritur. & requiritur alia causæ cognitio, quàm prima. ergo, &c. Sed si partes tacite, uel expresse, uel tacite uidelicet non contradicendo in hoc consenti rent, processus ex hoc ualidaretur, prout omnes tenuerunt. ff. de fer. l.j. cum ibi nota.

¶ De regulari. De præb. Rub.

Conclusio DCCXIIII.

COLLATIO facta monacho de parochiali eccle sia consueta clericis secularibus a assignari, etiã de consensu abbatis, absque dispensatione, ipso iure non ualet. Consilia. Ista conclusio fuit obtenta alias, sed ex causa eam pono hic. de materia habes glos. xvj. q. j. in summa. lv. dist. c. j. & c. pro utilitate. xvj. q. j. c. testis. & c. ij. de sta. mo. ubi dicitur notari conclusio in tertia gl. Ber. & in secunda glo. Innoc. & ibi aliquid per Host. & Io. And. & ibi allegantur dicta iura. uide etiam lecta, & no. in c. ꝙ Dei timorẽ. eo. tit. & ibi plene per Io. And. Et ibi etiam uide Host. qui hoc ibi tractat plene. & ipse, & Io. Cal. tenent cõtra cõclusionẽ, & præsertim uide, quæ ibi not. in una glos. & ea, quæ ibi not. Io. Cal. in distinctione, quam ibi per modũ additionis ponit, ubi contrarium nostrę conclusionis tenet ipse Io. Cal. & ipse Hostiẽ. idem tenet, ut no. Io. Andr. eo. c. ꝙ Dei timorẽ. propter officium prædicandi, & idem tenuerunt a Hugo, & Bern. prouincialis. Idẽ tenet Fede. de Senis in consiliis suis. pro conclusione nostra tenet quidã, uidelicet domi. Ioan. de Ligna. ꝓbat, quia monachus mundo mortuus est, licet Deo uiuat. xv. q. j. monachus. & cap. placuit. & c. generaliter. sed per assumptionẽ ad parochialẽ ecclesiam resuscitatur, & ista resuscitatio est miraculosa. ut igitur resurgat, & actus ciuiles exerceat, est opus dispẽsatione [a] superioris. Dicit etiam, ꝙ ista dispensatio nõ debet fieri sine causa utilitatis, uel necessitatis. Opponit Host. quia de iure cõmuni assumitur in episcopum, & mortuus tunc resurgit. Respondet, ꝙ habetur pro mortuo, non quo ad actus regulares. & non ob. ꝙ dicitur, ꝙ l. cõmunis habilitat, & resuscitat. dicit papa, ꝙ episcopus dispensat potestate sibi data à lege. Quid si ad collegiatã præfici uelit? glo. cle. j. de elect. secundũ illũ dominũ nõ firmat. Dicit tamẽ dici posse, secundum Host. uidelicet idem, quod conclusio habet, ꝙ cum capitulo dispensatio fienda est. Si de socio habẽdo quæris, iũge quæ habes de capellis mo. c. fi. cum ibi not. quid dicendũ? Io. Andr. in cle. j. de elect. in gl. dicunt quidam. circa prin. uidetur stare cum opin. Host. Ioan. Cal. Feder. de Senis. Hug. Ber. prouincialis, & Goff.

¶ Opus dispensatione. *Not. quòd dispen*

dispensatio prohibita est, ubicunque non potest fieri sine manifesta declaratione ecclesiæ. Item ubicunque non est iusta causa dispensandi. q. vij. ta li. & c. si illa. extra, de elect. c. innotuit. §. multa. & §. fi.

¶De testibus. Rub.

Conclusio DCCXV.

SI DATO perēptorio termino ad probandum testes producti fuerunt, & iurauerunt, sed nō depositi fuerunt, & stetit per producentem, quominus deponerent, lapso termino, & parte opponente examinari nō potuerunt. Spec. hanc tenet titu. de testi. §. qualiter. uer. is quoq;. Iaco. de Are. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. & Archid. & Ioan. And. in nouella. de except. c. pia. aliquid per Archi. xxx. q. fi. cap. licet. Iac. de But. contra in l. si quādo. C. de test. probatur conclusio, quia probatio est ostensio rei dubiæ per argumenta faciens fidem. no. super rubrica. C. de proba. & no. Azo in summa. ergo patet argumentum, quia sola depositio est id, quod ostēdit. Secundo, quia ex duobus simul insurgit probatio: puta ex iuramento, & depositione. ut l. testium. ff. de testi. ergo uno deficiente totum deficit. ut l. testiū. §. j. ff. de testi. de excu. tut. l. scire oportet. ff. de repu. l. fin. ff. de iti. actúq; priua. l. j. §. hoc autem. Tertio, quia confirmans trahitur ad tempus confirmati, & nō eo nuerso. ut l. si fundus. in princip. ff. de solu. l. uero. C. ad Macedo. l. fi. modo sacramētum dat robur depositioni. ut l. iurisiurādi. C. de testi. ergo præmissa cōfirmant. l. certarum. §. similes. ff. ff. de iure codicillo. ubi codicilli testamento confirmati ad tempus testamenti non trahuntur. Quarto, quia depositio non habet necessariam consequētiam ad sacramentum, ergo ad illud tempus non trahitur. probatur consequentia. ff. quæ res pign. ob. poss. l. pe. & l. j. & l. posterior. in princ. ff. qui potio. in pig. ha. & dicta l. potior. §. fi colonus. patet antecedens, nam testis nō cogitur deponere, eo ipso quòd iurauit, sed compellitur iurare, & deponere ratione ueritatis inuestigandæ. Quid plura? terminus non est datus ad testes producendū, & iurare, ac recipi faciendū, sed ad probandum, ergo probatione non facta, excluditur pars. C. de accusa. l. si ea. ff. de iud. ad peremptorium. cum l. sequen. & C. de remi. pig. l. si eo tempore. C. de ingen. manum. l. diffamari. ff. de ope. liber. l. mancipiorum. extra de restitu. in integrum. c. coram. de except. c. pastoralis. Iacob. de But. qui est in contraria opi. in dicta l. si quando. C. de testi. sic distinguit, aut est terminus ad probandum, & tunc sufficiat, quòd testes iurēt, cū testimonii fides ad iuramen-

tum reducatur.ut l.ſi quando.alleg.& l.aſſe. ff. de hære. inſtitu. Interdum aſsignatur terminus ad habendum probatum, & tũc debuit,&c. Confirmatur primũ membrum huius diſtinctionis noſtræ concluſioni aduerſans. Primo, quia unum propter alterum,&c. ut l.cum Paulus. & l. cũ ſeruus. ff. de condit. & dem. ſed fides teſtimonii eſt ſacramẽtum.ut l.iuriſiurandi.alle. Secũdo, quia ad primordiũ ſequẽtia referuntur.ut l.j.C.de impo. lucra.de præſcr.& l.ſed & ſi is.§.ſi initiũ.C.de edẽ.& l.iij.§.ſcio.ff. de mino. & fa.op.quod no.in l. unica.ff.de poſ.quæ ex teſta.mili.tu per teipſum cogita diſſolutionẽ iſtorũ. Sed fortius obſtat, & uidetur,ꝙ cõcluſio nõ procedat, ſed ſibiipſi cõtradicat, quia ubi nõ ſtat per partẽ producentẽ,ſibi nõ imputatur,ut cõcluſio habet, & not.Dy.in d.l.unica.C. de bo. poſ. quæ ex teſta.mili. ut ff. de condi. inſti.l. ex fratribus. C.de uſu.l.ſi pro te. Modo nihil eſt, ut uidetur, quod litigatori imputari debeat,cũ non ad eum pertineat examinatio teſtiũ, ſed ad iudicẽ.C.de teſti.l.nullũ. & l. ult.C.de fid.inſt.auth. apud eloquẽtiſsimũ.facit C.de tẽp.app.l. ſi.§.illud.in fi.Scdo dico,ꝙ imò poteſt bene ſtare per partẽ,licet enim teſtes nõ examinẽtur per partẽ,ſed per iudicẽ, tamẽ pars habet ſolicitare,& implorare iudicis officium,ut id expediat,uel expediri faciat. hoc enim regulare, ꝙ iudicis officiũ nõ expeditur, niſi parte petente. ut ff.de oper.no.nun.l.de pupillo.§.qui opus.& de damn.infect.l.iiij.§. hoc autẽ edictũ. & d.l.j.§.magiſtratibus. & quod plene not.per doc.ff.de iuriſd.om. iu.l.j.unde ſi per iudicẽ,uel aduerſariũ ſteterit,ipſo iure non nocet,ſi alias datur reſtitutio, ut colligitur ex no.in d.c.pia.per Inno. Io.And. & Archi.& per Inno.de re iudi. cum Bertoldus.

¶De donatione. Rub.

Concluſio DCCXVI.

NON per hoc ſolũ, ꝙ donator poſſeſsionũ poſt donationẽ per eum factã inſiſtit cõtinuo poſſeſsioni uſq; ad mortẽ, poteſt dici donatio facta in fraudẽ,uel cõtractus ipſe donationis eſſe fictitius.nam nõ præſumitur fraus, niſi appareãt aliqua urgentia indicia fraudis. ut l.dolũ.C.de dolo.Ideo qui dolũ alle.dolũ probare tenetur.ff.de proba.l.quoties.ff.de dolo. nec probat hoc eſſe, quod &c.l.neque natales. C. de proba.poſsibile eſt, ꝙ donauit ſine fraude, & ꝙ de uoluntate donatarii in poſſeſsione remanſit, uel forte mutata uolũtate cõtra ipſius uolũtatẽ, & actio inſtituta eſt.inſti. de dona.§.proficiuntur.& l.ſi qs argentũ.Item etiã,quia fictiones & ſimulationes nõ præſumũtur, niſi

nisi appareat causa, propter quã factæ sint, & per quam præsumi debeãt.ut ff. de re. amo.l.si mulier.in prin.& ff.qui & à qbus.l. sed si maritus.§.fi.ubi est hoc expresse,& expressius extra.de re nun.c.ij.li.vj.Ideo dicit lex alienationem nõ posse dici in fraudem creditoris, quæ nõ fuit facta de iure fisci.l.j.Sic nõ potest a dici donatio causa mortis, anisi obstet aliquod periculũ mortis. ut ff.de donat. causa mort.l.j.cũ l.seq.Sed qualiter soluetur ad l. superuacuũ. ff. quibus mo. pig. uel hyp.sol.Certe do.Bar.de Saxa ferrato in quodã cõsilio suo soluendo,ꝙ ultra hoc,ꝙ tenebat possessionẽ,suberat ibi causa:uidelicet ꝙ excludendo creditorẽ,quam creditor allegabat propter quam ibi uẽditio præsumitur simulata. Vide ad hæc ea, quę scripsit Bar.ff. de dona.l.post contractã.ubi nota,ꝙ ad præsumendũ donationẽ factã in fraudem oportet,ꝙ aliquid semper interueniat, quod det causam huic præsumptioni.aduerte, qa inter contractũ uiolentũ, & contractum fictitium est differentia. Nam dicitur cõtractus factus in fraudẽ, qui uere eo animo agitur,ut uere ualeat,& permaneat prout agitur,sed ideo agitur, ut alius per eũ, seu eius occasione decipiatur, ut ff. de his quæ in frau.credi. alie. sunt.per totum. hoc autẽ allegare non possunt, qui taliter cõtraxerũt seu huiusmodi participes fraudis fuerũt. C.de reuoca. donatio.l.cũ confiteatur.& de seruo da.pig.ma.l.si creditoribus. nec ipsius uolũtarius hæres. l. cui ipse non habet necesse relinquere.ut not.C.de his,quę ĩ frau.pat. l.ij. Sed certe ille cõtractus irritus dicitur,patis his,quæ ad fraudẽ probari habent,& etiã hęres necessarius cõtrahentis,id est,cui cõtrahens necesse haberet relinquere, si in eius fraudem fuit contractus factus, poterit dicere contractum fraudulentũ. ut d.l.ij. C. de his, quę in frau.patro.& ibi no.& C. quę in frau.credi.per totũ.Et ita loquitur dictus §. superuacuum. Sed simulatus cõtractus dicitur, quando simulatur certus cõtractus fieri,& nõ fit,ita sicut simulatur,ut C.plus ualere quod agitur,per totũ.ff.de contrah.emp. l.nuda. & ff. de regu.iur.l.imaginaria. C. de distra. pigno.l.& qui sub.C.de aqua plu.ar.l.emptor. C. si quis alteri, uel sibi quãuis. & l.cum propria, & hoc casu tam ipse sic cõtrahẽs,quàm eius hæres etiã uoluntarius potest dicere, talẽ cõtractũ esse fictitiũ per dicta iura, dummodo fraudẽ suam nõ allegent,ex qua se iuuant,quia tunc obstarent iura prędicta,& l.post mortẽ.ff.de adop.Et circa hoc sciendum,ꝙ tribus modis potest dici cõtractus fictitius, imaginarius, & si-

mulatus. uno modo tamē unus cōtractus celebrari simulatur, & tamen in ueritate agitur, ꝙ alius celebretur. sic loquitur totus titulus, plus ualere, quod agitur. & ff. de cōtrah. emp. l. empti fides. & huius natura est, ut non impediatur inquisitio ei, cui acquiri debet fienda, si ex causa, quę uerē agebatur, poterat acquiri. ut d. l. empti fides. & si cer. pe. l. si ex prętio, & no. l. nuda, alle. & l. imaginaria. alleg. Secūdo modo dicitur contractus simulatus, quia licet uere agitur, ꝙ sic fiat, tamē agitur, ꝙ cito dissolutio cōtractus fiat. ut l. iiij. §. si ab ignoto. ff. de manu. testa. & istius simulationis natura est, ut debeat hæc expresse per pactū agi. ut d. §. si ab ignoto. Tertio modo dicitur contractus fictitius, seu simulatus, quando ex mente nō procedit. i. quando agitur inter partes ꝙ cōtractus nullus sit, & de hoc loquitur l. nuda. & l. imaginaria, alleg. & ff. de ri. nup. l. simulatæ. & de aqua plu. arcen. l. emptor. ut faciunt quidā quandoq; propter effugiendū onera, uel debita fiscalia. Ex premissis duo cōcluduntur. Primū est, ꝙ cū simulationis sint tres species, allegās agendo, uel excipiendo cōtractum, uel instrumentū esse fictitiū, & non designans speciē fictionis, nō est audiendus, quia aduersari' sic redderetur incertus. facit ff. de eden. l. j. §. j. & de rei uēd. Pōponius scribit si frumentū: nisi quę loquūtur in agēte. Idem in excipiente. ff. de flu. l. j. §. ab eo. ff. de le. j. l. Titiæ textores. in princ. Idē in probante, quia nō debet obscure probare. ff. de neg. gest. l. eum actū. in fi. & ibi not. de no. oper. nuntia. l. nō solū. §. sed ut probari. & ibi no. in glo. super uersi. quod probatur. & est expressum extra de proba. c. in præsentia. facit optime quod not. Io. And. in glo. de exceptio. pia. lib. vj. super uerbo, speciem. Secundo cōcluditur ex præmissis, ꝙ tali dicenti instrumentū, uel contractum esse fictitium, non sufficit exprimere speciē fictionis, nisi declaretur causa, ex qua colligi ualeat initium huiusmodi fictionis. ratio, quia cum ex ipso actu de per se non inferatur ipsa fictio, ut concludit de iure intentio, addere potest id ex quo insurgat indicium simulationis, ex qua concludi ualeat ipsa fictio per prædicta. facit, quia intentio debet de necessitate urgere. ut l. ad probationem. C. de probatio. ne tibi dicatur nō probare hoc esse, qđ ab hoc contingit abesse. Dicunt quidā in casu nostræ cōclusionis tolli dubium fictionis, scilicet, si donans nomine donatarii se constituisset possidere. per l. quisquis. C. de dona. & l. quidam. ff. de rei. uen. & l. quod meo. & l. qui pignoris. §. j. & l. se

quen.

quen.ff.de acqui. pos.in quibus id uideturexpressum,quod procederet, si nulla causa præsumendi fictionem alias appareret, quia si subesset causa huiusmodi, ita bene præsumerem illam clausulam, qua dixit donãs se constituere nomine donatarii possidere,appositam in fraudem, & fictitiè,ficut de contractu ipso,nisi sequeretur traditio corporalis. argum.de hoc.C.de suffrag.l.j.Et eodem modo dicerem de clausula renunti.doli, & fictionis.argu.ff.de noua.l.doli. uer.diuersum. Tertio concluditur ex præmissis,quòd ideo non dicitur donatio fictitia, uel in fraudem, quia de omnibus bonis,uel maiori parte sit facta,nisi subsit aliqua causa fraudẽ præsumendi, & per hoc non obstat l.omnes.§.Lucius.ff.de his, quæ in fraud.cre.uide Bar.in consilio prædicto,quod incipit: Petrus Nicolao donauit, si hæres. ubi reperies magnam partem de præmissis.

2 ¶Donatio causa mortis. *Quotuplex sit donatio causa mortis, & quomodo possit reuocari, uide Bar. in l.ij.ff.de don.cau.mor. & ibi multa ad istam materiam.*

¶De accusationibus. Rub.

Conclusio DCCXVII.

SICLERICVS contra laicum intentauit crimen sacrilegii[a] criminaliter, & eum admisit per procuratorẽ ad causam usque ad conclusionem inclusiue, uenitque sententia absolutoria ferenda pro laico, non potest ad impediendam sententiam, uel processum præcedentem annullandum opponi contra procuratorem , quòd non possit in causa huiusmodi procurator admitti. Primò, quòd non ad impediendum sententiam, per l. quamuis indubitati. C.ad legem Iul.de adult. ubi uidetur casus quòd sententia absolutoria potest ferri in crimine adulterii pro absente, & contra præsentem, ergo & in personam procuratoris fortiori ratione.facit pro hoc, quia communis opinio habet, quòd in causis, in quibus sententia potest ferri contra absentẽ, potest procurator admitti. l. per seruum quoque. §. publice. ff. de procura.ergo idem si pro absente, quia magis iura sunt extensiua in fauorem absentiũ, quàm in eorum læsionem. ut l. absentem.ff.de pœnis. Præterea, quia cessat ratio , quare procurator non potest in criminibus interuenire. ut l.penul. §.ad crimen. ff. de pub. iudi. uidelicet, quod sententia esset eluisoria, quia nõ potest absens puniri,&c. quę hic cessat. Et hanc conclusionem tenuit Iac.de Are.& do.Ioã.Nico.Aurel. episcopus,in l.quãuis indubitati.C.ad leg.Iul.de adul. Et per hoc non obstat,quod ibi not.

no.Fran.Accur.& Cy.post eum, uidelicet,ꝙ ista exceptio opponi potest in qualibet parte litis, quod cõfirmat Ioã.And.de iudi. c.j.lib.vj.in nouella. quia illud intelligitur uerum regulariter. Fallit in casu,in quo iam esset concluſum,& sententia absolutoria pro absente ferenda per prædicta.Dixi secũdo,quia prędicta oppositio præcedẽtẽ processũm non annullet,& sic absoluatur opi.glo.l.quamuis,allegatæ.& Ber.Ioã.mo.& Archi.ac glo.Ioã.And.in d.c.j.de iudi.lib. vj.quæ habet,ꝙ exceptio ista est dilatoria,& ita determinat Ioã. Andr.ibidẽ in nouel.Itẽ probatur dicta cõclusio,quia nõ omne crimen sacrilegii requirit pœnã relegatione maiorem,& tamen in his solis criminibus, & dictã pœnam requirẽtibus habet locũ prohibitio.§.ad crimẽ. secundũ communem opi.& docto.opi.ut not.in §.publice.& l.j.§.sed ad ea.ff.quãdo appel.per aliũ exer. pos.& per Cy.C.de accu.l.reos. & C.de iniur.l.fi.licet Iac.& Pet. & do.Io.Nico.in dictis legibus, & do.Bart.in d.§.ad crimen.ubi plenissime per eum de iure teneãt contrariũ esse uerius,maxime per l.fi.C.de iniur.coniuncta l.fi.ff.eo.tit.& per §.ad crimen. qui loquitur indistincte.& per §.sed ad ea.recipiendo usq; inclusiue,ne idem frustra bis repeti uideatur, & bene uidetur probari per l.fi.C.de iniur.quia nedum dicit illustres esse priuilegiatos,ut in causis iniuriæ per procuratorem se defendant,sed ultra dicit,ꝙ nullus alius potest in causa huiusmodi per procuratorẽ admitti.dicere autẽ hoc est restringere ad unicum casum.l.unica.C.de fa.lib.esset diuinare ad l.Et si uis scire,qualiter colligitur solutio Guil. de Cun.ad istam l.& qualiter pulchre soluitur dictus §.publice. uide omnino Bar.in d.§.ad crimen.ad l.absentẽ.respondet do. Nico.ꝙ illa l.loquitur de punitione delicti,quod est notoriũ iudici,uidelicet de delicto contumaciæ,ut ibi patet. & in tali cessat ratio l.absentem.& habet locum l.quamuis.C. ad l.Iul.de adulte.Et iste est unus casus,in quo ponitur absens. l. una. ff.si quis ius dicen.nõ obtẽp.l.j.Non autem loquitur de pœna delicti iudici ignoti,& quod notũ fieri non potest,nisi parte præsente. Certos autẽ casus,in quibus dãnatur absens,uide per Bart.in d. §.ad crimen.& prædicta intelligе in casu,quo pœna est corpori,uel personæ infligenda:alias secus secundũ prædictos, quia tunc ratio iuris cessaret.In contraria opinione sunt Ia.de Are. Odoff.Guil.de Cun.& Iaco.de But.Ideo securior est,per præmissa,quid si ferenda esset condemnatoria,distinguẽdo secun

dum

dum glo. & doc. ut ꝛ. dictū est, cū referebat quidam, ut Io. de Lig. ꝛ. c. proximo distinguebat, utrū ex causa accusatoris interueniret procurator, & tunc ualeret processus: an ex parte accusati, & tunc secus. licet dubiū hoc reputatet, tamen in casu nostro ui a delicet interuenit ex parte accusati, & est sententia absolutoria pro accusato ferenda, minus est dubiū, ut uidetur. C. de do. l. sancimus, & ibi per Cy. & ff. de uer. obli. l. j. §. si stipulans, uer. præaleg. Nō obst. §. prohibemus, sed magis cōtrariū probat, quia hoc ibi facit decretum totū simul inficiens. C. facit tamen, ꝙ ualeat renuntiatio. not. in d. c. dudum. Nec obstat, si dicas, nō esse constitutiones alias inhabilitantes, quàm extrauagans, execrabilis. quia hoc est falsum, quia c. licet canon, minores inhabilitat, & c. commissa. inhabilitat tenētes ultra annum nō promotos, & tituli de fil. presbi. & de corp. ui, alios inhabilitat. & c. quicunq;. de hęre. & c. felicis, & cle. si quis suadēte. & sententia hominis inhabilitat, ut de se patet. quinimo nō ualet ratio, per no. pulcherrima Alexandri, nō obstan, uer. qualitercunq; uacantia. quia uerbum uniuersale recipit restrictionem. C. de sacrosan. ecc. l. j. & ff. de oper. noui nunc. l. j. §. nunciatio. cū ibi no. per Bar. uel melius dic, ꝙ cōferendi facultatem hic non impedit defectus proueniens ex parte modi uacādi, sed proueniens defectus ex accidenti ad modū uacandi, super additio. scilicet reseruationis. simile in c. ex tuarum. de autho. & usū pallii. cum similibus.

¶ Crimen sacrilegii. *Sacrilegij crimen ad quē iudicē spectet, ad ecclesiasticum, an secularem, uide doc in c. si clericus laicum. Et dic, quod contra sacrilegium potest tam iudex ecclesiasticus, quàm secularis procedere, quādo agitur ciuiliter ad restitutionem rei subtractæ. Itē quādo agitur ciuiliter non ad pœnā corporalē, sed ad pecuniariā, iuxta c. quisquis. xvij. q. iiij.*

¶ De præbendis. Rub.

Conclusio DCCXVIII.

COLLATIONES prębendarum ecclesiarū collegiatarū à cathedralibus inferiorū de iure cōmuni pertinent ad collegia ipsa, & prælatos ipsorum simul. Io. Cal. hāc opinionē multum tenet in c. cum ecclesia Vulterana. de elect. reputās hoc satis probari in c. ea noscitur. de his, quæ fi, à præla. per hoc etiā induci potest c. ex insinuatione. de simo. de hoc per Archi. xij. q. j. §. ultimo. In cōtrariū allegabatur c. quoniā ut ait, de ui. & hone. cle. & c. quia diuersitatem. de concess. prębē. d. Fed. de Senis in consiliis suis cōsilio primo, primam tenet opi. probatur ratione,

ne, quia ex fundatione patronus consequitur ius patronatus, & si ibi esset ad eũ præsentatio pertineret, secundũ omnes, per lecta, & not. de iur. pat. c. nobis. & per Ioã. And. eo. ti. c. postulasti. super fi. ultimæ glo. Modo omnia bona præbendarũ sunt ipsius eccle siæ in cõmuni quo ad proprietatem, ut de testa. c. relatũ. §. nomine igitur. facit, quia collegiũ nõ debet esse cõditionis deterioris, quàm laicus, qui non nisi de gratia contra iuris principia ius patronatus acquirit, quia illud spirituale censetur. ut c. quanto. de ordi. iudi. & iurium spirituaIiũ nõ est laicus capax: ut c. causam. de præscri. c. bene quidem. xcvj. dist. & c. ij. de iudi. cũ simil. pro hoc facit, quia ideo capellania fundata in ecclesia, uel parochia ex meritis ecclesiæ spectat ad præsentationem rectoris, si non sit ibi patronus, pro eo, ꝙ de bonis, & iuribus ecclesiæ parochialis fundatur, ut legitur, & no. de eccle. ædifi. c. ad audiẽtiã. licet pro hoc allegetur gloss. express. de elect. sciãt cuncti. li. vj. in glo. iiij. lo. And. quæ est super uerbo, spectat. Quid dicendũ? dominus archiepiscopus Corsien. & quidã dubitãt alii de istis consiliis. primo, quia de iure cõmuni est clarum, ꝙ episcopo ab initio est data potestas ista de
a omnibus beneficiis[a] suæ diœcesi. disponendi, etiã cõferendi. hanc regulã ponit gloss. ordinaria in c. quanquàm. de elec. li. vj. addẽs quòd ab illa regula nõ est recedendũ, nisi quãtũ reperitur de iure expressum. ar. xcvj. dist. ubi nã. in auth. de crimine. §. consideramus. & regula. quæ à iure. cũ simi. & probatur dicta regula. xj. q. j. regẽda. xvj. q. ult. omnes basilicæ. de offi. ordi. cõquerente. & de insti. ex frequentibus. loquuntur de institutione, intelligitur tamen de institutione uim collationis habente, quia alia pertinet ad Archid. ut de offic. Archid. c. ad hoc si in quadam. & c. ut nostrum. eo. ti. Modo nõ reperio ab hoc iure primitiuo recessum, nec hoc ius ablatũ episcopis, nec collegiis datum, quo ad canonicatus, & præbendas, licet bene, quo ad capita ipsorũ collegiorum. per c. cõgregatio. xvj. q. ulti. & c. sicut procedit. de elect. de cõsue. cum dilectus. de uer. signi. c. abbate. & gl. c. sciant cuncti. Nec obstãt allegata iura in contrariũ, quia nõ loquuntur dispositiue, sed narratiue, & factum possibile supponunt, sicut econtra in d. c. quia diuersitatẽ. post principiũ. in uersi. mandamus. in princip. Sæpe enim iuri communi hoc casu per cõsuetudinem derogatur, & alio modo, de quo statim dicam. Fateor tamen, ꝙ si daretur, & probaretur, ꝙ præbendæ fuissent fundatæ de bonis ecclesiæ communibus,

bus,tunc præsentatio earum ad capitulũ pertineret,sicut ad patronum in simili casu,ut probat ratio supra ad hoc inducta.Sed nunquid præsumi debet, quòd bonis ecclesiæ fundatæ fuerint? domini fuerunt in magna parte,quòd sic.per dictũ c.relatũ.licet possit esse cõtrariũ,per not. Inno.de probat.literis.& in eo. c.relatum. §.in nomine.ubi autẽ secundũ unũ intellectũ.Sed pone ab initio fundatur ecclesia, & in capite,& in membris cũ canonibus,& præbendis per eundem fundatorẽ laicum,qui nõ retinet sibi aliquod ius patronatus,& hoc casu omnia bona præbendarũ sunt ipsius cõgregationis,quo ad proprietatem,ut d.§. in nomine.& c.quoniam ut ait, alle.nec per hoc fundat capitulum,seu collegiũ intentionẽ suã de iure cõmuni,quod conferre, seu præsentare debeat huiusmodi præbendas.domini in maiori numero tenuerunt,& sic.imò c. quoniã ut ait.directũ omnibus episcopis uidetur probare contrariũ in eo,& dicit quod certũ in eis ualeat ponere numerũ clericorum.& per eandẽ uiã facit l. in ecclesiis.C.de epi.& cler.in fi. Sed aliqualiter facit secunda solutio glo.§.si quis oratorii domum.C.de sanc.episc.ibi posita. Nec enim ipsi de collegio fundarunt,nec de eorum bonis,sed de bonis fundatoris fundatæ fuerunt.ideo non subest ratio, quæ est in fundatore patrono, nec locũ habet ratio c.ad audiẽtiã.l.de ædi.eccle.alle.& per cõsequens stabo dispositioni iuris, cum hoc casu nõ reperiatur recessum ab eo,ut prædixi.ut C.de appel.l.præcipimus.in fi.& C.de testa.l.sancimus.nec ualet,ut uidetur,ratio Ioã.Cal.quæ habet, quòd istud, sicut alia negotia ecclesiæ communia absq; requisitione episcopi gerere debet collegiũ,per no.Inno.Pe.& Ioã. And.de iura.calũ.c.imperatoris. super glo.pen.& post Hostiẽ.de institit.c.ij. super uer.cõmuniter. per Io.And.quia ibi loquitur de negotiis pertinẽtibus ad administrationẽ collegii,seu mensam eorum,non sic de collationibus beneficiorũ, per prædicta ad c. in ecclesiis. de præbẽ.lib.vj.dico,& loquitur narratiue,nõ dispositiue.Et hãc altercationem no.text.loquens sub distinctione.de rescrip.c.cũ aliquibus.lib. vj.tu cogitabis. Quarto suppono,& quinta clausula loquẽs de factis,solum loquitur de utraq; dictarũ duarũ successionũ permixtim,uidelicet descendentiũ, & collateraliũ,& illa suppositio patet ex terminis,& probat duas suppositiones proxime præcedẽtes. Quinto suppono,quòd sexta clausula loquitur solum de successione collateraliũ,de qua loquũtur clausulæ tertia,& quarta,

ta,& referenda ſunt duntaxat, quod probo rationibus,quę ſequuntur. Prima ratio eſt, quia diſpoſitio interpretatiua,ſeu declaratiua refert ſe ſolum, & duntaxat ad caſus ſub interpretata, ſeu declarata comprehenſos.ut no.in auth.de ſi.an dota.inſtru. na.circa fi.colla.iiij.& ibi ſuper hoc etiam uide loā.And.in nouella.& eo.titu.c.procurator.in prima glo.& ſuper ea in nouella.lib.vj.imò potius reſtringunt, ut probat l.pe.ff.de au.& argen. lega.l.quæſitum.§.j.ut ſi legatus ſit fundus cum ibi exiſtētibus,id eſt familia,& quæ ibi erant,dicta expoſitio,id eſt familia &c. facit,quod dictū legatum adeo reſtringatur,quòd aurū,& argētum ſub eo amplius nō cōprehendantur.Modo conſtat,quod dicta clauſula ſexto poſita fuit ſolum ad interpretationē dictæ tertiæ clauſulæ in eo,quod dicebat ſeruatis gradibus, &c.ergo cum illa clauſula ſolū loquatur de ſucceſsione collateralium,ut patet ſupra ſuppoſitione tertia, ergo & iſta vj.clauſula etiam de illa ſucceſsione intelligi debet. Secunda ratio, quia & ſi uerba narratiua de iure diſpoſitionem non inducant,maxime illa,quæ propter aliud proferuntur, & propter ſe.ut ff.famil.her.l.quæ familiæ.& C.de teſt.mili.l.ex his non ipſa,ſed potius ea quæ inducūt diſpoſitionem, intuenda ſunt,ut authen.ſi quis in aliquo documento.& hoc maxime,ubi de uerbis diſpoſitiuis apparet. ut extra,de fid.inſtru.c.j.cū ſimi. Modo conſtat,ꝙ dicta uerba,ꝙ ſicut inter has perſonas uolumus gradus ſeruari, ut ſcilicet prior gradus poſteriori gradui præferatur,ſunt uerba narratiua,& non proferuntur propter ſe,ſed propter ſequentia uerba: ſic in eodem,&c.Et uerba illorum diſpoſitiua ſunt illa,ſeruatis gradibus, &c. poſita ſuper tertia clauſula.ergo nō iſta,ſed illa conſiderāda ſunt,ſed illa ſolum referūtur ad ſucceſsionem collateraliū,ergo,&c. Tertia ratio,qa per ſequētia præcedētia interpretātur,& reſtringūtur.ut l.nā qđ liquide. §.fi.ff.de pen.lega.& ff.de le.j.l.ſi ſeruus pluriū, §.fi.in fin.Et hoc potiſsime uerū in caſu,in quo præcedētia adiiciuntur propter ſequentia,& ut in eis diſpoſitionem inducāt.nā quando propter aliud cōfœderatur illud, propter quod,ut ff. de noua.l.cū eum.modo illud, quod in eadē clauſula ſequitur de præpoſitione priuati in gradu eodē,nō refertur,niſi ad ſucceſsionem collateraliū.quod patet,quia de ſucceſsione deſcendentium ſpecialiter,& expreſſe prouiſum fuerat in clauſula ſecunda.ergo iſta generalitas ad iſtam partē expreſſe,& ſpecialiter,prout uidetur iam referri nō

de

debet:ar.ff.de uerb.oblig.l.doli clausula. & de pœnis. l. sanctio legum.C.de pact.cõuen.tam super do.l.fi.no.Ioan.mo.de constitu.c.j.lib.vj. Non obstat si dicas, quòd uerbum uolumus, nõ no.superiorem expressionẽ,sed potius interiorem uoluntatem, quæ potest esse sine uerbis.ff.de acquir.hæredi.l.pro hærede.de concess.præb.c.cum ei quem.in fi.in cle.dico enim,quòd in contractibus non attenditur uoluntas, quæ nõ est in contractu expressa:ut ff.de uerb.obli.l.quicquid.& l.si à colono.eo.tit.modo iste contractus erat feudalis, nec reperitur in pactis alia expressio uolũtatis,quàm illa,quæ dicta est.ergo,&c. Præmissis in facto quinque suppositionibus antedictis suppono primo in iure,ℭ ius primogenituræ[b] competens ex consuetudine,uel statuto trãsmissibile est ad filium, & ad hæredem ipsius primogeniti,etiam in casu,in quo huiusmodi primogenitus uiuente eo, de cuius successione agitur,moreretur. Istam quæstionem ponunt & deducunt dicti do.Old. & Io. And.in locis superius allegatis. Ratio principalis est,quia licet in iure,quod debet competere ex ultima uolũtate, hoc fit, ℭ illud antequam cõpetat,non trãsmittitur ad hæredes.ut C.de cadu.tollen.l.una.§.pro secũdo. pro eo,ℭ dependet à uoluntate testatoris, quæ ambulatoria est usque ad mortẽ.C.de sacrosan. eccle.l.j.& de adi.lega.l.iij. in fi. §.le,se.tamen ubi requiritur aliquod debitum alicui ex beneficio lega.utputa ex cõsuetudine, priuilegio, uel statuto, cõtrariũ totum est,pro eo,quòd non dependet tunc ex uoluntate testatoris ambulatoria, quia nec testator potest hoc ius ipsi primogenito auferre, ut patet per ea, quæ not. ij. q.j. quàm periculosum.& per Host.& Ioan.And.c. licet. de uoto. imò est in omni euẽtu debitum, licet in tempus incertũ deferatur. sic ff.de condit.& demon.l.j.& tanquam æs alienum debitum.ut not. glo.in simili.ff.de collat.bo.l.j. §.si impuberi. & probatur hoc in l. si arrogaretur.ff.de adopt.& l.j.§. si impuberi.alle.simul iunctis cũ not.in §. si impuberi.allega.per quas apparet, ℭ impubes arrogatus quartam, quæ sibi debetur in bonis patris arrogãtis ex constitutione diui Pii transmittit ad hæredem, etiã si uiuo patre adoptiuo decedat,quia licet non competat in actu,competit tamen in habitu, & tale ius bene transmittitur,sicut dicitur de querela.C.de inof.testa.l.si quis filium fa.ff.de assigna.liber.l.iij. in fi. cum j.l.se.facit ff.de inoff. testa.l.Papinianus.§.si quis impubes.C.de liber.& eorum libe, l.j. Item pro hoc, quia circa ea,

quæ competunt filio, ut filio, nõ ut hæredi, non cõsideratur persona patris. ut ff. de interdict. l. iij. & ibi plene per Bar. ff. de fena. l. fi emancipatum. §. fi. & ibi not. in ultima gl. sed illud, quod debetur primogenito à iure cõmuni, uel speciali, non debetur sibi, ut hæredi, sed ut filio, quia sibi auferri non potest. fa. C. de la. liber. tollen. l. una. §. sed & si sub conditione. & C. de proxi. sa. scri. l. si quis in sacris. lib. xij. per hoc tollitur arg. de lega. iij. in omnibus. & regula. priuilegiũ. quia priuilegia etiã transeunt ad filium. C. de excu. mu. l. sordidorum. & ibi not. & in l. in omnibus. no. quòd nõ habet locum in filio. Præterea hic persona non est causa priuilegii, sed primogenitura, ergo, &c. arg. ff. de mino. l. nõ solum. & l. minor. §. fi. cum l. sequen. C. ad Velleia. l. hæredes. facit pro hac trãsmissione in argu. ff. de suis, & legit. hære. l. si pro eo pluribus. C. de iure delib. l. cum antiquioribus. in prin. facit bene, quia per uenditionẽ potest transire patre uiuo in singularem successorem. c. quàm periculosum. j. q. vij. optime facit, quia debitum in diem, & sub conditione, etiam ante diem, & conditionem transmittitur ad hæredes. C. ut ab hærede, & cõtra hære. acti. incipit. ff. de act. & oblig. l. is cui. facit pro ista æquiparatione, quia maius ius quæritur ex beneficio principis. ut l. beneficium. & parificatur pacto. l. pacto. & contra. C. de fide. l. fi. Nec obstat l. j. & l. cum hæres meus. ff. de condi. & demonst. quia illud speciale est in legato, pro eo, quòd legatũ datur propter meritum legatarii, & affectionem, quam habuit ad eũ testator. ff. mandati. l. idemq;. §. fi. pro socio. l. nec adiecit. de adi. lega. l. iij. §. j. & C. de codicil. l. fi. §. pe. Modo mortuo legato cessat affectio, quia hæres, quo ad hoc, mortuum non repræsentat. l. in omnibus. ff. de regu. iur. cum simi. De ratione diuersitatis inter contractum, & ultimas uoluntates, quo ad hoc, uide gl. instit. de uer. oblig. §. ex conditionali. sed in casu nostro, ius, quod competit ratione primogenituræ, non est personale, sed reale, cum in unius personam non faciat fidẽ. uide Old. ubi supra. Per hoc soluũtur argumenta multa. Secũdo suppono, quòd id, quod dicitur in suppositione proxime præcedenti, locum sibi uendicat in casu, in quo iure primogenituræ ex pactis primæ constitutionis, sed in feudationibus cessantibus à statuto, & cõsuetudine, huiusmodi soli primogenito deferretur. Ista suppositio patet ex præcedenti, arguendo ex identitate rationis, maxime, quia legis prouisio, & prouisio ex contractu descendentes

dentes recipiunt bene æquiparationem.ut ff. de pact.l.nõ impossibile.facit, quia uerba prolata à cõtrahẽtibus recipiũt suã interpretationem secũdum ius. Ideo si uerbum arbitrium,quod à iure suã habet interpretationem.ut ff.de uerb.obliga.l.continuus. §.j. proferatur à contrahentibus,eodem modo etiã intelligitur, uidelicet secundum quod de iure arbitrandum est, uidelicet arbitrio boni uiri,non pro libito uoluntatis. ff. pro socio. l. si societatem. de contrah. empt.l.hæc uenditio.ff.locati. l. si in lege.ff.de regulis iuris.l.in personam, §.generaliter.Modo si esset uerbum primogenitus, prolatum à lege,fieret interpretatio, quam dixi in suppositione precedenti,ergo,&c.facit de iureiuran.c.fi.cum similib. Plus dico,quòd ista est multo minus dubitabilis, quàm præcedens ratio,quia ista regula minus clara est de iure, quòd debitum conditionale, uel in diem ex contractu descendens, est transmissibile, etiam ante diem,& conditionem ad hæredes. ut C. de actio.ab hæred.& contra hęre.l. una. & insti.de uerb.oblig.§.ex conditionali. licet secus sit de cõditione,& die incerta,ut prędixi. Et hoc facit ratio diuersitatis,quã inter ista ponit Accur. in §.conditionali. quia dicit ꝙ in contractibus interuenit ultra factum donantis, uel promittentis factũ illius qui stipulando sibi & hæredi suo uult acquirere, & stipulari. ut l. si pactum. ff. de proba. quod non est in ultima uoluntate, ubi non interuenit, nisi ultima uoluntas testatoris. ergo à simili,hoc si potuit.l.dispositio,in qua non interuenit, nisi uoluntas principis, fortius hoc operabitur conuentionalis dispositio,in qua non interuenit uoluntas ambarum partium,maxime, quia ista conuentionalis dispositio in indiuisibilibus habet concomitantiam legis canonicæ, & diuinæ, ut apparet per no.loan.And. in dicto cap.licet. de uoto. ergo plus debet operari, quàm sola l. canonica, uel diuina, quia triplex funiculus difficile rumpitur. ut extra. de treug.& pac.c.j & saltem difficilius, quàm unus solus.ff.de libe. leg.l.iij. §.fi. in auth.de cõsang. & uteri.fra. §. j. quæ situatur C. de communi successione.& incipit.itaque.Tertio suppono, ꝙ si lex,consuetudo,uel pactũ solum haberet successionẽ ex primo stipite descendentium,locũ fore in regno,& non ultra progrederetur aliquid de alio modo successionis exprimendo,nihilominus obtineret, ꝙ in duabus successiõibus proxime precedentibus est expressum.quod probo sic, quia lex diuini iuris defert in indiuisibilibus succes-

c sionem primogenito, c ut deduxit Hostiē. in d.c.licet. modo regnum de iure est indiuisibile. ut l. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feu. alie. per Fed. ergo regni successio defertur primogenito à lege diuina. ergo transfertur statim per suppositionē primam. probo fortius, quia antequam secundus filius nasceretur, ius succedendi primogenituræ fuit ipsi primogenito à lege, cōsuetudine, uel statuto, aut conuentione feudali quæsitum, ergo per natiuitatem primogeniti non debuit eidem minui, uel auferri, per not. Ioan. Andr. in regula. sine culpa. in q. ij. per eum ibidē disputata. Præterea, quia ambobus deberi nō potest, cum sit indiuisibile, & nō possit esse cuiuslibet insolidū: ut l. si incerto, §. si duobus uehiculum. ff. commo. Et rationabilius est, ꝙ sit primogeniti, quàm secundogeniti. argu. de maio. & obedien. c.j. & regula. qui prior. lib. vj. Modo uerisimile est, ꝙ talem ordinem uoluerit considerari huiusmodi l. cōsuetudo, uel pactum. ar. ff. de hęre. instit. l. qui soluēdo, & extra. de præb. c. mādato. Modo hoc posito pro constante, ꝙ à lege, consuetudine, uel pacto sit primogenito primo acquisitū huiusmodi ius, fateri oportet illud fore admissibile per duas suppositiões præcedentes, ergo, &c. Quarta suppositio, quæ sequitur ex tribus proxime præcedentibus est ista: uidelicet ꝙ primogenitus non uenit ad successionem hmōi regni, tanquā primogenitus inter descēdentes à stipite primo, sed potius tanquā primogenitus filius dicti primogeniti, & tanquā eius personā repręsentās, quia licet ius primogenituræ trāsmitta tur in eū, tamē ipsa primogenitura non trāsmittitur uere, ut de se apparet. ergo solo habito respectu ad personā, in qua uere nō est primogenitura respectu stipitis primi, nō succederet, sed habito respectu ad repræsentationē, de qua ff. de uerb. sig. l. liberorum. in fi. secus, simile ff. de colla. bo. l. iij. §. portiones. & l. si nepotes. eo. titu. Item simile de hære. quæ ab intest. defe. l. j. §. si ergo defunctus. colla. ix, iuncta auth. itaque. C. cōia de succes. & C. de legit. hære. auth. post fratres. ratio huius repræsentatiōis est identitas fictitia eorundē. C. de agri, & cēs. l. cū satis. & de im pub. & aliis substi. l. fi. inst. de stipu. §. ei qui, & ita habet locū id, ꝙ personā eius repræsentans, & in locū eius succedēs utitur eodem iure, &c. regula. cū quis in ius. facit optime, arg. ff. de dona. inter uirū & uxo. l. si donatæ. §. si spōsus. fa. C. de eman. libe. l. fi. Ex his formo quartā rationē, quia posita clausula in fi. nō refertur, nisi ad ea, ad quæ pōt cōgruentius

tius adaptari, si omnia uniformiter nō cōcernet. l. talis scriptura. in fi. de leg. j. & probatur in iuribus pro cōtrario allegatis. de re script. c. olim. & ff. de postu. l. j. §. deinde. & ex qui. cau. maio. l. sed & si, §. deinde. modo sic est hic. ergo, &c. Itē probat hoc prōnomē hāc certitudinē designās. ff. si cer. pet. l. certū. positū in tertia clausula, & hic repetitū. Ex præmissis quatuor suppositionibus clarissime inferas ex multiplicibus capitibus nostrā principalē qōnē per teipsum. Sed cōtra dictas quatuor suppositiones ultimas opponitur dupliciter. Primo, quia si lex, cōsuetudo, statutū, uel pactū hanc successionem trāsferāt, ut probāt superius allegata, quādo dictum est supra, ꝙ trāsmittat primogenitus in filiū suū, nō uidetur, quia ex diuersis causis, eidē nō acquiritur domiciliū eiusdē rei. de fide instru. inter dilectos. §. cū igitur. Secūdo opponitur, qa si trāsmittere pōt ex iure personæ suæ, ergo & auferre, quia eius est nolle, cuius est uelle. in regula iuris. ff. Item qa uitiū personæ ipsius primogeniti nepoti obstaret, cōtra l. si mancipatum. §. fi. alleg. & l. iij. ff. de interdi. & rele. alleg. Ad primū dico, ꝙ lex, consuetudo, statutum, uel pactū transfert actiue, & primogenitus passiue. sic uidetur, quia à patre in filiū hoc ius per legis dispositionē deriuatur, sic licet quis per se suas personales actiones personales directas in aliū ttansferre non potest: ut ff. de pecu. l. quis ergo casus. & ff. pro socio. l. iij. cum l. xij. tabularū transportat eas in hæredes. ut C. si certū. l. j. & ut ab hæredi. l. una. Sed hæc est differentia, quia prima trāsmissio est necessaria, quia legis prouisio, uel pacti nemini potest auferri. ut regula, indultū. & l. sicut C. de actio. & obli. secus in ultima uoluntate in casu secūdo. per l. conficiuntur. §. j. ff. de iure codic. Ad secundum fateor, ꝙ si filius primogeniti non posset uenire ex persona patris, pro eo, ꝙ pater à die suæ natiuitatis, & semper fuisset inhabilis, eo, ꝙ in eo cadere nō potuisset unquam hoc ius primogenituræ actu, nec habitu, ꝙ tunc primogenitus præferetur. Ratio, quia in eo, quod nunquam fuit repræsentatio haberi nō potest, ut de se patet: & cessante tali repræsentatiōe seruandus est ordo graduū. Præterea, quia sublato impedimento, quod secūdogenitū in huiusmodi successione impediebat, effectus ipsius etiā cessaredebet per iura cōmunia, sed sublato ex toto primogenito, quo ad hoc tollitur impedimentū secūdogeniti. igitur. & ita procedit argumētū. sed si aliquo tēpore fuisset habilis, secus: qa statim quādo nascitur primogenitus, quæretur

sibi ius in succesione, & quãquã illud perderet ex post facto, tamen deferetur ad primogenitũ eius. l. iij. alle. nõ obstante primo dicto huius distinctionis. l. fi emancipatus. §. fi. quia loquitur in quodam iure, in quo unius præoccupatio alteri non obest, hic secus. Et alia non uenerit, primo, quia hoc sonat uerbũ sublato, quod est participiũ, maxime, quia de uno dicit, de alio eoipso denegat, & econtra. l. fi prętor. & l. maritus. secũdo, quia sequitur ibi uerbũ post aduentum, quod uidetur referri ad tẽpus, ubi uenerit, uel illud præcedens, ex quibus concluditur, ꝙ si neutra pars tunc uenerit, sed lapsis xx. uel xxx. diebus, post illud tempus ueniſſet una pars alia parte minime ueniente. Iste casus ex uerbis literæ dicti c. sta tuimus. uer. sed si pars. nõ decideretur, sed quia non est uerisimile, quod uoluerit text. ex mẽte decidere illum casum, modo mens ex natura materiæ debet colligi ex ratione illius c. & iuris cõmunis, sed si à fine temporis arbitrarii non cõputaremus, hoc casu ex mẽte huiusmodi xx. dies, esset dare infinitos casus, in quibus loco xx. dierũ, darentur xl. quãdoque centũ, si altera pars tarde ueniret, per quod prorogaretur lis contra naturã materię, & rationẽ decreti, & iuris cõmunis. igitur, &c. Prętera, quòd ambæ cõclusiones sint ueræ, & id qđ sequitur ex eis simul sumptis, ꝙ pars cõparẽs, & iudex solũ debet inspicere an dicta tria tempora lapsa fuerint, probatur clare hoc modo. pone, ꝙ me existente in curia appellat procurator meus in partibus, uel cõtra me appellatur, & casu ad me uenit instrumẽtum appellationis, quid dices hoc casu? certe fateri oportet, ꝙ ex mente sufficit lapsum dictorũ trium tẽporũ expectare. uel pone, ꝙ appellaui Romę, curia existente Auinioñ. & statim curia de Auinioñ. Romã accesit, nec me moui de Roma, quid dices tũc? Cõcludo ergo solũ considerandum esse lapsum triũ temporũ prædictorũ. Secunda conclusio est, ꝙ si pars cõparens omittit cõparere post dicta tria tẽpora ex toto lapsa, etiã per unũ integrũ annũ, & ultra, potest nihilominus post annum à lapsu dictorũ temporum triũ cõputand. cõparere, & procedere in casu appellationis per audientiã contradictarũ, ut principalis cõclusio sonat. hanc cõclusionẽ deduco ualde clare sic, quia quãdocũq; aliqua causa beneficialis, uel prophana, ciuilis uel criminalis per citationẽ huiusmodi hominis, quo ad totam causam, de speciali domini nostri mãdato in partibus legitime executã, ad eandẽ curiã esset legitime deuoluta, haberet locum

hæc

hæc cõcluſio, ut cõtraria practica docet. ergo idẽ in citatione, iuris, de qua in c. ſtatuimus. alle. quia non uidetur, ꝙ minus debet operari citatio iuris, quam hominis. Ratio rationis eſt, quia in cauſis plene, & totaliter ad curiã per citationẽ iuris, uel hominis deuolutis, omnes citationes fiendę, ſunt fiendę in curia per audientiã ad ſingulos actus. operatur enim principalis citatio in partibus facta primo ad totã cauſam, ꝙ pars tenetur ſubire iudiciũ in tota curia, & per citationes in audientia exequẽdas ad ſingulos actus reſpondere, & audientiã ſeruare, ut practicę cõtinuæ experientia docet, ita ꝙ omnes citationes inuoluendo in una citatione iuris uel hominis ab initio facta incluſę fuerũt, & per ſingulas citationes poſtmodũ in curia factas ad ſingulos terminos diſtinctæ fiunt, ut probat c. ſtatuimus. cum ibi not. & dixi plene, & totaliter per citationem iuris, uel hominis ad curiam deuolutã, quia per appellationẽ, & ipſius intimationẽ ſecundũ formam cle. cauſam. bene fit deuolutio cauſę ad curiã, quo ad hoc, ꝙ in curia, & non alibi cauſa tractanda ſit ammodo, ſed nõ eſt plena adhuc hæc deuolutio quouſq; per citationẽ iuris, quæ requirit dictorũ tẽporũ lapſus, pars arctetur ad certũ tẽpus in cauſa huiuſmodi apud ſedẽ apoſtolicã litigare. Tertio, retardatio proceſſus etiã annalis nõ eſt modus tollendi dictã plenã deuolutionẽ, uel eius plenitudinẽ diminuẽdi, igitur, &c. ff. de his qui ſunt ſui, uel alie. iuris. l. patre furioſo. cũ ſimi. Præterea, quia de hoc nõ poteſt pars cõqueri: quia quanto fuit amplius expectata, tanto ſibi maior gratia facta fuit, arguẽdo per regulã philoſophi, ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter, & magis ad magis, & maxime ad maxime, nec cauſa patitur in hoc dãnũ, imõ acceſsit rationẽ, quia ex noua citatione cauſa prorogaretur, ut de ſe patet, quia fateor ꝙ ex retardatione cauſa habuit dãnũ, propter quod ſuperior poſſet, ſi uellet, ſuper hoc cõtra partem utranque ex officio prouidere, ſed nõ deberet ob hoc ad unius partis inſtantiã alteri pœnã imponere, quia amborũ cõtumaciæ cõpenſantur, ut l. ſi ambo. ff. de cõpẽſa. & ff. ſo. ma. l. uiro. fa. de excc. cũ eccleſia. de ſen. olim. xxv. diſt. c. ſi. in fi. de uſu. quia frustra. de re. iur. cũ par. no. Spe. de app. §. nũc breuiter. uer. eſt autẽ & alius. in fi. Et hoc tamẽ probãt fortiter ſupradicta, & maxime, quia tarde cõparentis minor eſt contumacia, quãm nullo modo cõparentis. Nunc reſtat reſpondere ad rationes in contrariũ factas. Ad primã dico, ꝙ obſeruatio temporũ cõſiſtit in duobus.

Primo quidem in comparendo in curia infra tempora, uel saltem post lapsum eorum, & hæc sub pœna processus, casu tamẽ, quo alia pars cõpareret, & procedere uellet. Secundo in hoc consistit obseruatio antedicta, quòd pars diligens, & comparẽs expectet eorundẽ temporũ lapsum, nec ante prẽcurrat, quia si hoc faceret, processus uideretur contra non cõtumacem factus, & non teneret. etiam probatur utrunque in dicta decret. statuimus. & concernit utrũque, appellantẽ, & appellatum, ut de se patet. Et hoc est, quod uoluerũt dicere dicti do.doc. & si das eis alium intellectũ, male intelligis & hoc modo intelligendo nihil ad propositũ facit, quia dedi satis bonum intellectum. Ad secundam rationẽ dico, quòd illa facit contra, ut patet in secunda ratione primæ conclusionis suprà per me positæ, & in aliis pluribus locis huius conclusionis principalis dixi de hoc. Ad tertiam rationẽ, quòd hic pro forma studiosè non adiicitur, quod arreptio itineris fiat infra mensem, sed pro forma studiosa adiicitur dictorũ trium temporum lapsũ. ut patet ex dictis argumentis. pro hoc not. Inn. de rescrip. cum dilecta. in gl. no. ordinẽ. & ℘ studiosè non adiiceretur, ℘ quælibet pars iter arriperet. patet tamẽ, quia una nõ arripiente alia procedit. Item quia non sonant illa uerba nisi in admonitionem. Nam assignatio termini, imò ipsa appellatio, & nedum appellatio, imò citatio ipsa iur. & nedũ illa citatio, imò ius naturale, quod dat unicuique uoluntatem faciendi, quod sibi libet, nisi ui, aut iure prohibeatur, ut inst. de iure pers. §. j. ergo in facultatem, & admonitionem, & non in formã sonant. argu. de off. ord. c. licet in corrigendis. & de rescript. cum aliquibus. lib. vj. Licet fateor, ℘ ipsa arreptio itineris, & comparitio infra termi num iurisfienda, imponitur sub necessitate causatiua. quia aliter incurreret pœnã processus. Ad quartã rationem dico, quòd terminus iuris, qui cõstat ex tribus temporibus, ut prædixi, & non alius hoc obtinet uim peremptorii. Dico quo ad pœnam processus incurrendam, nõ autem ad hoc, quin postea procedi possit, ut dixi. Ad quintam rationem dico, ℘ licet citatio, de qua loquitur c. statuimus. terminum habeat inhoc certum, quin prẽueniri non potest, & post quẽ procedi potest, & nõ ante: tamẽ terminus huiusmodi non habet certitudinẽ in hoc, quòd de necessitate pars prẽsens habeat tũc causam inchoare, imo ultra si uult potest partẽ spectare, ut dixi. Ad vj. dico, ℘ tollitur absurditas, quia si utraque pars sit præsens,

sens, utraque potest agere quãdo uult. Item si appellatus non uult agere, potest appellantẽ indirecte cõpellere ad agendum, per l. diffamari. C. qui.ad liber. proca.non licet. Ad vij.rationẽ respondeo, quòd hoc dictũ Inn. intelligitur re nõ integra: secus uero re integra, prout idem Inno.se exponit in alia gl. Ad viij. rationem dico, quòd ex eo capitulo, in quo quis cõmittitur in l. non iuuat se de l. sed bene in alio. & ita no.glo.Io.And.de renuntia. ex eo quod.lib.vj.per c. Raynutius, & Raynaldus.de testa. licet ergo quo ad iter arripiendũ non datur sibi aliud tempus, quia quo ad l. non uidetur sibi obseruasse, si tamen utendo duplicitate, uel alias negligentia alterius partis non uenientis satis cito uenerit, alias ex ipsa l. quo ad alia capitula, uidelicet quo ad processum se iuuabit. Et hæc sufficiant.

a ¶De omnibus beneficiis, &c. *Quid si papa mandat alicui conferri præbendam uacantem, uel uacaturam, & episcopus, & capitulum, ad quos spectat collatio, alteri conferãt inclusionem mandati apostolici. Dicitur, quòd collatio nulla est, & tenentur ei, pro quo papa scripsit, ad fructus annuatim. extra. de præben. inter catera. & c. dilectus filius. Et per Goff. in summa de præb. in fine.*

b ¶Ius primogenituræ. *De hoc iure primogenituræ uide per Albe. pulchra & subtilia. c. de dona. inter uirum & uxo. l. pen. & in proœmio digestorum. §. discipuli. & in lib. Oldra. c. cclxxij. & cccij.*

c ¶Succesionem primogenito. *Not. quòd dicitur primogenitus, etiã si nullus nascatur post eum. extra. de uerbo. sig. c. Ioseph. & de iure primogenituræ inter reges, principes, & nobiles, & quæ sint dignitates indiuisibiles, uide plene per Abb. in c. ex insinuatione. de iure patro.*

¶De appellationibus. Rub.

Conclusio DCCXIX.

SI PAPA cũ cancellaria exĩ stente in Anania, & audientia palatii existẽte in Roma, ferat sententiam, & parti condemnatæ uiua uoce illico ab eadem sententia appellanti dat apostolos reuerẽtiales, a & præfigat terminũ decem dierũ ad appellationẽ prosequendã, & infra dictos decem dies appellans arripiat iter per se, uel aliũ ad eundum Ananiam pro impetrando cõmissionem assignari super appellatione sua prædicta, talis arreptio itineris, & prosecutio est sufficiens, & desertionem excusat: licet domini Fran. & Ber. cõtra. Ratio dominorum fuit ista, quia istud tempus datur non ad prosecutionẽ appellationis cõplendũ, sed ad huiusmodi prosecutionem inchoandũ. Modo satis inchoat prosequi, qui facit præparatoria, absque quibus prosecutio ipsa nõ potest fieri, quia

idem iudiciũ de termino, & de uia ſententiæ quo ad terminum peruenirí nõ poteſt. ut l. oratio. ff. de ſponſalibus.

a ¶ Apoſtolos reuerentiales. *Nota quòd dicuntur apoſtoli reuerẽtiales, ſeu reuerendi, quãdo ob reuerentiam ſuperioris appellatio defertur. ut c. j. de appella. lib. vj in glo.*

¶ De præbendis. Rub.

Concluſio DCCXX.

NVNTIVS apoſtolicus, cui ad perſonam ipſius, & eius officiũ honorandũ ad prouidendum animarum ſaluti conceditur, quòd obtinentibus beneficia minus iuſte in prouincia, ad quam ille nuntius deſtinatur, poſſet reſignationes recipere, & obtinentes ad eadem beneficia, ſeu quæuis alia habilitare, ac cũ eis pro camera apoſtolica ſuper perceptis fructibus concordare, & de huiuſmodi beneficio etiã qualitercũque uacañ. perſonis eiſdem prouidere, niſi ſint aliqua talia beneficia generaliter reſeruata, ut puta per extraua. execrabilis. Ioan. xxij. illa conferre poterit, licet aliqui contra. probatur primo, quia hæc poteſtas data eſt iſti nuntio, quæ reuera recipit magnam reſtrictionem, ut extra, de præb. is cui cõceditur. quia non eſt motu proprio facta, cum non dicatur hoc in literis. ut c. ſi motu. in fi. de præb. lib. vj. nõ eſt magis fauorabilis, quàm poteſtas à iure data ordinariis, ut xj. q. j. peruenit. cũ ſimi. quæ non recipit dictã reſtrictionem, ut cle. & ſi ab apoſtolicæ. in fi. de offi. ordi. tamen illa non concludit beneficia reſeruata ſecũdũ omnes. ergo, &c. Item quia poteſtas data legatis de latere generaliter, quæ non eſt minus fauorabilis, ita modicum includit papę ſpecialiter reſeruata. de officio leg. c. quod tranſlationem, cum ibi no. Item nec ſpecialiter data. ut c. dudum. de præben. lib. vj. Item nec poteſtas data executori, licet comprehendat deuoluta. ut cle. ſi de beneficio. de pręb. non tamẽ includit ſpecialiter, uel generaliter reſeruata, ſecundũ omnes. Item uidetur caſus in c. ij. de præb. lib. vj. licet loquatur in uno genere reſeruationis generalis, quia idem iuris hodie cenſetur in aliis, & eadem eſt ratio in omnibus, ergo & uidetur forte id poni cauſa exempli, & ita nõ reſtringit, ut l. j. §. quod uulgo. ff. de ui, & ui ar. pro eo, quia tunc aliæ generales reſeruationes non erant notæ. Ratio, quia in generali conceſſione nõ ueniunt ea, quæ ſunt concedenti ſpecialiter reſeruata, ut ff. cui man. eſt iuriſd. l. j. primo reſponſo. de mi. l. illud. ff. de pigno. l. generali. & d. c. quod tranſlationẽ. cũ ibi no. & regula, in generali. cum ibi not. & quod not. ij. q. v. quæ de cauſa. & quæ no. Io. And.

in

in prædicto c.ij. de præb.lib.vj. in nouel.facit etiã, quia in generali concesione nõ ueniunt specialiter prohibita. ut ff. de ritu nup.l.quanquam. j. respõso.& C.de acc.l.fallaciter.not.Io,mo. in regula.in generali.sub exemplo xxxij.sed collatio beneficiorum reseruatorũ specialiter omnibus aliis à papa sunt prohibitæ. ergo addunt aliqui aliud motiuũ, ut puta, quia papa alio iure confert reseruata, quia iure proprio, alio iure confert alia, quia iure communi,& in dubio censetur uti iure cõmuni.sed nõ insisto, quia reuera tantũ ius, & tale habet papa in collatione nõ reseruatorũ, sicut aliorum.patet satis ex no.in c.ij.de præb.lib.vj. Et per hoc dixit Fe. in tractatu suo.de re.permu.q.ij.& Alex.in c.uno.de re.permu.li.vj.q.j.partis quartę,quod si detur potestas specialis legato recipiendi renuntiationes ex causa permu.& beneficia resignata ex causa huiusmodi cõferendi,cõferre non potest beneficia reseruata, & si teneremus reseruationẽ nõ includi sub gratia facta motu proprio,quod uidetur securius,quia motus proprius nõ ampliat, sed fortificat, nec includit ibi uerisimilia contra mentẽ.dixi supra cõclusione septingentesima tricesimatertia : ubi plene excusi materiã motus proprii,si opponitur de fauore, qui saluti animę,respondeo, quia id concernit renuntiationem,quam puto etiã absque collatione, per ea, quæ no.de offi.dele.c. deliberatione.§.prohibemus. In contrariũ facit,quod ibi no.per Arch. & Io.And.in nouel.a. ubi no.renuntiationẽ non teneri, & facit ꝙ communis determinatio plurium determinabiliũ ad omnia uniformiter referenda est.ff. de uulg.& pupil. substi. l. hoc iure. C.de impub.& aliis substi.l.quãuis.ergo uerbum beneficia, seu concesio potestatis,ad collationem,& renuntiationẽ uniformiter referentur. Sed caue,quia facit pro §. prohibemus. inutile trahit ad se utile. Sed obstat regula cõmunis data in dissimilibus per Dyn. in regula. utile. per l. j. §. Trebatius.ff.de aqua quoti.& æsti.

¶De confessis. Rub.

Conclusio DCCXXI.

LICET confessio etiam extraiudicialis regulariter probet. de quo dic, ut habes supra cõclusione dclxiij. tamen secus est in delictis, in quibus cõfessio extraiudicialis delictũ plene non probat,quo ad effectum pœnæ ordinarię infligẽdę.probatur extra, de excessibus prælato.quã sit graue.ubi presbyter beneficiat⁹ cõfessus crimẽ adulterii se cõmisisse,nõ deponitur, nec priuatur beneficio,sed solũ suspen

ſuſpenditur.& ibi no.per Inno. & Hoſti.ſic ſuper crimine bene
a indiceretur purgatio, [a] ut ibi etiam not.glo.quam approbat Bar.expreſſe.ff.ad l.Iul.de adul. l.capite quinto.quòd confeſsio
a talis extraiudicialis non plene probat,niſi quo ad effectum cõfitentẽ ſubiiciendi torturæ,quæ glo.eſt not.ualde.Et poteſt forte eſſe ratio,quia in delictis clariores probationes eſſe debent. ut l.fin.C.de probat.Modo poſſibile eſt, quòd ita fuerit confeſſus,& tamen nõ ita commiſerit,& quòd confeſſus fuerit,nõ quia fecerit, ſed forte animo diffamandi mulierẽ, aut maritum eius,aut forte animo ſe iactandi,& gloriandi:ut d.c.quàm ſit.uel forte animo mentiendi, ut ſunt multi uoluntariè maxime in talibus mẽtientes.Sed caue,talis ſic mentitus diffamans, uel ſe iactans,ſe glorificans de peccato etiam per ſe non commiſſo,ex huiuſmodi mendacio, diffamatione,iactantia,ſeu gloriatione incurrit nouum genus delicti requirens certam pœnã, quæ nõ probata huiuſmodi cõfeſsione,etiam ſine accuſatore, tanquàm pro notorio infligenda eſt,ùt probat dicta decretalis,quàm ſit graue.

a ¶Indiceretur purgatio.*No.quòd purgatio, quæ contra aliquem debet indici, debet eſſe orta ex tali ſuſpicione, quæ generet ſcandalum, ut colligitur ex c.tua nos.de cohabi. cle.& mu.*

¶De proba.De iniur. Rub.

Concluſio DCCXXII.

AD æſtimationẽ iniuriæ, [a] quæ per probationes legi timas haberi non poteſt, debet deueniri iſto modo:quia iudex debet primo conſideratis omnibus qualitatibus,& circunſtantiis omnibus,quæ poſſunt augere,uel minuere huiuſmodi æſtimationẽ, ſuo iudiciali arbitrio taxare certam æſtimationẽ huius iniuriæ,ſeu certam quantitatem,nõ ut in illa cõdemnet,ſed ut infra illam,ſeu in illa,& non ultra pars per ſuum iuramentũ huiuſmodi æſtimationẽ declaret.Et ita intelligitur quod habetur ff.de iniur.l.ſi unus. §.ſeruus meus.& in cõſti. §.j.Et poſt huiuſmodi taxationem pars in ipſa quantitate taxata,ſeu infra eam,declarabit per ſuũ iuramentum huiuſmodi æſtimationem. & ita intelligitur l.iniuriarum æſtimatio.ff.de iniur.& ita intelligitur extra. de iniu.c. olim ſcribentibus.& de offi.ord.c.canonici.lib.vj.cum ibi no.in glo. Nec facio quo ad hoc differentiam,an agatur ex l.Cornelia,an uero ex actione prætoria, ſicet glo.eam faciat in d.l.iniuriarũ. Sed ſequor in hoc But.qui in d. l.iniuriarum.dictam glo.quo ad hoc reprehẽdit,licet nõ ita de-

cla

claret.fateor tamē, quòd si pars agens uult augere æstimationē,probare debet qualitates,ex quibus æstimatio suum potest recipere iuramentum.Et ita intelligo §.pœna.insti.de iniur.cū ibi no.Bonum exemplum huius primæ taxationis,& sequētis iuramenti declarationis habes C. unde ui.l.si quando.& extra.qd̄ me,cau.super eo.secus tamen in iuramento in litē,quia ibi licet posset taxatio iudicialis præcedere,tamen nō est hoc necessarium ibi,sicut hic,ut patet ff.de in lit.iurā.l.uideamus.§.penult. & in l.in actionibus.§.j.eo.titu. tu uero in hoc rationem diuersitatis cogitabis, primum uero in expeñ.taxatio locum habet,licet enim de iure C.non præcederet taxatio de necessitate,sed sequi posset.ut C.de iud,l.sancimus.tamen de iure authenticorum sequi nō potest,ut in auth. de iudi.§.oportet.quæ situatur. C.de iudic.super dicta l.sancimus.& alias incipit. sed hodie,a sed alias incipit,post iusiurandum.Sed diceres,qualiter procederet practica hodierna,quia post iuramentū taxamus? certe respondeo,& dico,quòd duplex est taxatio.Vna est, quæ habet uim pronuntiationis,nec etiam reuera ipsius cōdēnationis fiendæ,sed habet uim limitationis ipsius iuramenti per partē præstandi,& ita debet procedere in iramentū, quia ultra illam iurare non licet,& ita loquitur authen. post iusiurandū.Alia est,quæ habet uim condemnationis,& illa est,quam facimus post iuramentum.& de illa non negat, quin fieri possit post dictā authē.Sed bene dicit,q̄ si bene,hoc est infra taxationē iuramentū est in minori, cōdēnatio ferri nō potest.quod intelligit Innoc.super eo.alleg.nisi taxatio primo per iudicem reuocaretur,quia tunc posset.quod intelligit cū causa in minus condemnatio fieri per l.alleg.uideamus.circa fi.iuncta l.quod iussit.ff.de re iudic.Sed dic qualiter sustinetur factum nostrum,quia ista prima taxatio ne non utimur isto modo,quia semper infra certā summā deferimus iuramentū,quod sic faciendo duos actus simul facere uidemur,scilicet summam,ultra quam iurari non possit,taxare, & iuramentum deferre.sic ff.de acqui,hære.l.illud.cum simi.

¶ AEstimatione iniuriæ, *Iniuria dicitur multis modis,sed proprie pro contumelia.ff.ad leg.Aquil.l.sed & si quæcunq;.§.iniuria.dic ut ibi.*

¶ De appellationibus. Rub.

Conclusio DCCXXIII.

SI appellatus appellationem beneficialē contra se ad apostolicam sedē interpositam, sibi tamē nō intimatā,licet post mensem à die interpositionis eiusdem

eiusdem computand. deuenerit instrumētū appellationis ipsius ad manus suas, post xj. menses à dicta interpositione computandos, ad dictam sedem inchoauit prosequi, & per audientiā cōtra dictarū absq; alia citatione, uel intimatione facta ad partes usq; ad cōclusionē inclusiue fuit prosecutus, terminos substantiales alias legitime obseruando, ualet processus, secundū do. Nico. Fran. & Ber. & Pe. in qua cōclusione cōsenserunt alii duo domini, uidelicet Guil. & Guil. Sed do. Ro. & Benedic. contra. & do. Corsien. remansit dubius. Motiua dominorū Ro. & Bene. sunt ista. primo, quia Comp. Archi. & sequaces. & in c. j. de elect. lib. vj. uidentur tenere, & ita tenetur appellatus seruare tempora decret. primæ alle. sicut appellans, modo uerbū, seruare, debet intelligi cum effectu. ut l. j. §. fin. ff. quod quisq; iur. cum simi. ut nedum intelligatur de lapsu ipsorum temporum, sed intelligatur magis de expeditione horum, quę infra illa tempora sunt fienda. Secūda ratio eorum est ista, quia ratio c. statuimus. de elect. lib. vj. alle. est ista, ut diuturnitate uacationis beneficiorū occurratur: modo si non seruarentur tēpora, cessaret ratio. ergo. Tertia ratio est, quia cōtra ius commune ius speciale introducitur cum certa forma. cessante forma huiusmodi cessat illud ius, quia cessante causa debet cessare effectus. modo ca. statuimus, alle. inducit ius speciale sub certa forma, uidelicet si infra certa tēpora certæ expeditiones fiāt, quod not. uerbū infra ibi positū, ergo, &c. Quarta ratio, quia post peremptorium a quis absq; restitutione non admittitur. de restitu. in integ. c. coram. de excep. c. pastoralis. Sed ista tempora uim habent terminorū perēptoriorum. Quinta ratio, quia edicto citationis circūducto nō proceditur, nisi parte de nouo citata. ut ff. de iudi. l. & post edictum. §. j. sed actore non comparente in termino iuris edictum circunducitur. ut d. l. & post edictum. §. j. &c. Sexta ratio, quia bene arguitur in iure ab euitatione absurdi. ut C. de furt. l. si quis. ff. de ser. cor. l. j. & de neg. gest. l. Pomp. & solu. mat. l. diuortio. ff. de excu. tut. l. scire. §. aliud. & de reg. iur. l. aliud. §. absurdum. & C. de testa. l. consulta. sed foret absurdum, si appellatus dormiret, quòd appellās eius dispēdio uagari deberet perpetuo in incerto expectādo. facit quia malitiis hominum debet obuiari, ut l. si fundo. ff. de rei uendi. Septimo hoc probatur per Inno. qui in d. c. statuimus. no. expresse, quòd si pars iter non arripuerit infra mensem, uel nō expectauerit xx. dies, non habet locū processus illius

illius cõstitutionis. Octauo, quia qui cõmittit in l. cõtẽnẽdo ipsius obseruationẽ, nõ debet gaudere beneficio ipsius. l. ff. de mino. l. auxiliũ. cũ si. pro hoc sciẽdũ, ꝙ duo tẽpora per decre. hic põde rãtur. Primũ tẽpus itineris arreptionis interpositę, pro quo datur mẽsis, qui currit à die appellationis interpositę, & intimatę, ut no. de intimatione Archid. & alii in c. statuimus. alle. Secundũ tẽpus est expectationis, & illud xx. dierum, & incipit currere ab aduẽtu alterius partis ad curiã. de primo tẽpore est tex. in d. ca. statuimus. in fin. j. responsi. ibi cũ dicit, quòd à die abitionis iter arripuerit infra mensem. De secundo tẽpore est text. in eo. c. in princi. secundi responsi, cum dicit, si pars aliqua nõ uenit post xx. dies post aduentum alterius expectata, &c. Aliqui uero addunt tertiũ tempus intermediũ, uidelicet inter duo tempora supra dicta, quod arbitrarium uocant, per §. ꝙ si per xx. c. cupiẽ. de ele. lib. vj. Sed certe gl. lo. An. sensit cõtrariũ in d. c. statuimus. ij. responso. in prin. in glo. quæ incipit. æquior tẽporis computatio. & idẽ no. glo. in d. § ꝙ si per xx. quę incipit. rationabilior, &c. Quid dicẽdũ? breuiter puto cõtra glossũ. ut deduxi ī. ratio est, quia uerba legis debẽt sic interpretari ciuiliter, quòd nullam iniquitatem includãt. iiij. dis. erit autem lex. & probãt iura supra alle. pro absurditate tollẽda, nã iniquum foret quẽ astringi à tẽpore itineris arreptionis de loco, ubi degit ad Romanam curiã accedere ante tempus, quo iuxta iudicis, seu boni uiri arbitrium consideratis cõsiderandis iri solet, & cõmode potest duplicitate nõ utendo. ut ff. de uer. oblig. l. cõtinuus. §. j. & ff. si quis cautio. l. j. argu. eo. tit. l. ij. §. quod autem dixerimus. & ff. de pigno. act. l. si seruus. & ff. de ædi. edict. l. si quid uenditor. ergo citius, quàm more solito iri solet, seu potest, iuerit una pars, quòd eius computatio tẽpore xx. dierum suæ expectationis una cũ tẽpore suæ itinerationis totũ simul non constituat huiusmodi arbitrium tẽporis, hoc non sufficit, ut si solet iri in vj. mensibus. l. fi. ff. de dila. & quadruplicitate usus mutando equos, & itinerãdo cũ curribus, & dormiẽdo in itinerationе, sicut faciũt cursores portãtes ꝓspera noua, iuerit in vij. septimanis, & expectauerit postea xx. diebus, & ita quasi duobus mensibus, & quinq; diebus pro aliis tribus mensibus, & xxv. diebus procedi poterit cõtra non contumacẽ, quod est iniquum. Non enim licet sic præcurrẽdo suum aduersarium supplantare. de appel. sæpe. in fi. & c. oblatæ. cum simi. circa mediũ. ar. xvj. dis. placuit. ff. ad Turpil. l. ij. §. sin-

au

autem.ij.Intelligatur autem aduentus huiusmodi de aduentu secundū communem itinerandi usum facto,uel saltē de tali aduentu,cuius tēpus coniunctū cū xx.diebus nō faciat minus,quàm sit arbitrarium tēpus.Et in hoc sit differentia inter cōputationem §.quòd si per xx.& dicti c. statuimus.& in hoc saluentur dictæ duæ glos.& tollatur iniquitas dicta. Et hoc uerius puto, quod licet nouum prima facie uideatur,tamē est menti tenendū.His præmissis pono tres cōclusiones.Prima est, quòd pro eo solo nō impeditur pars aduersa ad curiam ueniēs in alterius partis non ueniēn.cōtumaciam,dummodo res integra sit, appellationem prosequi, & infra mensem iter non arripuerit ueniendi,sed potuis post mensem lapsum:& ista cōclusio cōcernit primum tēpus.Istam conclusionem uidentur expresse tenere Hosti.& Archi.& Ioā.And. in d.c.statuimus.super uer.infra mensem.& etiam alia citatione, uel intimatione minime requisita,quia dicti doct.aliā citationem,uel intimationem non requirunt:& pro hoc potest in rationem allegari ff.si quis cau.l. & si post tres.ff.de op.leg.l.man cipiorum.& extra.de præben.si tibi absenti,lib.vj.& faciunt no. supra.Et hāc rationem deduco, quia si contrarium diceretur,aut hoc diceretur,qa per hoc induceretur desertio appellationis: aut quia per hoc impediretur, uel circunduceretur citationis effectus,quia recte percipiendo ad medullā aliud non apparet, sed nullum horum potest dici, ergo,&c.Primum siquidem dici non potest,quia hoc esset cōtra cōcordem opinio.doct.omniū. Secundo,quia dictus mensis nō adiiceretur solū ad prosecutionem appellationis,sed adiicitur cōiunctim ad prosecutionē appellationis,& negotii principalis,ut ibi patet,& ibi no.p Inno. cuius est ista ratio:ergo utrunq; debet uniformiter inspicere.ar. ff.de uulg.& pup.substi.l.hoc iure.& C.de impu.& aliis substi.l. quamuis.& tamē nullus diceret fuisse de mente papæ priuare partem non arripientē iter infra mensem ob hoc solū à prosecutione iuris sui.& cōtrarium tenet glo.Ioan.Andr.in c.statuimus.& §.quòd si per xx.alleg.in glo.duabus similibus supra alle, ergo,&c.Nec per hoc potest dici,quòd impediatur per hoc citatio iuris,seu eius effectus.Ratio est,quia quot sunt personæ citatæ,tot sunt citationes diuersæ & ab inuicem separatæ.ff.de uerbo.obli.l.scire debemus.nec ab eo per cōsequens limitatur. argu.C.de dona.inter ui.& uxo. l.maritus.& ff.de calum.l.fi.quia alias sequeretur,& tēpora seruan;

uans non posſit procedere contra non seruantem, contra mentẽ decre. & uerba. ergo per hoc, quòd ego appellans non seruo primum tempus, hoc est, nõ arripio iter infra mensem, non minus arctantur alii ex huiusmodi citatis ad seruandum, si uolunt euitare contumacię pœnã. Præterea, quia citatio ad causam nõ concernit, nisi comparitionem, & tempus comparitionis in causa. licet ergo deliquerit pars in iter arripiendo, dummodo non delinquat in comparendo, effectu ipsius comparitionis puniri non debet, sed solum effectu termini dati ad iter arripiendum, illum perdit, nec alius sibi datur. probatur consequẽtia, quia quis non debet puniri in alio, quàm deliquerit, nec plus, quàm deliquerit: ut C. depositi. l. sancimus. & si aliud diceretur, sequeretur quòd non seruans primum tempus, non esset expectandus in secundo. ergo. Præterea nullũ ius reperitur talem pœnam imponens, igitur pœna imposita contentemur. ar. l. si uero. §. de uiro. ff. solu. mat. Item non potest dici circũductus citationis effectus, cum author citationis tempore non comparet in causa. ut l. & post edictum. §. j. alle, sed hic secus, quia cõparet appellatus in termino, qui actor est, quia in hoc in causis beneficialibus quilibet potest esse actor, & reus. Secunda ratio sit ista, quia ratio cap. statuimus. seu eius arctationis nõ fuit fauor singularis ipsarum partium, sed magis natura causæ, quæ requirit accelerationem secundum omnes scribentes, præsertim Archid. & facit de elec. c. inter uniuersos. & cap. ne pro defectu. & c. ut circà. lib. vj. & de appella. c. oblatæ. Modo si periret, uel circunduceretur citatio iuris, causa nihilominus remaneret apud sedem apostolicam terminãda. per cle. causam. quæ ad deuolutionem huiusmodi obseruationem non requirit, & ita requiritur alia citatio noua, & per hoc celeritas impediretur, & prorogatio induceretur cõtra mentem, & rationem decret. ita ꝙ daretur occasio per remedium decr. impediendi finem, ad quem principaliter tendit, contrà l. si miles. ff. de testa. mil. Præterea, quid interest appellantis, aut ipsius causę, uel beneficii appellatũ iter arripuisse, uel nõ arripuisse infra mẽsem, dummodo debito tempore in curia se repræsentet? certe nihil, imò magis causæ, & beneficio obesset. ergo licet in aliqua culpa fuerit, quam nõ reputo multum ponderandam, quia in re propria absque cuiuscunq; præiudicio, ut præfertur. arg. ff. sol. matr. l. si constante. §. si maritus. non propter hoc debet omitti, quin puniatur culpa appellantis,

tis, quæ per culpam prædictam appellati non purgatur. maxime, cũ sit multo maior. facit quia causa principalis eam puniendi remanet, uidelicet fauor causæ, & beneficii. fa. institu. de nup. §. affinitas. ff. de condit. & demon. l. cum tale. §. legato. cum ibi no. Tertia ratio, quia quando lex specialis prohibet illud, quod alias iure cõmuni nõ esset prohibitum, sed permissum, & pœnam adiicit cõtra facienti, actus contra prohibitionẽ factus pœna præstitus nalidus est ipso iure. ut l. fi. in princ. de diuort. not. Cy. C. de legi. l. non dubium. in ult. quæst. de cuius materia uide per eum C. de sepul. uiola. l. qui sepulchra. & per Barto. in l. scio. ff. de pœnis. licet ergo ius speciale cap. statuimus. mandet iter arripi infra mensem, & per consequens secundum te, licet non fateor, tacite inhibere uideatur, ne aliter fiat: tum quia certam pœnam adiicit, uidelicet de pœna processus in cõtumaciam facti, ergo dicere non debemus processum huiusmodi ualere, quia non est uerisimile, quòd eadem constitutio addat pœnam pœnæ, si non dicat. ut d. l. scio, cum intellectu suo, quem ibi dat Dy. & Barto. post eum. & Pet. & Cy. post eum in l. non dubium alleg. in simili. Secunda conclusio est, quòd si pars comparens post omnia tria tempora supradicta ex toto lapsa, uidelicet post mensem tempus arbitrarium. & xx. dies, uenit ad curiam, & statim post eius aduentum incepit procedere per audientiam, ualet processus: nec ideo uitiatur, quòd comparens nõ expectauit per xx. dies à die dicti aduentus sui computãdos alteram partem, hanc conclusionẽ prosequere, ut dixi suprà. Item pro eiusdem conclusionis clariori deductione suppono duo ad euidentiam. Primũ est, quòd uerbum uenit, positum in uer. sed si pars. non concernit omne tempus, sed refertur solũ ad tempus, in quo pars quælibet, quæ in fine mensis dati ad iter arripuisset, commode uenire potuisset: quia illud tempus incertum est ex natura rei. ut l. interdum. ff. de uerborum obligationibus. & l. continuus. §. primo. eodem titu. alleg. alias omnino intelligeretur cõtra literæ mentem, quia si sic ueniret post inchoatum processum, totum rueret contra mentem, uel nullum esset. argu. ff. de legat. secundo. l. uxori. primo responso. Secundum suppõendum est, quòd uerbum, sed si pars, suppo nit unam partem iam uenisse, tunc uidelicet, cum dicit alterã partem non uenisse: ita quòd loquitur in casu, de quo loquitur prima suppositio proxime præcedens: uenerit una pars.

¶ Post

2 ¶ Post peremptorium. De *effectu peremptorij, & quicquid de peremptorio dici potest, uide Spe. tit. de citatione. § ij. per totum.*

¶ De feudis. Rub.

Conclusio DCCXXIIII.

ETIAM de extra Rotam, circa quæstionē secundā, q̄ dicta declaratio dicto nepoti in effectu obesse non debet, q̄ deduco pluribus ratiōibus, quæ sequuntur. Prima ratio est, quia princeps nō potest sine causa facere constitutionē, per quam ius meum mihi auferat illud in aliū transferēdo. no. Ber. Comp. Inn. extra. de consti. quæ in ecclesiarum. & ipse Inno. de immu. eccl. quia plerique. ac Iaco. Pe. & Cy. in l. rescripta. de preci. impe. offe. fa. not. per eos. C. de quadri. præscri. l. bene à zenone. Et est ratio, quia istud esset de directo uenire contra naturalem rationem iure diuino fundatam, contra quam nō ualet aliqua constitutio positiua. extra. de cōsue. cum tanto. C. eo. l. ij. & iiij. dist. erit autē lex. Inn. plus dicit in d. c. quia plerique quòd generalis constitutio nec ab initio, nec ex post facto potest includere talē casum. Modo constat, quòd talis constitutio est contra ius, de quo dixi in conclusione supra proxime præcedenti, ut ibi deduxi, & per consequens tendit de directo, ut ius primogenituræ auferatur dicto nepoti, & in dictū secundogenitum transferatur, ergo saltē, quo ad præiudicium dicti secundigeniti, ualere non potest. Et pro isto non modicum uidetur facere, quod no. Hosti. lucerna iuris canonici, & Io. And. tuba ueritatis post eum, in c. licet. de uoto & uoti redemp. uidelicet, quòd consuetudo non potest tollere ius huiusmodi primogenituræ ei, cui alias cōpetere debet, & idem recitatiue approbat ipse Io. And. in q. ij. per eum disputata super regula. sine culpa. lib. vj. in prin. primi membri. Et tamen si iure positiuo hoc induci posset, consuetudo dummodo præscripta hoc induceret, dummodo alias irrationabile nō foret. ut c. fi. de consue. alle. quia hodie saltē per illud c. sunt omnes consuetudines rationabiles, & præscriptæ, etiam aduersus ius commune, per l. cōmunem superiorum approbatæ. Secunda ratio est, quia dicta declaratio, etiam si ualeret, non deberet dici l. communis, sed quædā ordinatio specialis inter solas partes, inter quas promulgata est, uendicans sibi locū. igitur ad eius promulgationē prouocare debuit, & consentire iste nepos, de cuius prēiudicio principaliter agebatur, & patet cōsequentia, quia istud esset regulare, quia quātūcūque princeps facit aliquid speciale pro una certa parte, contra aliā

certam, etiã extra iudicium, non per modum generalis constitutionis, debet uocare partẽ, contra quam ordinare disposuit, & id facere de consensu suo, & aliter non. hinc est, quòd, si princeps uelit' libertũ restituere natalibus, debet uocare patronũ, uel filium patroni, & hoc facere de eius consensu, & aliter non potest de iure, pro eo, quod patronus, uel patroni filius, maxime ratione successionis, de qua in §. sed nostra. insti, de succes. si. lib. magnum potest prætendere interesse. iste est casus legis pe. & l. fi. ff. de nata. resti. facit ff. de manu. testa. l. pe. & ff. de adop. l. nam ita diuus. ubi hoc tenet Iac. de But. & Bart. post eum. dum ui delicet de præiudicio graui in rescriptis, uel impetratione agitur. facit etiã ff. de iure ann. aure. l. diuus. & de libe. cau. l. j. ff. de pac. l. fin. Et hoc maxime probat l. in præiudicio graui. C. de preci. imper. offe. l. quoties. sicut in proposito in perditione uniꝰ maximi regni. probatur antecedens. primo per l. ij. C. de legib. ubi uidetur esse casus, quia ibi dicitur, ꝙ siue suggestione præsentis, siue relatione absentis princeps pro uno contra alium aliquid statuat, nõ habet uim legis cõmunis, sed magis priuilegii, nisi secundũ gloss. definitiue causa cognita partibus præsentibus pronũtiat, aut faciat statutum redigi in corpore iuris: sed ista cessant hic. ergo, &c. Secũdo probatur hoc, quia statutum de per se probat l. esse cõmunẽ, nisi appareat aliter de mente principis, quia hoc uoluerit. no. glo. §. sed qd̃ principi, insti. tu. de iu. na. gen. & ciui. & probat l. ij. alleg. mens autem colligitur per modos traditos à lege, ut si per sententiam, &c. ut dixi C. de legib. l. fi. uel si illud fecit redigi in corpore iuris. C. de no. co. cõpo. in constit. una. §. fi. circa fi. uel si ad uenerabilẽ cœtum iudicum, uel docto. legentiũ illud pro l. desti tuet: aut si per modũ edicti, uel generalis legis id faciat; uel si pro lege in similibus casibus id præcipiat generaliter obseruari: aut si motu proprio forte illud nemine solicitante promulget. ut legitur C. de legibus. l. iij. modo prædicta hic omnia cessant. ergo facit argumẽtum uulgatum. de l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, uel alien. iuris. hic autem nepos uocatus non fuit. ergo, &c. Tertia ratio, quia dices, quòd dicta declaratio est iudicialis, ergo non ualet parte nõ uocata, & inaudita. ij. q. j. nos in quenquam. ff. quę senten. sine appella. rescinduntur. l. j. §. item cum ex edicto, imò plus tenet Cyn. post Pet. & alii in d. l. iij. C. de leg. quòd si fuisset facta parte uocata, sed absente per contumaciam, non faceret ius generale,

rale, sed solum obesset parti uo catæ. per l. qui superstitis. in fi. ff. de inoffi. testa. facit eo. ti. Pap. §. meminisse. ff. de euict. l. si ideo. C. de pericu. & cõmo. rei uen. l. j. aut dices, ℘ est extraiu. & tunc aut dices, ℘ ualeat, tanquam habens uim ipsius declarationis: aut ℘ ualeat, tãquam habẽs uim constitutionis noui iuris. Si dicis, ℘ non possit ualere, nisi ut uim habẽs meræ declarationis: tunc dico, ℘ non ualet, nec obesse potest: quia talis declaratio esset erronea, atq; falsa, per ea, quæ dicta sunt circa cõclusionem proxime præcedentẽ. declaratio enim nihil noui iuris induc it, sed solũ detegit, quod prius erat. ut l. adeo. §. cum quis. in fin. de acquir. rer. do. & si seruiꝰ uẽd. l. sicuti. §. sed si quæratur. sed id, quod non est, nullo modo detegi potest, & materia fundamenti cessante nihil ualet ædificiũ. extra, de presbyte. non bap. ueniens. & j. q. j. cum Paulus. neque enim obesse debet, quod nõ ratione, sed errore factum est. ut l. quod non ratione. ff. de legi. & l. si per errorem. ff. de iurisdict. omniũ iudi. Si uero dicas, quòd ualeat, ut uim habens constitutionis iuris noui, sequitur quòd ad tollẽdum ius iam acquisitum per ius antiquum, uidelicet per ius primogenituræ, facta esset, quod non est præsumendum in principe, & præsertim in papa. argu. de rescrip. si pro te. & cap. quamuis. de præben. si apostoli cæ. lib. vj. & quia hoc forte de iure non posset per rationem primam, maxime, si ius habuit nepos ex infeudatione papali, & pactis, & cõuentionibus ibi appositis. modo princeps tenetur seruare pacta, quæ ipsemet iniuit cum subdito, nec potest uenire contra, saltem de iure, ut probat Cyn. post Guil. de Fund. C. de legi. l. digna uox. per ca. j. extra. de proba. quod ibi uidetur approbare Ioan. And. saltem recitando. Item, quia si sic, uerbum declarationis staret nimis improprie, quod non est in dubio sustinendũm. ff. de exerci. l. j. §. in re igitur dubia. de lega. iij. l. nõ aliter. cum simi. Quarta ratio est, quia in casu dubio pluribus occurrentibus circa intentionem disponẽtis interpretabilibus, quarum una est uerisimilis, & honesta: alia turpis, & inhonesta: altera uero similis, & honesta. illa uerisimilis, & honesta recipienda est. Ideo dicit regula iuris, quòd inspicimus semper in negotiis, quod est uerisimilius. ut regula, inspicimus. de regulis iuris. lib. vj. Et regula, in obscuris. eo. titu. cum si. Et dicit alia regula, quòd in re dubia capienda est interpretatio, quæ benignius respõsum affert. ff. de reg. iuris. l. capienda. & l. ea quæ. §. in re ergo dubia. cum cõcor-

dant. & probãtur ista ff. pro socio. l. merito. de dona. inter uirũ & uxo. l. Quintus. extra. de procura. c. j. de præsumpt. dudum. & de præbẽ. nisi essent. Modo hic occurrunt in dubia interpretatione dictæ declarationis quatuor imaginationes. Prima est, qa uerba prima facie sonant, ꝙ papa Bonifacius erronee declarando contra conclusionẽ proxime præcedentem. & ista est omnino inuerisimilis. ut C. de testa. l. omnium. & extra. de constit. c. j. lib. vj. Secunda imaginatio est, quòd papa Bonif. habuit mentem etiam si opus esset faciendi nouam constitutionẽ, & tollendi per consequẽs sine causa illius primogenituræ nepotius iam quęsitũ. & ista certe non est honesta, in papa potissime, in quo debet uigere omnis puritas. de dona. c. per tuas. & pro hoc bene facit text. in iiij. col. de ali. feu. cap. uno. § j. in fi. ubi dicit tex. quòd ecclesia cultrix, altrix, & auctrix iustitiæ non patitur cõtra iustitiam aliquid in se, uel alterum fieri, priuatus uero sæpe obuiat iustitiæ. Tertia imaginatio est, quòd do. Bonif. non errauerit in iure, nec habuit inhonestam intentionem, sed errauit in facto: utputa, quia ad siniſtram informationem crediderit ita esse in pact. infeudationis. Et ista certe est honesta, & uerisimilis: quia uerisimile est, quòd papa ignoret ea, quę in facto cõsistunt, sicut ignorat quilibet quantumcunq; prudens. ut ff. de iuris, & facti igno. l. ij. & maxime, quia referebat se ad dicta pacta, ut suppositũ est in facto. Quarta imaginatio, ꝙ importunitas dicti Caroli regis suppli cantis tanta fuit, ꝙ literæ absq; plena papę examinatione, quasi per quandam inaduertentiam propter diuersas occupationes, fuerunt expeditæ. Et ista adhuc magis est honesta, quàm duę primæ. Dicit enim lex, ꝙ plerũque propter importunitates petentium nonnunquam non concedenda conceduntur. ut C. de pe. bono. subl. l. j & ij. iuxta illud: Labor improbus uincit omnia. ergo recipiatur tertia imaginatio, uel quarta, uel saltem altera earundem. Nec mirum, quia, quod proxime dixi de dicto Carol. cũ dictus Carolus haberet unum filium, & nepotem ex altero, & uideret nepotẽ bene prouisum de uno notabili regno, licet nõ dato per eum, sed ueniente ex successione materna, uolebat suo proprio filio etiam prouidẽre de alio regno, non curauit de exhæreditate nepotis propter prouisionem antedictam, & ut quasi sibi succederent duo reges: & quia hoc non poterat facere per seipsum. ut ff. de interdict. & releg. l. iij. uoluit hoc facere per papam per medium declar

declarationis antedictæ, quod sibi non profuit, ut præfertur, & merito: quia quæ una uia prohibentur, alia uia non debent esse permissa. ff. de tuto. & curato. da. ab his. l. scire oportet. cum concordan. & pro præmissa quarta ratione facit regula iuris, quæ dicit, quòd quoties nihil sine captione inuestigari potest, ut in proposito est ostensum, eligendum est, quod minimum habet iniquitatis. ff. de regulis iuris. l. quoties. minimū autem iniquitatis habet interpretatio proxime dicta. ergo &c. Quinta ratio est, quia in priuilegiis, quæ etsi de natura sua sunt contra ius, fit interpretatio secundū ius, maxime ut minus obuiet. ut ff. de uul. & pupil. substitu. l. ex facto. C. de inoffi. testa. l. si quando. extrà, de deci. cap. ij. lib. vj. fortius est hoc in sentētiis, & declarationibus, quorum naturæ repugnat fieri contra ius: quia uerba semper penes materiam propriam inquirenda sunt. ff. loca. l. si una. cum simili. probat l. secunda. de offi. proconsu. & le. primo respon so. & extra, de rescript. cum aliquibus. lib. vj. & ita loquitur ad literam cap. cum ecclesia uestra. §. idémq;. & facit cap. cum dilec. de consuetu. Modo ista declaratio fiebat iuxta, uel secundū, aut instar, uel prout in dictis pactis, & conuentionibus oppositis in infeudatione cōtinetur. Ista autem uerba possunt accipi causatiue, uel conditionaliter. Si causatiue, hoc erit cōtra ius, de quo supra cōclusione proxima præcedenti. Si conditionaliter, hoc erit recte secundū ius. ergo conditionaliter, & nō causatiue debent recipi. & quòd duplicem sensum cōueniēter habere possint dicta uerba. text. est de uerborū significationibus. abbate. Nec obst. illud cap. ubi accipitur interpretatio contraria: quia loquitur in materia priuilegii, in quo papa fuerat intentionis aliquid dandi, quod fieri non poterat, nisi acciperentur causatiue: sed hic non loquimur in priuilegio, nec in casu uerisimili sic papā uoluisse aliquid dare, sed in declaratione, quæ de natura sua nihil habet, aliquid de nouo producere, sed duntaxat secūdum ius iam productum declarare, ut prædictum est, ut sic censeatur, sicut priuilegiū concessum ad instar, de quo dicit Inno. de fide instrumen. inter dilectos. in glo. addi. & Archid. in cap. si papa. de priuileg. libro vj. quòd illud nō probat, nisi ostendatur illud priuilegium, ad cuius instar inducitur esse concessum. Cōfirmatio, quia legatū relatum ex toto ad falsam demonstrationē non ualet ipso iure. ff. de condi. & demon. l. tali. §. fi. cum l. seq. ergo ar. §. disponat. in auth. de nup. iuncto, quòd

causa l. præsumitur fi. ff. de iure patr. l. adigere. §. quãuis. & l. fi. C. de dona. inter ui. & uxorẽ. alle. No. Io. And. de renũ. post translationem. facit ff. de fal. si quis obrepserit. de his qui non à do. ma. l. fi. Sexta ratio est, quia sententia diffinitiua lata cũ causæ cognitione per principẽ, qui facit ius. ut l. fi. C. de legi. etiã si ab ea non fuerit appellatũ, si reperiatur male lata, & per errorẽ, in melius reformatur per principẽ ipsum, uel ipsius in principatu succesforẽ, ut de resti. in integ. c. cũ ex literis. ergo fortius: & declaratio facta sine aliqua cognitione per errorẽ, poterit & debebit per dominũ nostrũ reformari in melius. fa. xxxv. q. ix. c. uenia. & c. sententiã. cum concor. ibidem allegatis, facit etiã, quia sententia lata ex falsa allegatione retractanda est. C. si ex fal. instru. l. j. & ij. & si scienter pars, quæ obtinuit huiusmoi allegationem, fecerit, sibi succurritur ipso iure, ut ff. de iud. l. si prętor. §. Marcellus. secundũ unum intellectũ gl. ibidẽ posita, quam approbat ibidẽ do. Bar. nõ tamẽ curatur, an scienter, uel ignorãter, si absens, contra quẽ proceditur, nõ sit contumax in culpa, b ut ff. de ædili. edic. l. j. §. si causa. hinc est, q̃ no. Inn. de fide instr. inter dilectos. priuilegiũ obtẽtũ ex falsa causa nullũ esse, & tamẽ fortius in declaratione, cui error iuris plus obesse debet, ut dixi. negari enim non põt, quin causa restitutionis propter falsam allegationẽ sit iniquitas, & iniustitia in ipsa sentẽtia ex dicta falsa allegatione insurgens, æquitas enim cõtraria est illa sola, quæ dat causam restitutioni. ut l. q̃ si minor. §. fi. ff. de mino. Modo licet iniquitas nõ uitiet sententiã ipso iure, uitiat tamen iuris declaratione: ut d. c. cũ tanto. & c. erit autẽ. alle. ergo restat simpliciter, illã declarationẽ reuocandã fore per do. nostrũ, nõ tanquã iniustam, sed potius tanquam nullã, & erroneã. dico tamen id nõ posse fieri, nisi per papã. C. de legi. l. ij. §. j. & l. fi. quia ante papalem declarationẽ facit præsumptionẽ, contra quam nõ admittitur probatio. no. Iac. & Cyn. in d. l. rescripta. De tertia conclusione dic ut s. De quarta q. satis dictũ est. Redeo ad materiã primarũ duarum conclusionum proxime præcedentiũ, & secundæ suppositionis pro illius deductione supra factæ: & oppono: quia dispositio cuius effectus differtur in tempus, consideratur secundũ illud tempus, & ideo si sponsus donet simpliciter, ualet donatio b, quia respicit præsens tempus, sed si sic donet quòd donatio suũ effectum sortiatur, & differatur in tempus, matrimonium uitiatur, quia solum refertur ad tempus illud

eius

eius effect⁹, quo fieri nō posset. ut ff. de dona. inter ui. & uxo. l. cū hic status. §. si spōsus. & C. de dona. ante nupt. l. quod sponsæ. & ita econtra, si fiat donatio simpliciter tēpore matrimonii inter coniuges, non ualet, quia respicit præsens tempus. si tamen differatur, uel referatur eius effectus in tempus mortis, uel diuortii, pro illo tempore, & non ante consideretur, & ualet donatio. ff. de pact. do. l. Beblius. in fin. & de do. inter ui. & uxo. l. si eum. §. fi. cū l. seq. Et hinc est, ꝙ donatio causa mortis suū totum effectum solū refert in tempus mortis. Ideo pro illo tēpore solum cōsideratur persona donātis, an uidelicet tūc capere possit. de dona. caus. mort. l. mortis causa do. fa. ff. de ma. test. l. libertas. j. responso. & ff. de uer. obl. l. quotiens in diē. Modo si considerem⁹ tepus successionis, in quo refertur effectus feudalis dispositionis, tunc reperiemus, filiū, qui fuerat primogenitus, capere non posse, cū tunc sit mortuus, & reperiemus aliū filiū tūc capere posse, ac primogenitū in ætate, & gradu proximiorē, &c. Confirmatur secūdo, quia participia præsentis, uel præteriti tēporis, relata ad uerba futuri tēporis ad futurum tempus effectum suū prorogantia, suū tempus referunt ad tempus futurū importatum per uerba, ad quæ taliter referuntur, ut cle. si de beneficio. de præben. & in c. sicut. de uerb. signi. lib. vj. cum ibi no. & per loā. And. in nouella. ff. de ser. urba. præ. l. si seruitus. & l. si ita fuerit. ff. de le. iij. Modo hoc participium, primogenitus, uel hęc oratio, in gradu proximitatis primus, referuntur ad uerbū, succederet. ergo pro tempore quo erit locus successioni, suā, & sui tēporis interpretationē recipiunt, ergo, &c. Tertio probo sic: quia uerba contrahentiū sic sunt in sensu proprio recipienda, quod extra illū sensum proprium non recipiunt extensionē. ut ff. de uerb. obl. l. quicquid. & l. si à colono. & ff. de arbit. l. non distinguemus. §. de officio. modo hoc uerbū, succedent, positum in cōuentione infeudationis, potest referri ad impropriā interpretationem, uidelicet ad habitum, seu potentiā succedendi, uel ad propriā, puta ad actum succedendi. probantur hęc ff. de uer. signi. l. qui actionem. & l. minus. ergo in dubio ad propriam referetur. facit ff. si ager uectiga. l. ij. institut. de iure natu. §. quoties. Quarto hoc probo sic, quia conditionalis dispositio futura, & mere causali conditione suspensa, non potest aliquē sortiri effectū ante huiusmodi conditionis euentū. ut ff. de condi. insti. l. si quis ita hæreditatem. & extra. de concess. præben. ca. ei

quẽ. in cle.j.primo reſponſo.cũ cõcor.Necmirũ,quia nec uenit, nec ceſsit ante dies eius.ut l.cedere diẽ.ff.de uer.ob. modo cõſtat,ꝙ feudalis ordinatio,ſeu diſpoſitio, uigore cuius admitti debet primogenitus, uel nepos ex primogenito,quam habes ſupra circa dictã concluſionem in clauſula tertia, eſt ſuſpenſa iſta caſuali cõditione de futuro, uidelicet ſi illũ, qui pro tempore fuiſſet rex, ſine prole legitima ſui corporis mori cõtingeret,ergo ante mortẽ regis non poteſt in primogenito eius hæc diſpoſitio aliquẽ operari effectũ, ſed eſt ſolũ conſiderandũ, quis illo tẽpore, quo mortuus eſſet rex, fuiſſet in ætate, & gradu anterior,cuius nõ fuit primogenitus morte priuatus, nec filius eius, ut de ſe patet. Quinto hoc probatur ſic, quia iſtud dari ſolet pro regula, ꝙ dum res ante ſuũ eſſe cõpletũ peruenit ad caſum, à quo non poſſet incipere, habetur perinde, ac ſi nunquã incepiſſet.ut ff.de ſerui.l.pro parte.& ff.ad l.Aq.l.huic ſcripturæ. §.ſi.cũ l.ſeq.& ff.de uer.ob.l.pen. §.& ſi placeat. & ff.de duo.reis. l.eandẽ.§. pe. Modo ſi ab initio iſte primogenitus nunquã fuiſſet in rerũ natura,tẽpore ſaltem quo poſſet eſſe ſpes de ſucceſſione regni,certũ eſſet,ꝙ ille nepos nullũ ius haberet, cum non poſsit excludere paternũ,niſi ex eius perſona. Et certũ eſt, ꝙ ille primogenitus pendẽte ſpe,& ita ante cõpletũ eſſe huius ueræ, & actualis ſucceſsionis deceſsit, ergo &c.Sexto,quia uerisimile eſt, ꝙ in diſpẽſationibus, quæ inter peritiſsimos cũ maxima maturitate aguntur, uerborũ cõgeries magna ſuperaddita nõ ſit poſita ad ſolã ſuperfluã repetitionẽ præcedentiũ, ſed potius uerisimile eſt, ꝙ poſita ſunt ad nouũ effectũ operandũ.ut in cõſt.una. §.quibus.C.de no.co.cõp.fa.c.ſi papa.& l.ſi quãdo.cũ ſi.Modo ſi nõ faceremus interpretationẽ, niſi ſecundũ ius,ut prætẽdit pars nepotis,ſuffeciſſet dicere,ꝙ haberet in regno homo talẽ gradũ ſeruato tamẽ ſemper ordine primogenituræ, pròut de iure, & ſexu ſemper maſculino in eodẽ gradu prælato.ergo qđ appoſita ſit ultra tanta uerborũ cõgeries nõ uidetur factũ, niſi ut inquantũ uerborũ proprietate à iure communi recedatur. argum. C. de pact. conuen.tam ſuper.l. fina. quia non apparet, quòd alium effectum operari poſsit. Septimo, quia diſpoſitio generalis, quæ terminatur in uno, licet omnia ſuppoſita, ipſius generis ex ui orationis uideatur complecti, ut dicit l. Meuius. §. duobus. ff. de legatis ſecundo. & hoc quaſi ſub declaratione futuræ declarationis, uel euentus, ut dicit lex

ff.

ff.qui & à quibus ma.non fi.li.l. iij.tamen secundum ueritatem, nullum suppositorũ determinate sub ipsa dispositione cõprehenditur,& probatur ff.de uer. obli.l.si duo.& de solu.l.qui. §. Stichum.ij.responso.& de leg.j. l.cũ incertus. & eo.titu.l.continuus. §.illud.& l.interstipula. §. sacram.Et est differẽtia inter generalem,& alternatiuã,ut probant prædicta iura.Et hic est,ꝙ illud suppositum,in quo per sequentem declarationem,uel casuum euẽtus terminatur,ipsa dispositio habeatur perinde, ac si fuisset specialiter,& determinate sub dispositione comprehensum.ut extra.de rescrip.pastoralis.in fin.tamen pro eo,quòd in tali generali dispositione non comprehenditur determinate, aliquid de suppositis illius generis,si ante declarationem,uel euentum esse desinat,uel mutet statum,habetur perinde,ac si ab initio non fuisset sub generalitate comprehensum.ut ff.de sol. l.cum quis. §. qui hominem. & dicto §.Stichum.& ff.de adi.leg. l.qui hominem.& d. §. sacram. alle.& probat optime clemen.si de beneficio.alle.ubi patet,ꝙ si expecto in genere ad collationem episcopi,& aliquod beneficium uacans,spectans ad illam collationem,desinat interim ad eam spectare, quia deuoluatur ad capitulum,nõ debebitur mihi.facit etiam,quia si expecto in genere ad primum beneficium certę collationis uacaturũ,quod duxero acceptandum sine præfixione certi temporis,& pendente deliberatione mea ordinarius cõfert,quia beneficiũ tale mutat statum,amplius ex illa uacatione mihi deberi nõ potest, ut de concess.præben.quia cunctis.uer.subiunctũ.lib.vj. Modo dicta dispositio feudalis,de qua loquitur dicta clausula tertia,est generalis,& incerta,quia refertur ad illã de pluribus,qui tempore,quo erit locus successioni,erit prior in gradu,& primogenitus in ætate,& licet sit maior spes de primo filio,tamẽ potest esse, quòd eam non capiet.ut instit. de re.diui. §.illud quæsitum.in fi.ergo hæc incertitudo generalis facit,quod nullus,nec primogenitus,nec alius censetur ab initio determinate sub dispositione comprehendi, & per consequẽs,si præmoriatur,habetur perinde, ac si non fuisset aliqualiter ab initio cõprehensus. faciunt iura ultimarum uoluntatum.C.de cadu.tollen. l.una. §.finautem sub conditione.& alia suprà allegata. Accedo ad solutiones rationũ. Primo ad primam dico,ꝙ ego contentor,quòd inspiciatur tẽpus,quo potest dicta dispensatio suum operari effectum,illa duo diuersa tempora considerã

da

da sunt. Primus concernit successionē. Secundus effectus cōsistit in successione actuali, quorum deductio patet ex prædictis. Circa tamen primū effectū caue, quia effectus ille licet in filio primogenito sit quasi immutabilis, quia siue ipse supersit, siue filium dimiserit, qui supersit, incommutabiliter ius succedēdi remanet apud eum, per prædicta: sed si nondum extarent filii primogenito facto rege, frater eius secundogenitus haberet in habitu hoc ius succedendi, sed non incommutabiliter, quia si nasceretur filius fratri primogenito regi facto, ille haberet hoc ius, & auferret primo, uigore tamen l. communis. Ad formam ar. cum dicis, quòd tēpore successionis actualis nō est in rerum natura primogenitus pater nepotis, cum sit mortuus, fateor quòd uere nō est in rerum natura: sed dico, quòd repræsentatiue est in rerum natura, quia repræsentatur in persona nepotis filii sui. ut l. liberorū. in fi. ff. de uer. signi. Tu dicis: ergo non potest succedere, quia ille, qui nō est, non succedit. Respondeo, & dico, quòd uidetur ipse succedere, eoipso, ꝙ alius, qui tanquam personā ipsius repræsentans uice, & loco sui succedit, ut in authen. cum cessante. C. cōmuni. de succes. Tu dicis: talis fictio repræsentatiua sonans impropriet atem licet caderet in ultimis uoluntatibus, uel l. interpretationibus, nō tamen ita in contractibus, ubi non uenit, nisi id, quod expresse, & propriis uerbis cōprehensum est, ut deducit secunda ratio. Respōdeo, & dico, quòd si in ultimis uoluntatibus, ergo fortius in cōtractibus: quia plus se ad tēpus mortis referunt ultimæ uoluntates, quàm contractus, ut in aliis supra deductum est. probat l. una. §. finautem sub cōditione. C. de cadu. tollen. cōiuncto §. ex conditionali. instit. de uerb. obli. Ratio C. de act. & obli. l. sicut. conjuncta l. iij. in fi. ff. de adi. & trās. lega. in fi. cum l. seq. Dico secundo, quòd si in l. interpretatiue hæc repræsentatio admittitur, ergo hic, cum sit l. specialis locata à principe inter certas partes. §. sed quod principi. & l. ij. C. de legi. alleg. Item, quia & si pactio est, uel cōtractus, tamen cū hoc est l. iuris communis, quę per cōtractum huiusmodi coadiuuatur, ut dixi supra. Item postquàm contrahētes contrahunt secundum ius, uerisimile est, quòd uoluerunt, quòd uerba eorū intelligantur secundū ius, & secūdum illud si possunt interpretātur, si non possunt, referūtur ad factū. ut de uerbo, licere habere, probat tex. de uerb. obli. l. stipulatio ista. §. j. & §. qui. & §. hæc quoq; stipulatio. & in l. in illa stipulatio

tione per te nō fieri. eo. titu. Et pro hoc etiā optime facit, quia licet natura cōditionis sit in facto consistere, & referri ad factum, ut ff. de condi. & demon. l. qui hære. in princi. & l. Meuius. eo. tit. tamē si uerba in cōditione adiecta possunt referri ad ius, & interpretari secundū ius, ad ius referuntur, & secundū ius interpretantur. ut ff. de solu. l. si seruus x. & ff. de condi. instit. l. si mulier. §. j. & no. Bart. ff. de cōdi. & demon. l. Meuius. alle. Modo uerbum, succedūt, est uerbū iuris, ut de se patet. ergo interpretatur secundū ius: sed de iure ita est, q̄ filius in successione personam patris repræsentat, ergo, &c. Dico tertio, quòd si cōsideremus naturam cōtractus de per se, natura illa hoc habet, q̄ ius quæsitum ex cōtractu, siue in re, siue ad rem, siue pure, siue sub cōditione, est transmissibile, ut in præcedentibus habetur. Vel dic, & melius, quòd si cōsideremus cōtractum in se, hæc reputatio, seu proprietas bene admittitur in cōtractu, quia si promitto tibi tali die dare centum, uel sub conditione: si nauis ex Asia uenerit, & interim moriaris, hæredi tuo tanquàm te repræsentāti competit actio, licet uerba stipulationis ad te dirigā tur. Et ideo non refert an dicā, promitto tibi, quòd soluam tibi, uel promitto tibi quòd soluam tibi, uel hæredi, ut d. l. stipulatio. §. quæsitum. in fi. Præterea, quia b non est pactū simplex, b sed potius est lex pacto coadiuta, ut dixi. Præterea, quia postquàm ius incommutabile, & trāsmissibile de natura sua fuit quæsitum ad istam successionē, ad primogenitum trāsfusum uidetur illud in sua successione, ut in præceden tibus dixi. Et ita uidetur hic magis agi de successione primogeniti, quàm patris, seu aui. Et per hoc tertia ratio soluta est, quia uerba contrahentiū etiam contra proprietatē eorum recipiūt bene intentionē secundū ius, ut dictum est supra. per eandē uiā esset soluta secunda ratio, quia censetur nepos secūdogenitus, cum uice eius, & ut personam eius repræsentans sic succedat. Ad quartam dico, quòd illa conditio nō adiicitur huic casui, sed potius casui loquenti de successione collaterali. & si adiiceretur non obstaret, quia talis conditio tacite inest, & ita nō facit conditionē. ut l. cōditionē, quæ extrinsecus. ff. de cōdi. & demō. & si faceret conditionem, adhuc non obstaret, quia dico, quòd re ferretur ad successionē actualē, & in illa semper succedit tunc primogenitus, uel tūc primogenitum repræsentās, ut dixi in ratione præcedēti. Ad quintā, non capio bene qualiter faciat, quia secundū ueritatē nec successio

in

in persona primogeniti cõplet-
tur, nec in persona nepotis im-
peditur, sed potius inchoatur, &
completur. Ideo aut æquiparat
ratio, aut nõ concludit, &c. Ad
vj. rationem dico, ꝙ tertia clau
sula non superfluit, sed addit de
collateralibus, de quibus nõ fue
rit actum. Et si per uerba proli-
xiora, quàm posset fieri, tamen
per clariora. Ad septimã ration-
nem dico, ꝙ eoipso, ꝙ nascitur
filio primus filius, eoipso secun
dum legẽ cõmunẽ, cõsuetudinẽ,
& diuinã quasi ordinationẽ suc-
cessor declaratur, cũ talis sit am-
modo immutabilis. no. Hosti. in
ca. licet. Nec ob. ꝙ possit esse ꝙ
successionẽ non capiet nec per
se, nec per filium de suo corpo-
re descendẽtem: quia talis casus
malus fortunæ odiosæ non est
sperandus. de uer. obli. l. inter sti
pula. §. sacram. Pro præmissis fa
cit determinatio quęstionis, quã
mouet Bart. ff. de uer. signi. liber-
orum. in qua quærit, supposito
quòd si statuto cauetur, ꝙ fœmi
na filia nõ succedat extantibus
filiis masculis, sed si cõtẽta dote
contingit, ꝙ aliquis decesit re-
licto nepote ex filio masculo, an
ille nepos succedat in totum, &
filiã excludat. Iac. de But. in qua-
dam sua disputatione determi-
nat, quòd sic: quia appellatio filii
continet nepotes ex propria si-
gnificatione secundũ eũ. & ita
not. gl. insti. qui dare tut. po. §. fi.
ubi dicit, ll. in contrarium loquẽ
tes referri ad cõmunẽ modum
loquendi. Idẽ not. in auth. de nõ
eli. secũdo nubẽ. §. cum igitur. in
gloss. quæ incipit: ac appell. hæc
probat Iac. de But. quia propria
significatio sumitur ab allusione
uocabuli. ut ff. si cer. peta. l. ij. §.
appellata. & ff. de uer. sig. l. tigu-
rii. l. pupillus. §. territorium. sed
secundũ allusionẽ uocabuli ap-
pellatio filii comprehẽdit nepo
tes. ut l. liberorũ, alleg. ubi dici-
tur, ꝙ filius dicitur ἀπὸ τῆς φιλίας
id est, ab amicitia, amore, &c.
Præterea per glo. alle. dicitur ꝙ
interpretatio illa, quæ habet ap-
pellatione filiorum nõ cõtineri
nepotes, sumatur secundũ usum
communẽ loquẽdi, sed talis usus
non est intellectus proprius, sed
figuratus, & interpretatiuus. ut
ff. de fun. instru. l. cũ de lanionis.
§. asinam. de suppel. leg. l. habeo.
Præterea communis usus loquẽ
di nõ potest alterare proprium
significatum, ut s. de usufruct. &
re. quæ usu consu. l. ij. & facit d. l.
liberorum. uer. sed & Papirius.
ubi dicit nepotẽ interim nõ ex-
tendi. ad idẽ facit l. iusta. de uer.
sig. Secũdo ad principalẽ quæ-
stionem allegat aliã rationẽ do.
Iac. de But. quæ etiã si prima ces-
saret urget secundũ eũ, quia cũ
statutũ nõ disponat, utrũ benefi-
cium datũ filio per statutũ por-
rigatur ad nepotes, hoc iuri cõ-
muni relinquitur, & tamẽ de iu-

re

re communi certũ est, ꝙ beneficium, priuilegiũ, uel honor, qui datur filio, regulariter transit ad nepotes, ut C. de qõ. l. milites. & l. diuo Marco. & de pœ. l. decurionum. & de senato. l. emãcipatum. & de priuile. do. l. j. Tertio hoc idẽ probat, quia filio sublato de medio nepos eius locũ tenere incipit. insti. de exhære. lib. §. posthumorum. & de hære. quę ab intesta defe. §. nõ filius. ff. de lib. & posth. l. Gallus. §. uidendũ. alle. ad hoc, ꝙ surrogatũ in locum alterius, &c. ut l. j. §. hæc. ff. si quis testa. li. esse iuf. fue. Idẽ determinat do. Bart. ꝙ sicut nepos in successionibus obtinet locũ patris, & primi gradus, licet sit in secũdo gradu. alle. in auth. de hære. quæ ab intesta. defe. §. finautem ibi, illud palã est, quia in locũ patris defuncti, &c. De hoc dixit Bart. se plene dixisse in l. ij. §. j. ff. de suis, & legit. hæred. Sic in priuilegio cõsequẽdo secũdũ eũ, ut quod ex persona sua non cõsequitur, cõsequatur ex pſona patris. Sed cõtra, quia statuta nõ accipiunt extẽsionem ad casum nõ cõprehẽsum, dicit Bart. quòd imò bene patsiue, qa ius cõmune se extẽdit ad illud. alle. l. j. §. j. de mu. & ho. & quę ibi dixi. hoc dictũ, quia statuta nõ extẽdũtur a actiue ad disponendũ aliũ casum nõ cõprehẽsum, sed in casu, in quẽ disponũt, bene patiuntur statuta, ꝙ lex cõmunis interpretatiue, & declaratiue ad illũ casum se extendat: ut si l. municipalis statuit circa munera, quæ non habeãt curam, nisi personæ absq; erogatione patrimonii, l. iuris cõmunis extẽdit se ad illud diffinitẽdo illud personale, & disponẽdo de illo, tãquàm de munere personali. ut l. j. §. j. ff. de mũneri. & ho. Itẽ, si dicit statutũ, ꝙ filius posit facere testamentum, certe l. se extẽdit ad illud, ut intelligatur, quòd posit facere legitime, & secundũ leges, ut sic ex eo adeatur hæreditas, & falcidia detrahatur, & ut omnes leges loquẽtes de testa. locũ habeant: ut l. j. §. ij. ad leg. fal. & ita dicit Bar. in d. l. j. §. j. ff. de mu. & ho. & plenius in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. per eũ repetita. & probatur ff. de hære. insti. l. ex facto. & C. de inoffi. testa. l. si quãdo. Idẽ determinat Iaco. de Are. ut recitat Bart. in quadã sua disputatione, ista ratione, qa ratio statuti est, ut agnatorũ salua sit benignitas, quæ agnatio conseruatur in filiis masculis. ut insti. de legit. agna. succesio. ergo eadem ratione in nepote. Sed prior ratio magis placet Bar. cũ ratio Bar. lac. de Are. non sit expressa in statuto.

¶ Valet donatio. *No. quòd donatio propter nuptias est, quod ſpõſus ſponſæ donat quãdo ab ea dotẽ recipit. extra. de do. inter ui. & uxo. c. nuper. Et uide ibi Hoſtien. & Goſ. in ſum.*

sum.& Specu.& C.de donatione nup.per totum.

b ¶Pactū simplex. *Quandā pactorū diuisionem uide per Bart.in l.pacta nouissima.C.de pact.*

¶De feudis.De accusa.Rub.

Conclusio DCCXXV.

PRO introductione quęstionis ;quæro, an si in crimine lęsę maiestatis,uel alio qs dānetur,& ob hoc bona ipsius publicentur,feudū[a], quod tenet à baa rone,fisco applicetur : an uero ad baronē directū dominiū reuertatur? Quidā dicūt,ꝙ debet pertinere ad fiscū,uidelicet quo ad utile dominium.& hoc tenet Spe.ti.de feu.§.quoniā.uersi.xl. Et primo pſuadetur sic.Nā à iure humano imperatorum dominia descēderūt.viij.di.quo iure.quia b dominus omniū est imperator[b] ut l.deprecatio.ff.ad l.Rhod.de iac.& l.bene à zenone.C.de quadri.præscri.ergo nō est hęc,nisi quidā naturalis reuersus fauorabilis.Ratio quia casus uidentur expressi.ff.ad l.Iul. maiestatis.l. fi.& C.eo.l.pe.& in auth.ut nulli iudices.colla.ix.in fin.In quibus dicitur omnia bona dānatorum hoc crimine cōfiscari. Tertio uidetur de hoc tex.in ratione cum gl.ff.de dā.infe.l.si finita.§.si de uectigalibus.ubi patet,ꝙ si possidēs fundū uectigalē,siue cēsualem nō cauet de dāno infecto, propter eius cōtumaciā fit missio in possessionem iuris sui.Et idem in feudatore emphy.& libellorū,ut ibi not.Quarto hoc uidetur tenere glo.Cy.& Iac.de Are.in l.si qs in tātā.C.unde ui. In simili uidetur, ꝙ si emphyteota,siue uassallus inuadit, cadit à iure suo,& trāsfertur in inuasum,ꝙ dictā l.Bar.& alii tenēt totū cōtrariū,dicētes,ꝙ licet uassallus illud directū dominiū perdat,tamē nō applicatur fisco,sed ad dominū reuertitur primo,qa propter peccatū nocētis,innocēti pœna inferri non debet.Ideo dicit lex,ꝙ alieni puta mariti, criminis infortunio res uxoris cōstringi nō debet.C.de dona. inter ui.& uxo.l. res uxoris.in prin.facit ff.de pu.uec.& con.l. cotem. §.si dns.ubi dicitur,ꝙ si mādāte,uel scīēte dño nauis illi citę merces impositę fuerint,nauis cōfiscatur.Secus uero,si ignorāte,licet inuectores pro delicto proprio capite puniātur.facit au thē.de eccl.ti.§.si qs in sua.C.de inoffi.test.l.si quis in suo.& C.de pœ.l.sancimus.extra.de cōst.cognoscētes.de his,quæ fi.à præla. quæsiuit.lvj.di.satis peruersum. Secūdo hoc probatur sic,qa alie natio in potentiorē est prohibita,ne domini conditio deterior fiat.C.locati.l.si quis curialis.& l.milites.& C.de alie.mu. iudi.cau.facta.l.fi. eo.titu. extra. capi.ij. Modo princeps est potentior,tum quia excellentior, tum quia magis priuilegiatus.

xvj.

xvj.q.ij.uer.humanum est.argu. ff.de alie.iudi.mutã.causa facta. l.iij.primo resp̃so.Tertio probatur,quia damnato,uel deportato seruo,uel filio, & bonis publicatis eorũ peculia domino, uel patri non auferuntur, ut de bo.dãna.l.j.& l.fi filius. pro quo facit in argu.C.de epi. & cle.l.fi quis presbyt.ubi patet, ꝙ si bona clerici intestati suæ ecclesiæ applicãtur,nihilominus peculiũ patrono debitũ, aut res ratione seruitutis ascriptitiæ dño,obnoxia domino,uel patrono redditur.Quarto probatur per ll.quę dicunt, ꝙ si bona liberti publicantur,nihilominus remanet patrono suũ ius patronatus saluũ. ut ff.de bo.libe.l.fi in libertũ, & ff.de bo.dãna.l.fi. §. fi in libertinũ.facit l.quæ dicit,ꝙ si res emphyteotica in emphyteosim cõcessa aliquo modo peruenerit in imperialẽ domũ, uel in aliquã curiã,ecclesia,quæ illã conc cesserit, poterit eã uẽdicare infra biennĩũ.in auth. de non alie. & emphy.§.j.Quinto de hoc uidetur tex.in x.col.quib.cau.feu. amitt.l.unica. si uassal.feu. priu. cui applic. ubi uidetur text. ꝙ si uassallus feu.priuetur,partim & ad agnatos, uel ad dominũ reuertitur per eandẽ uiam, facit c. si uassallus culpã.in ti. si de feu. defunct.mili.con.fuer.& de eo, qui inter fratres domini sui. c.j. de prohib.feud.alie.per Fede.l. imperialẽ. §.illud.in quib.Bart. reputat casum. Sexto ꝙ hoc inducit,licet priuetur uassallus nõ tamẽ transeat in fiscũ:quia dicit text.ꝙ si uassallus religionẽ ingreditur perdit feudum, sed nõ ob hoc trãsit ad ecclesiã.ut si de feu.mili.con. fue.c.qui clericus, & de milit,uassal.qui ar.bel.deposu.c.uno.& de benefi.fra.cap. uno. in fi. licet alii aliter distinguãt,ut no.Cy.C.de sacros.eccl. auth.ingressi.ubi gl.tangit. Septimo hoc probatur, quia causa, propter quã datur hoc utile dominium feudale,ipsi uassallo est quædam seruitus personalis, quam dño præstare habet.in x. coll.qui.cau.feu.alie. c.j. & quæ sit pri. cau.benefi.am. etiã obligatio fidelitatis, in qua tenetur uassallus domino,quæ etiã mere personalis est, ut ea.collat.de forma fideli. c.j. de noua fideli. forma.c.j.Modo ita est,ꝙ seruitus,& obligatio antedictæ in fiscũ transire nõ possunt:tũ quia mere personales sunt,ut proxime dictũ: tum quia opere unius hominis alię sunt ab opere alterius:ut l.nemo est qui nesciat,ff. de duo.re.ergo non transit utile dominiũ,quia separari non põt à sua causa,& facit totũ illud generale, ꝙ cessante causa cessat effectus: & illud aliud,quod datũ ob causam,illa cessante,reperitur. Octauo hoc probatur, cũ specialiter prohibetur alienari,

publicatione bonorũ ad id peruenire non põt, & ideo si testator prohibuit seruũ alienari, & in casu, quo contra fieret, dedit sibi fideicõmissariã libertatem, nedũ uolũtaria, imò etiã necessaria alienatio, etiã per modum bonorũ publicationis, prohibetur. ut dicit l. de fideicõmiss. libe. l. rogo. & l. cum uero. eo. tit. Modo feudũ prohibetur specialiter alienari. ut l. imperialẽ. alle. igitur, &c. Nono, & ultimo inducitur, quia æquitas dictat, ꝙ res redit ad eũ, à quo emanauit. Ideo dicit l. si duobus cõpetat seruitus aquæ ducendæ per eundem fundũ, & riuum, & unus utitur, & alius nõ, non utens amittit, nec ius ex usu alterius sibi conseruatur, ex hac æquitate, ut saltẽ pro parte non utentis ad fundũ seruientẽ libertas redeat. ff. quẽadmo. seruitus amitt. l. aquam. in fi. Ideo dicit lex, ꝙ expulsis hostibus, res quas ceperãt, nõ publicãtur, sed redeãt ad priores dominos, licet publicarẽtur, si hostiũ forẽt. ut l. si quid in bello. & l. si captiuus. cũ ibi not. ff. de cap. & post l. reuer. Vltimo potest induci l. cõmunis, quæ dicit, ꝙ si seruus communis accusati, uel alterius, in quo accusatus habet solũ usumfruc. ratione quæstionis de eo contra accusatum melius habẽdæ publicetur, non publicetur, nisi ius, uel pars accusati, ne alteri præiudicetur. ff. de adulte. l. si postulauerit. §. iubet. sed ista lex magis facit, ꝑ prima parte. Tertia opinio fuit quorundã, qui dicũt, ꝙ transibũt ad fiscũ, & tenebit fiscus, donec ille uassallus moriatur, seu potius, quãdiu ille tenuisse deberet, & postea ad immediatũ dominũ reuertetur. probãt per iura, quæ probare uidentur, ꝙ ubi quis est alienare prohibitus, si ex suæ personæ necessitate alienet, nõ tenet ille, in quẽ alienat, ultra tempus, in quo alienãs tenere posset. Ideo si unus de familia tenet rem prohibitã extra familiã alienari, & bona eius ueniãt, emptor non tenet, nisi pro tẽpore illius, &c. ff. de leg. ij. l. peto. §. prædiũ. & l. unũ ex familia. §. si ex familia. eod. ti. & ideo dicit lex, ꝙ si mater rogata à filio hæreditatẽ restituere damnetur de publico crimine, & bona ipsius publicentur, quãdiu ipsa uiuit, bona pertinẽt non ad filium, sed ad fiscũ. sed post mortẽ eius redeant ad filium. ut l. Statius. §. fi. ff. de iure fisci. sic si uxor, cui legatus est usufructus uillæ usque ad quinquenniũ, moritur interim, habebit, qui alias de iure habere debet. sed post quinquenniũ habebunt hi, quibus post quinquennium est legatũ. ut l. uxori usufructum uillæ. ff. de usufru. lega. Item pro hoc optime facit lex, quæ dicit, ꝙ si prælatus ecclesiæ à rege, uel imperatore tenens

feudum

feudum culpā cōmittit, propter quam feudo priuari debet, donec uiuat priuatus erit, & ad regem uel imperatorē pertinebit: ſed poſt eius mortem redibit ad ſucceſſorē.l.unica. §. fi. de capi. Corra.coll.x.& facit auth.ut nul li iudi.in §.quia uero. Præterea uide omnino hæc de pœ.cap.in quib.diſt.j.& Bar.ff. de dam.infe.l.ſi finita.§.ſi de uectigali.His ſic ſparſis elicio modo hāc concluſionem, q̄ inquantum cōcernit præiudiciū uaſſalli damnati, & illorum, quibus ipſa damnatio habet de iure præiudicare, bona feudalia ueniunt in confiſcatione generali facta ab homine, uel à iure, & non alias, neque ultra,& per hoc in ratione omnes prædictæ tres opiniones cōcordantur.per hoc enim, quòd in pœna damnati, &c. ſatisfit primæ opinioni: per hoc uero,quòd non in pœnā domini,ſatisfit ſecūdæ. per hoc enim, quòd non ultra, &c. ſatisfit tertiæ.Primū probant rationes primæ opinionis.ltē pro hoc,quia ſicut ex pœna, quæ nocenti infligitur,& innocēti afflictio inferri nō debet, ut deductum eſt, ita utilitas inde ſurgens ad nullam perſonam priuatam, etiam innocen. non offenſam in caſibus non expreſsis pertinere debet, ſed potius ad rempublicā. ut C.de mo.mulcta.l.iiij.& eſt ratio,quia offenſa reſpicit uigorē reipublicæ,de quo C.de Iudæ.l. nullus.& ideo intereſſe punitionis eiuſdem ad ipſam rempub. pertinet.ut l.licitatio.§.quod licite.ff.de publica.& l.ita uulneratus.in fine.ff. ad l.Aquil.ideo ad burſam fiſcalem reipublicæ pertinere debet utilitas huiuſmodi intereſſe,non ad aliquam priuatā. Modo, ſi aliter diceretur,ad dominū immediatū non offenſum, nō ad burſam reipublicæ pertinet utilitas huiuſmodi utilis dominii, poſtquā enim iſta duo ſunt diuiſibilia,uidelicet rectū dominiū,& utile,ſi diuiſa remanēat in fauorē reipublicæ abſq; magno præiudicio domini, dominus turbari non debet.ut d.l.ſi poſtulauerit. §.iubet. Secundo hoc ego deduco, quia fiſcus habet pro ſe intentionē iam fundatam:puta,quòd ad eum debeāt omnia bona iura, & actiones ex confiſcatione pertinere.ut l.iij.cum infinitis.C. ad l.Iul.de ui.pub.uel priua.nec repetitur.l.aliqua excipiens iura, uel bona fiſcalia, ergo in eis ſtabo regulæ, quia qui excipit à regula iam fundata, exceptionē probare tenetur. Nec facit l.imperialē.cum ſi. Primo,quia licet prohibeat uaſſallū alienare, & eum puniat,ſi contra faciat: tamen non inhibet, ne ab eo alienetur inuito,ſicut fit in confiſcatione quantum eius præiudiciū tangit,ſicut lex,quæ inhibet alie

nari id, quod testator uoluit manere in familia, non inhibet, ꝙ urgentibus creditoribus possit ab eo uendi, & alienari inuito pro tempore suo. l. peto. §. prædium. alleg. & l. fin. ff. de fun. do. Itē, quia l. illa imperialē. & aliæ similes præcedunt ll. de cōfiscatione loquētes, quæ tractant de commodo bursæ imperialis, cui nō est uerisimile imperatorem, per l. sequentem de hoc non loquentē expresse præiudicare uoluisse. ut l. sicut. §. non uidetur. quib. mod. pig. uel hyp. sol. quia ius principis semp uidetur exceptum. de iureiuran. c. ueniens. & d. l. imperialē. in fine. quod enim faciebat imperator in l. imperialem. in fauorem dominorum inferiorum, nō est uerisimile, ꝙ in sui odiū uoluerit retorqueri, cum hoc non dicat in regula, in generali, cum ibi not. per Ioan. mo. & l. inquisitio. C. de solu. & l. generali. ff. de pigno. Fa. not. Ioan. Andr. in quæstione, quam disputauit in regula, cui licet. Præterea quia certum est, ꝙ in alienatione necessaria non loquitur, cum successionē in feudum non interdicat, &c. Præterea, quia surrogatus in locum alterius, ut regula, cum quis in ius. & regula, is qui in ius. Modo princeps hoc casu succedit in locum. ut l. iij. de uia pub. alleg. ergo. Nec obst. iura feudorum per Bar. alleg. quia loquitur de delicto commisso in dominū[d], propter quod licet feudum amittatur, tamen bona non confiscantur. ut dicit Specu. ubi s. & bene. loquitur enim de feudi priua. in specie, quod non esset opus, si bona omnia publicarentur: quia cum uniuersitate transirēt. Item patet, quia dicit posse pertinere ad agnatum, uel ad filium de domini uoluntate, quod non esset possibile, si bona omnia publicarentur, potissime propter crimē læsæ maiestatis. Item quia in l. imperialē. §. illud. per eum alle. dicitur, ꝙ uassallus potest inferiorem dominum contra superiorem iuuare, quod nō potest intelligi de principe, qa ille semper excipitur, ut ibi dicitur in fine. Item non discutitur ad do. uel fiscū pertineat, sed discutitur, an ad dominum, uel ad filiū, uel ad agnatū. ergo suppo nit, ꝙ sit in illis casibus, qui de eis disponit. ergo de illo nō disponit, & referendum est ad casum possibilem, uidelicet circa confiscationē, ut ll. legibus concordētur. l. una. C. de inofficio. dot. & c. cum expediat. lib. vj. de elec. Ad id autē, quod dicit Bar. de seruitute, & obligatiōe personali dicam infra. Ad id, quòd specialiter alienari prohibita in confiscatione non transeūt. l. rogo. & l. cum uero, respondeo, ꝙ illud ibi dicitur fauore libertatis, uel potius dic, ꝙ ibi erat legata

gata libertas sub conditione, si exiret manus, seu seruitutē hæredis. Modo idem esset hoc tale feudū, quod non posset transire in aliquam personam de natura sua eo modo, quo infra dicam. Dixi in conclusione: & illorum, quibus, &c. quia quando bona confiscantur, intētio est præiudicare illis, quibus bona deberentur, si cōfiscatio non fieret, quia eoipso, ꝙ fisco applicantur, tollitur eis omnis uia in eis succedendi. ar. sumpto à contrario. ut l. Pompo. §. si & eis. ff. de procur. patet C. ad l. Iul. maiesta. l. quisquis. ubi filii à successione, & bonis parentū excluduntur, &c. & succedit fiscus loco eorū, ut dixi, & non alias. Quæro qualiter hoc exēpletur. Secūdo, quomodo nihilominus totale præiudicium tolli potest? Pro primo sic distingue. Aut dānatur quis ad ultimū supplicium hoc expresso, uel tacito, quia damnatur de crimine in quo pœna à lege statuta est supplicium, & ita ad ultimum supplicium damnari uidetur, ut l. j. §. calum. ff. ad Turpil. cum ibi not. per Barto. & bona ipsius etiam à lege, uel homine conhscātur tacite, uel expresse, uel alio modo. Primo casu subdistingue, quia aut feudū est talis naturæ, quod non durat, nisi ad unā uassalli, nec est trāsmissibile in successorē aliquem, uel personā aliam: ut in iiij colla. de feu. iur. uel comi. Vel est trāsmissibile in certos successores, sed de illis nullus supereſt. Et tunc hoc casu puto feudū reuerti ad dominum immediatum, & non transire in fiscū. Ratio est, quia morte uassalli feudum domino aperitur, ut præsupponitur. Modo talis condemnatio mortem uassallo statim infligit, saltē quo ad bona: quia statim sic cōdemnatus amittit ciuitatē, & libertatem, & efficitur seruus pœnæ. ut l. quo ad statutū. & l. qui ultima. ff. de pœnis. Sed dices, imò statim contracto capitali crimine uidetur perdidisse bona, ut not. glo. Ioan. An. in c. cum secundū, de hær. li. vj. per l. donatur. ff. de donatio. & tamen nondum est mortuus ciuiliter, nec feudū domino apertū. ergo saltē pro illo tēpore debet fiscus habere. Respondeo, & dico, ꝙ dicta gloss. quo ad hoc est falsa: quia reuera non perdit, nisi post solū ipso iure. Et de hoc est casus in l. quæsitum. ff. qui, & à quibus manumiss. lib. non fiant. & instit. de hæredi. quæ ab intesta. defe. §. per contrarium. & scripsi supra in una conclusione, licet fatear, ꝙ statim in isto crimine administrationem perdit, & est speciale, ut dicta l. donatio. In aliis secus, ut l. post contractū. ff. de donatio. in crimine hæresis loquitur c. cum secundum. & ita non obst. ad propositū. ergo redeun

do patet, quòd si fiscus caperet hoc utile dominiũ iam directo dominio consolidatum, in hoc uassallũ nõ puniret, nec eius liberos, uel successores, sed ipsum dominum directum innocentẽ, quod esset iniquũ. Pro hoc optime facit l. ratio. & l. cũ uero. de fideicom. lib. alleg. quia sicut libertas ibi debebatur seruo sub conditione, si hæredis seruitutẽ exiret, ita debetur domino ille regressus ad utile dominiũ, sub conditione, si uassallus ciuiliter uel naturaliter moriatur, &c. ergo per eandem uiam facit l. iij. de bo. dam. cum glo. l. iij. eo. tit. Aut est tale feudũ, quod potest trãsmitti in certas personas, seu successores, ut coll. de feu. quod non habet propriã naturã feud. cap. uno. Et tunc aut aliquis de illis personis successorum, in quas alias transiret de iure hoc feudum, supereſt. Et tunc quandiu persona, siue personæ huiusmodi supererunt, erit apud eos dictum feudum. Sed illis ex toto deficientibus domino aperietur, & ad eum reuertetur. Ratio est, dum supersunt illæ personæ, fiscus loco earum succedit: quia condemnatio, quo ad hoc, eis præiudicat, ut prædixi, nec agitur tunc principaliter de præiudicio ipsius directi domini. sed illis deficiẽtibus aperitur de iuris dispositiõe illud feudũ domino, & tunc fieret sibi præiudicium, quod non debet fieri: sicut in simili, si papa fecit tibi gratiam ad collationem episcopi, si cum capitulo cõferat, non ualebit, quia præiudicaretur capitulo, minus, si capitulũ solum cõferret. ut de præb. c. cum illis. & c. mãdato. lib. vj. & ne se. ua. c. uno. eo. lib. Sed si collatio epi deuoluatur ad capitulum, non poterit executor prouidere etiã propter præiudiciũ capituli. Et si collatio capituli deuoluatur ad episcopũ, poterit tunc executor prouidere: quia tunc præiudiciũ cessat. ut cle. si de beneficio. de præb. Et hoc optime probat d. l. Statius. §. fi. & dicta l. peto. §. præd. & dicta l. una. de capitulis Corra. alleg. & dicta l. uxori usumfructum uillæ. & etiam §. iubet. alleg. & ita seruata est tertia opinio ualde plane. Nunc recipio secundum casum principalem, uidelicet, ubi quis nõ damnatur tali delicto, &c. Et tunc dico, quòd bona de iure talium delinquentium non confiscantur, ut in authentica, bona damnatorum. C. de bon. damnato. nec per consequens potest sibi uendicare locum præsens. quod fallit, ubi lex in pœnam specialiter uult bona huiusmodi confiscari, ut authenti. incestus. C. de incestis nupt. & no. Pe. post Cyn. in dicta auth. bona. & tunc post mortẽ uassalli habetur eadem distinctio, quæ in primo

casu

casu supra facta est. Sed ante mortē putarem, quòd utilitas huius utilis dominu debet auferri ipsi uassallo, & dari fisco, & stare apud fiscū, quousque feudū domino aperiretur secundū naturam illius. & no. ultra dictā l. Statius. §. fi. cū aliis iuribus in proximo membro alle. & perrationem illius membri. Et in hoc etiam patet saluatio tertiæ opinionis. Et ideo in conclusione ponūtur ista uerba, & nō ultra, &c. & facit bene l. iiij. & l. una. ff. de bo. dam. Nunc ad secundam conclusionem accedo, uidelicet quo respondetur, quia reuera affertur domino immediato prę iudicium, quia habet imperator sibi non seruire, nec sibi teneri ad fidelitatem, ut uassallus. C. de episcopis & cler. l. ad similitudi nē. & l. quisquis. & C. de decu. l. nullus qui uxo. lib. x. Sed ob. l. pen. eodem titu. quia id uideretur facere, quod per alium faceret. ff. de ui, & ui arm. l. iij. §. deiecisse. extra. de restitu. spolia. cum ueniſſent. Item non est responsum ab obligationem fidelitatis, quæ non cadit in fisco. Item non est responsum ad hoc, ut quis non est compellendus inuitus habere socium. ut ff. pro socio. l. actione. §. societas. præsertim maiorē se. ut ff. de ali. mu. iudi. causa fac. l. iij. §. j. Item uidetur principi ignominiosum, si teneretur alteri per se, uel aliū seruire, & tamē ad hoc teneretur. l. fiscus. ff. de iu. fisci. Ideo Carolus fecit legem, ꝙ nullus alterius uassallus possit esse rex. no. Spe. ubi s. Quid ergo dicendū? dicit Spe. ubi supra, ꝙ istis incō ueniētiis altero de tribus modis subueniendū est. Primus est, ꝙ feudum uendatur, & princeps pro æstimatione sui utilis, & dominus pro æstimatione sui directi dominiorum partes recipiant, per l. qui solidum. §. primo. ff. de leg. secundo. ubi dicitur, quòd si testator partem prędii à republica per eum empti Titio legauit, & post eius mortem imperator uēditionem rescindi, & pretium hæredi restitui iusserit, de pretio habebit partem legatarius pro æstimatione partis legatæ, & partem hæres. Sed dices: quomodo inuitus compellitur quis uendere suū directum dominiū, cōtra l. dudū. C. de cōtrah. empt. l. dudū. de iu. deli. l. nec emere? Sed bene respondetur, ꝙ istud est priuilegiū fisci. ut l. ij. C. cōmuni re alie. & l. utere. C. de prædi. mino. etiam quantumcunque modicam partem habeat in re. ut l. una. C. de uen. re. fisc. cum priuatis. communi, & præsertim ex causa. ut l. ītē si uerberatum. §. j. in fi. ff. de rei uend. & l. si fundus. j. responso. ff. loca. & condu. & l. Lucius. ff. de euic. modo non est modica pars utile dominiū,

ergo, &c. Secundus modus est, q̃ princeps uendat suũ utile dominiũ huiusmodi ei, qui uelit, & possit seruire domino feudi. iuxta l. unã. §. ex eadem l. x. col. tit. de lege Corradi. Tertius modus, quòd dominus uendat.

a ¶ Feudum. *Nota quòd feudũ est concessio rei immobilis facta pro homagio. extra. de simonia. ex diligẽti. an autem feudũ possit alienari saluo iure domini, uide Ludo. Roma. singu. ccccxij. inci. tu habes.*

b ¶ Imperator. *Adde quòd imperator, quamuis totius mundi dominus sit, quo ad iurisdictionem, & protectionem, non tamen intelligitur dominus rerum particularium, ut not. glo. & Bar. in proœ. digestorum.*

c ¶ In fiscũ. *Nota quòd fiscus est saccus, uel locus, in quo publica uectigalia reponũtur. C. de mune. l. omnibus. & l. in prouinciis. Vel secundum alios, fiscus est camera siue bursa regis.*

d ¶ De delicto commisso in dominum. *Adde quòd sicut uasallus amittit feudum propter delictũ: ita etiam dominus proprietatem feudi. in lib feu. de contro. int do. & emp. c. domino cum emptore.*

¶ De probationibus. Rub.

Conclusio DCCXXVI.

SVPER articulis nõ admittendis, uel iam repulsis non a debent recipi testes affuturi. Et hoc uerũ, si sunt repulsi, uel repellendi ex defectu materię. Nã probationes impertinentes sunt omnino reiiciendæ. l. ad probationẽ. C. de proba. cũ si. & ea ratione, qua pro prima instantia repelluntur, ea ratione in ambabus aliis instãtiis repellẽdi sunt, cũ defectus materiæ concernat instantiã totius causæ, nõ solius instantiæ. Secus uero, si propter lapsum termini, uel ex defectu formę, quia male specificatũ. Ratio, quia testes affuturi non solũ recipiuntur respectu illius instantiæ, sed respectu totius litis, quia causa absentiæ ad omnes instantias est uniformis. Et ideo ante inchoationẽ totius litis recipiuntur, ut c. quoniã frequenter. ut lite non conte. Modo articuli non bene specificati in prima instantia, poterunt melius specificari in secũda, uel tertia: & nõ dati in termino in prima, poterunt in secunda, uel tertia dari. Et si auditor uoluerit deliberare, si articuli sunt tales, super quibus debent testes huiusmodi affuturi recipi, eos arrestet sub pœna excõmunicationis, ne illicentiati, & quousque deposuerint, non recedant: & si cõtra arrestũ, & pẽdente deliberatione recesserũt, dominus auditor non grauabit, quia super hoc pũcto potuit esse dubiũ iuris, & facti, quia potuit esse regi strum nõ uisum. Item, quia non debuit cogitare auditor, q̃ recederent contra arrestũ, & se excõ

munic

municari permitterent. Et in hoc concordauerũt omnes. Ideo appellatio inde secuta, fuit ab omnib⁹ illegitima reputata. Si tamen in hoc grauasset, tenuit maior pars, & non potuisset reponere, quia cũ testes recesserint grauamẽ uidetur irreparabile, & ita uidetur esse locus ca. cum cessante. licet equitas maneat in contrarium, quia per hoc, quòd reuocat eo modo, quo faceret alteri, uidetur satisfactũ rationi. c. cum cessante. Itẽ, quia per hoc mala suspicio cessat. Sed hoc dominis non placuit.

2 ¶ Testes. *An, & quando testes sint reducendi ad concordiam, uide Bar. & alios doc. in l. Gallus. §. ille casus. de libe. & posthu. Et quoties possint testes produci, nota in sum. confess. quæst. clxxix.*

¶ De ætate & qualitate. Rub.

Conclusio DCCXXVII.

SVPPOSITA ordinatione domini nostri moderni, quæ habet, quòd præbendæ cathedrales nõ nisi habentibus annos xiiij. cõferuntur, annus xiiij. inceptus non habetur pro impleto. ut l. si cui legetur. ff. de le. j. ff. de mino. l. iij. §. minorem autem. Nec ob. ff. de mu. & ho. l. ad rem. quia ibi in refectione, hic uero in augmẽto temporis attenditur.

¶ De præbendis. Rub.

Conclusio DCCXXVIII.

SI existens in xiij. uel in xiiij. ætatis suæ anno impetrat canonicatum, & præbendã, ac thesaurariã ecclesiæ cathedralis, expresso in nõ obstan. de defectu ætatis, & facta secũ dispensatione, hoc modo: non obstañ. quod sis in xiij. uel xiiij. ætatis tuæ anno. Volen. nihilominus, quòd & si thesauraria sit dignitas talis super dicto defectu tecũ dispensset, quo ad thesaurariam antedictam, nõ propter hoc secundum maiorẽ partẽ dominorũ ualet gratia, quo ad canonicatum, & præbendã, supposita constitutione, de qua in cõcl. supra proxima continetur. licet dominus F. & ego contra. Prima pars fundatur per c. non potest, in fin. de præb. li. vj. & cle. j. de præb. in fi. & per no. de fi. presby. ueniens. Secunda pars fundatur, quia si narraretur defectus ætatis, sufficeret, per l. quidã. ff. de re iud. & l. pe. C. de necess. ser. hære insti. qui da. tu. testa. po. in princ. cũ si. & ff. de excu. tut. l. idẽ Vlpianus. fa. no. C. si cõtra ius, uel utili. pub. l. fi. & per Cy. & per Io. And. post Ber. & allegat extra. c. statutũ. §. j. super uer. literarũ. in glo. pœnæ papa in literis. cũ ibi alle. ergo idem fortius in nõ obstantia, quę nondũ narrat imo tollit. Et quia doc. certi de nõ obstantia solũ de narratione dubitarũt. Nec ob. clausula ultima: quia

papa non habẽs pro dubio ſurreptionẽ,nõ inhabilitatẽ,nec diſpenſationẽ requirẽtẽ,quæ prouenit de cõſtitutiõe ſua, quæ eſt certa. Et quia certa in literis exprimebatur ſuper inhabilitate iuris cõis,quæ requirit diſpẽſationẽ ratione dubii occaſione dignitatis, de qua nõ cõſtabat ſub cõditiõe, ſi dignitas eſſet ſuper hmõi theſauraria diſpenſati. Et ideo nõ ob.regula,quæ de uno. ff.de iud.l.prætor.ga ſeparatorũ ſeparata debet eſſe ratio. ff. de cond.& dem.l.pater ſe.in fi.

¶De appellationibus. Rub.

Concluſio DCCXXIX.

SI in cauſa prophana appellatio ad ſedẽ apoſtolicã interiecta,fuit recepta à iudice,datique apoſtoli reuerentiales ſine termini præfixione,& ab appellato admiſſa cũ termini præfixione, facta tamen per ipſum ſolum appellatũ,adeo deuoluitur cauſa, quòd appellatus abſque alia citatione contra appellantem in partibus exequenda poteſt cõtra ipſum appellantẽ apud dictã ſedem apoſtolicam per audientiã contradictarũ procedere,per c.cordi.de appel.lib.vj.& quòd inſtrumentũ,in quo notarius narrat diſpoſitiue, qualiter a ipſo, & teſtibus præſentibus, & uocatis appellatus dictũ terminum per eundẽ appellatũ proſecutioni huiuſmodi appellationis corã iudice abſente appellante præfixum, & in dicti appellantis plenam deduxerit notitiam,probat ſufficienter in appellantis notitiam dictam præfixionẽ peruenisſe,pro eo, quia ubi ipſa termini præfixio, ſeu ipſe terminus cum ipſius qualitate, & quantitate fuiſſet eidem appellanti plene explicatus, nõ dicetur in eius notitiam peruenisſe,ſaltem plene, cum indiuidua per huiuſmodi qualitates cõcomitãtes in notitiã deducantur. c. abbate ſane. uer. pe.de re iudi.lib.vj.& l. ubi autem nõ apparet.in prin.de uerb.obli.& l.j. §.edere.ff.de eden.Notario uero creditur ſuper omnibus contentis ſub proprii uerbi ſignificatione, etiam ſi ſit uerbum iuris.l.j.C.de contrah. & com.ſtip. & l.ſciendum.ff. de uerb.obli.& no.C.de uſur.l.j.per gl. Nec obd.l.ubi autem. §. ſi quis unum. ff.de uerb.ob.Per quem.§.uideretur ſufficere, quòd intimando dixiſſet inter terminum, quem præfixi coram iudice. Pro quo facit ff. de re iudica. l. ait prætor.§.ſi iudex. C.de ſenten.quæ ſine cer.quan.l.iij.ff. ſi cer.pet.l. certũ.ff.de lib. & poſthu.l.nominatim.Dico,quòd aliud eſt ſtipulationẽ in ſe eſſe certã reſpectu naturę:aliud eſt eius certitudinẽ deduci in notitiã certæ perſonæ:ut l.cũ ad præſens.cũ duabus ll.ſeq.& cũ ibi no.Modo primo caſu loquuntur iura proxime allegant.

leg. Secundo casu loquitur conclusio nostra. Dubito tamen de prima parte huius conclusionis pro eo, quòd Innocen. Io. mo. & Gui. in Spe. titu. de app. §. qualiter. ad fin. dicunt, quòd appellatus non potest præfigere terminum prosecutionis appellationis ipsi appellati. Ratio duplex. Prima, quia nimis esset graue, quòd appellans terminum suæ appellationis prosequendum à reo metiri deberet. ut l. die. in prin. ff. qui satisd. Ratio secunda est, quia terminũ à iure indultũ appellanti ad suã appellationẽ prosequẽdã nõ potest minuere appellatus, quia hoc nõ reperitur sibi à iure permissũ, licet hoc sit permissum ipsi appellanti. c. personas. de ap. & iudici ex causa. ut c. sit. & c. abbate. eo. tit. Nec uidetur pmitti debere de bona æquitate, quia alteri per alterũ deterior cõditio afferri nõ debet. ut regula, non debet. cum concor. ibi alleg. facit regula. indultum. lib. vj. cum ibi no. & l. si idem. in fi. ff. de iur. omn. iudi. Tertiam rationem addo, quia licet reperiam bene quandoque l. citare, ut c. j. de elec. lib. vj. & iu dicem, ut ff. si quis ius dicẽ. non obtem. l. una. & partẽ seipsam. ut c. personas. alle. tamen ℭ una pars aliam citet citatione, quæ posit eam constituere cõtumacem, non uidetur hoc concessum, per l. non est singulis. ff. de re. iur. & l. nullus. C. de iudẽ. quia sic esset dare parti, quòd ius sibi diceret contra partem in partis alterius præiudiciũ. contra l. extat, ff. quod met. caus. & l. si quis in tantam. C. unde ui. cũ si. inultis. Quarto addo rationẽ, quia quis non cõpellitur inuitus agere. C. nemo age. com. per totũ. nisi indirectè, & per iudicis officium. l. diffamari. C. de ingen. manumi. Pars tamẽ ad hæc per seipsam aliam non potest compellere contra regulam prælibatam, quia hoc non reperitur sibi permissum. ergo, &c. & tamen si &c. appellans compelleretur agere, ergo, &c. Quid dicendum? Breuiter uidetur mihi sic dicendum, quòd istud dubium aliud præsupponit, cuius expeditio debet præcedere, qd est istud. Vtrũ in causis de necessitate apud apostolicã sedẽ, & nõ alibi tractãdis sufficit intimatio decreta, & intimata ad partes, ac etiã ad curiã reportata, cõtinens processum de proxi. fiendum, & iam factũ, si quis factus esset, una cũ citationibus per audiẽtiã pro exequẽdis, an uerò præcise requiratur citatio in partibus exequẽda? Et quo ad hoc, dico, ℭ puto, ℭ sit necessaria in partibus citatio exequẽda, in casu huius dubii. quia istud est regulare, ℭ absque citatione nõ proceditur in iudicio. l. de unoquoque. cum si. ff. de re iudica. Et quòd citatio, debet

debet exequi in persona propria, aut procuratoris, uel in loco habitationis, ut l.iiij. §. prætor ait. uer. sed ad domum. & ibi no. per Bart. ff. de dam. infec. extra. de ele. & causam quæ. in cle. de do. causam quæ. cum ibi not. Quod autem alle. uel alibi citatio, hoc est contra ius. ideo si reperitur statutū aliquo casu seruādum est in terminis suis. ff. de lega. j. l. quod uero. & de accus. l. in honore. §. sed cū recisa. extra, de re. c. cōstitutionem. & c. non solum. & regula, quæ à iure. & regula, quæ in argumentū. lib. vj. Modo q̄ citationum executio fiat per audientiā statutū est in casibus de cōsuetudine, in quibus quis est citatus in partibus ad totā causam ab homine, uel à iure, uel in curia personaliter apprehensus, nō autē obseruatū alias reperitur, ergo, &c. quia de primo ratio est, quia iam citatus est ad totā causam, & ad omnes actus. Ideo tales citationes sunt solum coadiutoriæ primæ generalis citationis, & operantur distinctionem terminorum. Ratio in secundo casu, qa personaliter apprehēsus non debuit recedere sine licentia. ut c. j. de iudi. cū ibi not. per Ioā. And. in nouella, ammodo præsumitur latitare. & iuxta pulchre no. Bar. in d. §. ait prætor. & Innocē. c. fi. de eo, qui mit. in pos. ubi no. quòd licet ad diffinitiuam nō possit procedi absq; citatione, quæ personam apprehēdat, illud uerū, nisi persona fuisset semel apprehensa, quia tūc præsumitur latitare, & sufficeret citare ad domum: sed ista all. cessant, ergo. Pono enim quòd papa causam, quæ inter me, & te pēdet Parisiis corā episcopo Parisiēn. te existente Parisiis, hic Romæ ad mei instantiam cōmittit huiusmodi causam auditori cognoscendam, & terminandā facta mentione de dicta lite, & eius statu, ac certa scientia, certū est tunc hic, & nō alibi tractādā fore, & tamē nullus diceret, quin citatio requireretur ad partes, & quòd intimatio non sufficeret saltem partis. Præterea licet sufficeret intimatio iudicis (quod non credo) tamen secus de intimatione partis, quia pars parti credere non tenetur. apparet ex no. Barto. in materia protestationis. in l. non solū. §. morte. ff. de no. ope. nun. Alii habent in l. in prouinciali. §. sed & ipsi prætori. & istud cō solidat quatuor rationes proxime præcedētes, & potest facere quintam rationē. Quid ergo dicemus? Certe saluo semper meliori iudicio, puto nihilominus conclusionē ueram. Pro qua unū suppono, quòd beneficiū appellationis est adeo appellāti, & appellato commune, quòd nedum appellanti, imò etiā & appellato competit, & facultas huiusmodi appel

appellationem prosequēdi.ut l. omnem honorē.C.quādo prouoca.non est ne,melius.C.de tē. ap.l.fi.§.pe.imō etiam appellan te inuito potest prosequi app.ut not.Cyn.in d.l.omnem.& l.per hanc.C.de temp.app.facit C.de appel.aut appellatione cessante.& ff.de contra tab.l.post mortem.in fi.& potissime,quādo ex consensu,& petitione appellati principale negotium ad papam deuoluitur,quia tūc in huiusmodi deuolutione tantū operatur consensus, & petitio appellati, quantum appellatio appellātis. ut d.c.cordi.cum ibi no.Secūdo supponendū puto,ꝙ quicquid reperitur actori concessum, in pāri casu reo cōcessum cēsetur, etiam si nō dicatur,in regula,nō debet actori.& l.petēte.& l.terminato.& ff.quod quisq; iuris.l. j.& ij.& extra.de mu.pe.c.uno. Hoc supposito patet conclusio supra proxima,quia si appellās suæ propriæ prosecutioni appellationis,uidelicet per eum interiectę,potest terminū præfigere.ut c.personas.& etiā appellatus apellante tacēte potest suam propriam prosecutionē eiusdē appellationis facere, ut patet per primā suppositionem,ergo poterit suæ propriæ prosecutioni dictæ appellationis,nō dico prosecutioni appellātis,sed dico suæ propriæ prosecutioni ipsiusmet uidelicet appellati terminum præfigere per secundā suppositionem.Caue,quia unus de dominis hāc rationem soluit ualde aperte,dicēs,quòd illud, quod licet actori, licet reo.Vbi est per omnia æqualitas:ut ecce sicut appellatus potest petere iudicem appellatū, quia hoc uoluit appellans:ita appellans pœnitendo potest reuerti ad iudicem,à quo appellauit,quia hoc uoluit appellatus,& præsumitur, quòd hoc uelit.Ita in proposito permittitur appellāti suæ prosecutioni terminum præfigere, quia præsumitur,quòd hoc uelit appellatus, ut si arctetur appellans, & sua appellatio per non prosecutionē deseratur,uel ut saltem ob citius tēpus datum à lege appellanti ad prosecutionem perueniatur in præiudiciū appellantis. Sed non est uerisimile, quòd placeat appellanti econtra,quia cessāt ratio prædicta,& semper tenderet ad præiudicium appellātis,quæ contra priuilegium iuris dātis sibi longius tēpus per factū arctaretur. Modo licet sit uerisimile, ꝙ in fauorabilibus quis libēter cōsentiat,tamen non ita in odiosis,ut l.inuitus.cum ibi not.per Cy.C. de procura.ergo non est rationis identitas utrobiq;,cū sequēdo opinionem aliā,quam tamē pro nunc nō puto periculosam. Pro ea facit,quia Innoc.fatetur, quòd posset prosequi citationē con

contra appellantem obtinẽdo. Et certe hoc fateor. Sed dico, quòd lõgus esset,& inutilis iste circuitus,ergo euitãdus.ut l.dominus testa.ff.de condi.indebi. quanquàm fateor illum modũ esse securiorem propter tantam authoritatem istorum doc.Quia liter soluentur quinq; rationes supra tactæ in contrarium. Ad primam dic,ꝙ hic non metitur appellans tempus suæ prosecutionis ex persona appellati,sed metitur ipse appellatus ex propria persona sua suæ prosecutionis tempus,sicut econtra appellans metitur prosecutionẽ suæ prosecutionis ex persona sua propria. Fateor tamẽ, quòd indirecte,& causatiue cogitur prosequi appellans,eoipso,quòd sequitur appellatus. Sed idem in appellato,si prosequatur appellans.Nec ualet etiã ista ratio ex alio capite, quia præsupponit appellantẽ esse actorem,& appellatum esse reum,cũ sæpe sit econtra,& sæpe sit uterq; actor: ut cum super beneficio litigatur,quilibet adiudicationem petit:& aliter dicere esset dare occasionem fugiendi semper appellanti,& nunquàm prosequẽdi.Ad secundã rationem dico, quòd per istã præfixionem appellati,de qua proxime dixi,nõ diminuatur aliquid de tempore iur.dato appellãti,nec arctatur sub pœna desertionis uenire ad prosecutionem, sicut ex propria sua præfixione arctaretur.ut c.cũ sit Romana.nec aliàs grauaretur de huiusmodi præfixione,nisi in hoc,quia indirecte cogitur ire ad defendendum se contra prosecutionem appellati.Sed de hoc grauamine non debet conqueri,cũ ius istud statuitur in eius personam contra appellatum:& tamen ius debet seruare æqualitatem inter eos, per iura alle.& facit optime totus titu.ff.quod quisq; iu.alle.& ita sunt clara motiua do.sublata. Ad tertiam rationem dico, quòd ista non est citatio partis, sed iuris,uel si est citatio partis, ista est concessa à iure,quia si cõcessa est appellanti,ergo & appellato in pari casu,per prædicta.Ad quartam rationem dico, quòd hoc modo nõ compellitur agere appellans,sed defendere,ad defensionem uero trahitur bene quis inuitus,ut l.inter stipulantem.§.j.ff.de uerbo. obligatio. Ad quintam rationẽ dico,quòd iste est specialis casus à iure permissus,per prædicta.Ad authẽ.appellatione cessante.C.de temp.ap.quod uidetur uelle, quòd appellatus posset prosequi tunc demum, cum de biẽnio solum supereſt mensis,quia dico,quòd illud authenticum ponit casum magis specialem,uidelicet,ubi nulla præcessit termini præfixio,nec citatio:

tio: sed apud locum, ubi est iudex appellationis, appellās minime reperitur ibi absq; alia citatione, uel præfixione procedere in causa appellationis propter periculum lapsus termini. Et ita non præiudicat huic casui, nec loquitur in hoc casu.

a ¶ Stipulationem. *Quid sit stipulatio, & quare dicatur stipulatio, & quæ sint de substantia stipulationis, uide Barto. in l. j. in princi. ff. de uerbo. obligatio. ubi Alexand. & Areti.*

¶ De rescriptis. Rub.

Conclusio DCCXXX.

COMMISSIO impetrata ad causam, facta auditori palatii ad instantiam filiifami. in potestate patris constituti ualet: maxime, si filius
a ante lit. cōtesta. emancipetur, [a] & emancipatus ex donatione facta per patrem uigore dictæ cōmissionis agat. Vel si non est emancipatus de cōsensu patris in bonis, in quibus patri nō acquiritur usufructus, agat. Ratio est, quia nō ius ipsius impetrantis commissionem impetrationem non inficit ipso iure, dummodo persona impetrās ad impetrandum aliàs non reperiatur inhabilitata de iure: quia si sic, tales exceptiones contingentes negotium principale possent obuici cōtra literas, & lit. contesta. impediret contra casum exceptionis, de lit. conte. lib. vj. ubi casus est. de re iudica. c. abbate. quia ibi fuit impetratus iudex delegatus pro parte monasterii illius ius non habētis. patet, quia post lit. contesta. ibi ius competit, & ualet processus. Nec mirum, siue ius habeat impetrans, siue non, iurisdictio est necessaria, per quam hoc declaretur, uidelicet illum ius habere, uel nō habere, cum æquè ad absolutionem, sicut ad condemnationem iurisdictio sit necessaria: maxime, cū omnia iudicia natura sua sunt absolutoria, ut insti. de perpe. & temp. act. §. fi. Nec mirum, quia commissiones sunt cōmunes. ut l. j. C. de diuer. rescript. Et contrarium dicere, esset inducere aut impetrationem commis. non ualere, aut impetrantem omnino ius habere, quod esset absurdum. ergo modo de iure non reperio filiumfa. inhabilitatum ratione patriæ potestatis, seu ad standū in iudicio, seu ad commissionem huiusmodi impetrādam: imò reperio, quòd in omnibus casibus pro alio, & pro se in casibus, in quibus sibi competit ius agendi, agere potest, & in iudicio comparere, imò & in omnibus casibus conueniri. ut l. filiusfa. §. sed & ipse. de procu. & ff. de act. & ob. si filius, in secundo. Nec mirum, quia contrahit, & quasi contrahit in omnibus. ut l. tam ex cōtractibus. ff. de iudi.

di.& in iudicio quasi contrahimus.ut l.iij.§.idem scribit.ff.de pecu.Sed oppo.de l.si filius.& l. longius.ff.de iudi,quia ibi speciale.ergo.In cõtrarium est ius commune.l.j.in fi.ff.ad mu.Item oppones de l.fi.§.necessitatem. C.de bo.quæ li.Sol.dic,quòd ex triplici capite alicui tollitur adi tus iudiciarius.Primo ex eo,quia actionem non habet.ut l.si pupillus.§.fin.ff.de nego.gest.Secundo modo,quia licet actionẽ habeat,tamẽ eius exercitio caret:sicut uidemus in adulto curatorem habente, qui licet habeat actionem,tamen quia administratorem habet curatorẽ, suæ actionis exercitio caret.ut l.j.& ij.C.qui le.per.ha.facta in iudicio.argu.C.de in integ.restitu.mino.l.si curatorem habẽs. Melius exemplum est in prodigo.ut l,is cui,ff.de uerbo.oblig. & l.certi condictio.§,item quæri potest.ff.si cer.pet.Tertio modo, quia inhabilis est persona ad standũ in iudicio,sicut seruus regulariter.ut l.quod attinet.de regu,iur.& pupillus,seu minor, ut l.cum minores.C.si aduer.rẽ iudi.& l.acta.§.fi.ff.de re iudi.& l.nõ eo minus.C.de procur.hoc supposito, quia cessante tertio casu,illi de duobus casibus primis non repelluntur ab agẽdo, quia non habẽt legitimam personam stãdi in iudicio.Sed pro eo,quia non habent ius agendi, seu ipsius iuris administrationem,& tales non impediuntur commissiones impetrare, præsertim si non est in eis in secundo casu,in omnibus,licet bene in casu,de quo agitur,administratio interdicta.Non enim uidetur plus obesse debere hoc, quòd exercitio careat, quàm si actione,& actionis exercitatione simul caret.Modo secundo aduertendum est,quòd de iure fforum.primo erat clausus iudiciorum aditus ipsi minori,quia totum quærebat patri.ut l.placet.ff.de acquiren.hæredi.Ideo actiones omnes,& earum exercitium soli patri competebant saluis casibus.ut l.si filius.& l.si longius.ff.de iudi.& l,filius.j.responso.ff.de procur,& l.si filius, ff.de actio,emp.& castren.pe.ut l.ij.ff.de castren.pecu. De iure uero C.data fuit in peculio aduentitio proprietas actionis ipsi filio,& exercitium patri.ut l.j.C. de bo.ma.& hac ratione usufructus qui acqui.patri.ut l.fi,§.ubi, C.de bo.quæ libe.Istud regulariter uerum, quia de iure C,in casu datur actionis exercitiũ filio,licet patris requiratur assensus.ut d,l.fi.§.necessitatem.C.de bo.quæ libe.Modo si considerem us duos primos istorum casuum,illi non concernũt inhabilitatem filii,sed defectum iuris sui,uel exercitium ipsius iuris.Et minus tertius casus, qui

ma

magis est pinguis.ergo,&c.facit pro præmissis,quia non reperitur ius inhabilitans, & edictum non est de permissis,sed potius de prohibitoriis.ergo intelligitur esse permissum.ut l.necnon. §. quod eis,inquit.ff.ex qui.cau. maio.l.j.ff.de testi.& l.ab ea parte.ff.de probatio.Quid enim scitur, dum impetratur cõmissio, qualiter agetur, an ex castrensi, uel quasi, an cum consensu, uel sine?Et hoc est fortissimũ argumentũ,quia sufficit,quod in iudicio interueniat iste cõsensus. ergo non requiritur,quòd ante in commissionis interpretatione præcedat. Nec obst.c.nõnulli.de rescript. quia hic pro alio non impetrat,sed pro seipso.Itẽ pro hoc,quia nõ refert,quis rescriptum impetret. ut l.j.& l.uniuersis.C.de preci.impera.offer, Et tangit hoc magis surreptionem,quàm nullitatem commissionis.ut c.super literis,de rescr, Et ita tolluntur not.gl.de scientia,& ignor.principis cõcedentis.in l.uniuersis.alleg.Nec obst, c.j.de rescri.lib.vj.imò facit contra,quia si inhabilitas,de qua ibi dicit,non obst.ante illud c.ut omnes tenebant per ante in cap, pia.& fuit iure nouo id inductũ per dictum c.j.Secus erit in alle. per l.j.ad finẽ.ff.ad munic. Item quia illa inhabilitas nõ uenit ex defectu iur.agendi,sed ex periculo commissionis cõmunis.ergo,&c. Vltimo hoc fortiter roboratur, quia signatiões huiusmodi commissionum non sunt nisi quædam distributiones, & ideo nõ quæritur quis impetrauerit, seu qualis fuerit,an excõmunicatus, uel procurator sine mãdato:quia semper cõmissiones ualent, & nec reciperentur huiusmodi oppositiones de stylo palatii à tempore, de quo est memoria obseruata.ergo,&c. a

¶Emancipetur. *Nota,quòd emancipare est à potestate,manu, & iure patriæ potestatis dimittere, uel liberare. Et dicitur filius emancipatus, qui à iugo, & potestate, uel manu patris est relaxatus, & sui iuris effectus.*

¶De procuratoribus. Rub.

Conclusio DCCXXXI.

SI filiusfa.ante emancipationem ad agendũ in certa causa,in qua nondũ ius agendi habere poterat,procuratorẽ constituit,& postea emãcipatus fuerit, & ius agendi, & consensum patris obtinuerit,procurator huiusmodi sine alio speciali mandato agere poterit, & erit processus bonus,& ualidus de iure: & per eadem motiua, & præsertim, quia persõna patris sufficit tempore iudicii: fortius secundum me, quia ius agendi nõ habens bene procuratoriũ constituit ad agẽdum.Et si diceremus secundũ opi.Iac.de Are.& Cyn. ꝙ sufficeret consensus etiã post

factum, ut ipsi not. in §. necessitatem. minus haberet dubiũ. Et si tenerẽ, ꝙ processus habitus cũ filiofa. agete, uel defendente in omni causa ciuili ualidus esset ipso iure, licet repelli posit ex defectu iuris agendi, & si non repelleretur, deberetur contra a eum sentẽtia ferri, sicut in quolibet maiori sine actione agente, ut l. non putarem. ff. famil. erciſc. non crederẽ forte nimis curare in iure: quia facilius resp̃oderetur ad omnia iura. Aliqui uolebant dicere, ꝙ impetratio commiſſ. non est de act. iudicii. no. Inno. de proba. quoniã contra. nec procuratorium extra iudiciũ factũ ratione eadẽ, uel fortiori: & per consequens, ꝙ ista facta per filiumfa. tanquam contractus extraiudiciales, bene ualent, sicut no. lac. de But. de procuratore constituto à minore, & iudicio habito cũ procuratore, qui ob hoc dicit iudiciũ ualidũ ipso iure. in l. nõ eo minus. alle. ad l. oratio. ff. de spon. Respondetur, ꝙ ipsum procuratorẽ debere omnino admitti ad agendũ uigore cõmissionis, & procuratorii, nõ est sequela necessaria earundẽ. Sed est ista sequela, uidelicet iudi. cognitio habenda est super hoc. ergo per no. Bar. ff. de auth. tu. l. j. post Dy.

¶ De foro competenti. Rub.

Concl. DCCXXXII.

EMANCIPATIO cleri ci filiifamil. facta coram iudice seculari ipsius patris, ualida est. Prima ratio est, quia emancipatio est actus ipsius patris, & non filii. ut l. j. C. de emanci. liber. ergo est solennizanda à iudice patris, & non à iudice filii. Facit, quia ius patriæ potestatis [a] est à potestate seculari, & nõ ecclesiastica introductum. insti. de pa. po. in prin. Secũda ratio est, quia ille est in actu uolũtario iudex, qui in actu cõtentioso iudex esset. Ideo dicit Innoc. de renun. c. quod in dubiis. in fi. ꝙ ille recipit renuntiationẽ beneficii à uolente, qui posset destituere inuitum. Sed ubi filius posset petere per iud. patrem ad emancipandum cõpelli, in his casibus apud iudicem patris agendũ foret. ut l. inter ordinẽ. C. de iurisd. omn. iud. & c. si clericus laicum. de foro compe. Si dicas ecõtra, posset apud iudicẽ filii in certis casibus. Dicam utrũque posse per no. Cy. in l. si prædiũ. C. de prẽd. mino. quę optime facit ad hanc quæstionẽ, quæ omnia uolo hic pro repetitis haberi. Ideo si agatur in insinuatione, donatio. uel alienatiõe rei ecclesiasticæ, aut de transactione super alimẽtis, per not. Cy. in l. si prædium. adiri debebit iudex illius, de cuius alimẽtis, uel donatione, aut alienatione agetur. Nec considerabitur illud, in quod effectus trãsfertur. Facit not. de præbend. is cui.

cui.lib.vj. de uerborum significa. a sicut.eo.lib. Tertia ratio est, si filii consensus in emancipatione sit necessarius, cum factum patris, qui se habet per modum agentis, est præpotentius facto, qui tenet locum patientis. ergo debet considerari in dubio. ut l. quem. ff. de rebus dub. & l. si non sunt. §. peruenianus. ff. de auro & argen. lega. Quarta ratio est, quia exemptio clericorum tendit ad libertatem eorū, sed huiusmodi emancipatio non derogat huiusmodi libertati, si coram laico fiat, imò eam auget. ergo. Quidam quintam rationē addunt, quia cap. si diligenti. loquitur in iurisdictione contentiosa. Sed nō est forte sufficiens dictū, quis potest dare tutorē pupillo clerico, non est similis materia. Sed de hoc uide per Cyn. in auth. presbyteros. situata sub b l. generaliter. C. de episco. & cleric. ubi tenet, quòd iudex ecclesiasticus. de hoc habetur aliquid de iudic. si annum. lib. vj. ubi est tex. quòd clericatus non liberet à patria potestate.

a ¶ Patriæ potestatis. *Patria potestas quot modis inducatur, uide Bar. in l. item in potestate. ff. qui sunt sui, uel alie. iur. Adde quod certi sunt modi, quibus liberatur quis à patria potestate, de quibus Spec. titu. de tut. §. iij. uer. sed quæritur.*

¶ De libelli oblatione. Rub.

Conclusio D C C X X X I I I.

SI cessionarius a rei & actionū cui non est tradita possessio rei, agat contra possessorē narrando in libello rem ad se pertinere iure dominii, uel quasi, & ut talem eam petens adiudicari de dicta cessione in libello mentione non facta, si tamen docet de dominio, & de cessione cedentis, licet de suo proprio dominio, uel quasi aliter nō docet, obtinere nihilominus adiudicationē debet. Probatur, quia appellatione dominii in libello continetur, & uenit utile dominium, secūdum Dy. Guil. de Cu. Iac. de Beluiso, & Bar. qui Bar. hoc notat ff. de except. rei iudi. l. inter. §. eandē. licet glo. & Pet. de bella pertica contra. ut ipse Bar. ibi no. & gl. ibi. Pet. alleg. pro se. l. argentum. §. si fundū. de exceptio. rei iudica. Et quia uerbum dominiū b intelligitur de directo. ut l. prima. §. quæ in perpetuum. ff. si ager uectig. uel emphyt. pe. Alii probant suam opinio. per l. per dictum. §. eandem. ibi. nam in qualicunque, &c. & per l. sed & si pignori. §. item si iurauerit. ff. de iureiurando. & per l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demonstrationi. & l. stipulatio ista. §. huius qui. de uerborū obligationibus. de hoc per Dy. institu. de act. §. aliæ. & per Iaco. de beluiso in authenti. de litig. In contrarium allegaui notata

domini Iac.de Butr.in l.emptor. C.de hæred. uel act.uendit. & l. qui stipendia.C.de procura.ubi tenet expresse, quòd nunquam quis cẽsetur agere actione cessionis,nisi de cessione faciat mẽtionẽ. Item allegaui rationem, quia quando sunt plures actiones inter se distinctæ,ex principiis diuersis procedentes, una intentata, non propter hoc uidetur intentata alia. ut l.prima. in fi.primi responsi.ff.si messor fal.mo.dix. Ideo si unam intentat, & succumbat, potest aliam intentare. Nec obst. except. rei iudic.l.si mater.§.primo.& ij.& §.eandem.ff.de except.rei iudi. cap.examinata.de iud. Tunc uero est certum, quæ actio intentatur, quando nomen eius exprimitur.ut l.certum. ff. si certũ petatur. Vel cum factum,& concludendum mediũ certæ actionis exprimitur, quia per eius principia,& finem concludendi medium bene cogitur.ut cap.dilecti.de iudi.hinc est,quòd quia diuersæ causæ diuersas actiones personales pariunt, oportet exprimere causam agendi in personali in libello.c.fi.de libel.ob. Secus in reali ubi dominiũ est causa sufficiens,ut plene not.in c.ij.eo.tit.de libel. obla. Sed ubi secũdum diuersitatẽ principiorũ diuersæ reales actiones oriri possent,ut rei uendicatio, & Publiciana:dicerẽ taliter factũ debere specificari in libello, quo sciri posset qua actione ageretur,argumẽto identitatis rationis.Itẽ,quia alias reus deliberare nõ posset. ut l.j.ff.de eden.in prin.& l.edicta.C.eo.& auth.au feratur.C.de lit.conte.& dicerẽ per consequens,ꝙ si factũ exprimeretur, ex quo deberet oriri rei uẽdicatio solum,ꝙ nũquam cõprehẽderetur Publiciana, nec econtra. Et hoc expresse tenuit do.Bar.in d.§.eandẽ. & satis apparet ex no.gl.Ioan.Andr.de reiud.c.abbate sane. lib.vj. & pro hoc alleg.Bart.l.minor.§.j.ff.de euict.Modo ad propositũ dico, ꝙ nos habemus quatuor genera realiũ actionũ:uidelicet dire ctam rei uendicationẽ,quę oritur ex dominio directo.itẽ utilẽ rei uendicationẽ, quæ oritur ex utili dominio cõpetẽti emphyt. Publicianã, quæ oritur ex quasi dominio.ut §.aliæ.alle.itẽ utilẽ rei uendicationẽ, quæ non nascitur ex utili dominio,quod sine traditione per cessionem nõ transit.l.traditionibus.C.de pac. & l.si fundum. ff. de fundo,sed propter æquitatẽ cessionis cessionario datur à lege,iuxta C.de act. & obli.l.j.iuncta l.ultima.C. de hære,uel actio.uendi. Modo his suppositis apparet, ꝙ etiam si uera esset opi.Bar.Dy.Guil.& Iac.de Bel.nihilominus ex libello prædicto non possent elici, nisi tres actiones primæ:uidelicet

cet duæ primæ, quæ oriuntur ex quasi dominio, & quarta, quæ oritur ex dominio directo, uel utili, & tertia, quę oritur ex quasi dominio ipsius agẽtis, sed ex quadã æquitate ratione cessionis. ut l. quoties. ff. de præscript. uer. ex dicto libello resultare nõ potest de facto cessionis, unde resultat dicta in ipso libello mẽtione non facta. Quòd autẽ utile dominium non transeat in ipsum cessionariũ, tenet Dy. in c. pro possessore. de reg. iur. lib. vj. & Iac. de Butr. in d. l. emptor. & Bar. in l. j. ff. de act. & ob. in ij. quæstione. licet Cy. aliter uidea tur uelle. C. de hære. uel act. uendit. l. fi. & glo. licet obscure. ff. familiher. l. plane. alleg. Quòd autem dicta utilis actio sit datiua, non natiua, determinat Bart. in dicta l. j. ff. de actio. & obliga. in dicta ij. quæstione. Vide Cy. de actio. & obliga. l. j. in ij. & tertia quæstione. post Petr. quod non transeat utile dominium, & no. glo. in l. fine culpa. ff. de rei uendic. facit l. huius rei. & l. fi rem. ff. de rei uendic. per quas Barto. reprehendit Pet. dicens ista esse multũ necessaria propter libellũ, per hoc succincte hanc quæstionem contra conclusionẽ nostram determinãs secundum se, ut uidetur. Nec potest imaginari, quòd uideatur agere uelle actione directa sibi cõcessa, tum quia sic alieno nomine ageret, quod non uideretur in dubio. not. Bart. ff. de no. op. nun. l. j. §. nuntiatio. & ibi plene. tum quia agit ex suo proprio dominio, uel quasi, non ex dominio, uel quasi, cedentis, nec de cessione mentionem facit. Fuit responsum per dominũ Nico. multum aperte. Et licet ius, ex quo oritur Publiciana quasi dominium appelletur. ut §. aliæ. alle. tamen non per hoc sequitur, quin ius cõpetens cessionario quasi dominiũ ualeat appellari. Et si nõ quasi dominiũ directum, tamen quasi dominium utile. per not. Cyn. in l. fi. C. de hære. uel actio. uendit. post Pet. Verbum enim quasi, notat improprietatem ueritati contrariam, similitudinariam tamen. ut l. ij. ff. de usufruc. ea. re. quæ usu consũ. & ff. solu. mat. l. cum dotem, in fin. Modo qui actionẽ habet ad rem, quasi rẽ habere dicitur. ut l. qui actionem. ff. de regu. iur. Modo cessionarius iste habet actionẽ ad habendum hoc dominium. ergo & sicut appellatione dominii uenit etiam utile secundum dictos doctores: ita etiam appellatiõe quasi dominii uenit quasi utile ex identitate rationis. Modo uerba libelli in fauorem libellantis latam recipiunt interpretationem. ut l. solemus. ff. de iudic. & l. inter stipula. §. Stichũ. ff. de uerborum obligationibus. quod mihi placet.

a ¶ Cessionarius. *Nota quòd ille dicitur cessionarius, in quẽ transfusa est obligatio, uel nomẽ, & debet certiorare debitorem, quòd nomen eius in ipsum transfusum sit, ipsum notificando, uel ostendendo instrumentũ, & legendo, & copiam, si uelit habere, dando. ut l. nomen. quæ res pigno. obliga. posi.* C.

b ¶ Dominium. *Quid sit dominium, & quotuplex, uide* Bart. *in l. si quis. ff. de acqui. pos. in §. differentia.*

¶ De libelli oblatione. Rub.

Conclusio DCCXXXIIII.

Si in libello narro fundũ ad me pertinuisse, & pertinere consueuisse, & peto illũ mihi adiudicari, ualet libellus: licet in libello in narratione non dixerim pertinere, &c. Ratio, quia sufficit, ꝙ libellus procedat ex præsumptionib. l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in frau. credi. Nec ob. no. Cy. C. de ed. in l. edita. in iiij. q. & gl. & do. Bar. ff. de confes. l. certum. quia illa intelliguntur, ubi in libello quis signat abnegationem: hic secus, quia postulat præsentẽ adiudicationẽ. Nec ob. gl. l. certũ: quia loquitur in cõfessione, quę non recipit uerborũ extensionẽ, quia præiudicaret cõfitenti, quod non est uerisimile ex eius mẽte procedere. Sed nos loquimur in libello, qui recipit extensionẽ. ut dixi in q. proxime præcedenti. Nec ob. l. si adulterii. §. idẽ Pollioni. ubi non satisfacit erroris existentia etiã notoria, nisi allegaretur. quia allegari uidetur cum præsumptiones, ex quibus oritur in libello, uel exceptionibus, exprimũtur. p dictũ §. Luc. ut in d. §. idem Pollioni. no. Bar.

¶ De impetra. Rub.

Conclusio DCCXXXV.

Si impetrans certũ beneficiũ tanquam uacans per decre. execrabilis. expresit etiam, ꝙ incumbens possessioni cõtra dictã decre. tenuerat possessionẽ, & illud beneficiũ, quod paro chiale existit, & curã habet animarũ, per annum, & ultra pacifice nõ promotus, & probat impetrans huiusmodi non promotionem. &c. sed non probat modũ uacandi per dictam decreta. execrabilis. non adiudicabitur sibi beneficium. In contrarium fuit alle. quia, quando ad obtinendum aliquẽ effectum plura etiam copulatiue adiiciuntur in rescrip. quorũ tamen quodlibet de per se est sufficiens ad effectum huiusmodi obtinendũ, resoluitur coniunctiua in disiunctiuã: & sufficit de altero facere fidẽ. ut c. inter cæteras. & c. olim. de rescrip. & c. ex parte, eo. titu. Sed hic sunt expressi duo modi. Vnus per decre. execrabilis. alius per decre. licet canõ. quorum quilibet de per se est sufficiens. ergo, &c. eo enim ipso, ꝙ factum exprimens modũ uacandi exprimitur, modus uacãdi uidetur expressus, cũ iuris ignorantia non sit in principe alleganda.

ganda.ut l.omni.C.de testa.& c. j.de constitu.lib.vj & satis colligitur ex no.per Cyn. post alleg. C.si contra ius,uel utili.pub.l.fi. de eo, qui narrant in impetratione rescrip. factum,ex quo ius resistens resultat,quia hoc sufficit, ut ibi no. Sicut sufficit narrare factum,ex quo notorie insurgit reseruatio generalis, secundum Fe.de Se.in tract.de re. permu. Secundo, quia in alternatiuis sufficit alteram partem esse ueram.ut l.si hæredi plures. ff.de cõdi.insti.inst.de hære.instit. §.pe.de re.du.l.si is,qui ducenta.§.utrum. & l. ille aut ille, ff.de uerborum signific. Sed dicti duo modi hic censentur appositi alternatiue,& non copulatiue.Et hoc probatur dupliciter. Primo, quia repugnantes sunt.patet,quia quòd semel uno modo uacauit,huiusmodi uacatio per nouam prouisionẽ non sublata, amplius alio modo uacare non potest, quia actus uacandi est actus priuatiuus, qui non priuat, nisi reperiat habitum,quẽ priuet.ut l.Titius usufruct.ff.de conditio.& demonst. ergo non possunt copulatiue simul stare. ut l.ubi repugnantes. & l.ius nostrum.ff.de reg.iuris. ergo recipiuntur disiunctiuè, ut uerba principis ad intellectum possibilem referãtur. ar.de fide instr.c.inter dilectos. §. cæterũ. & de præb.c.si motu.lib.vj.& l.si quãdo.ff.de le.j. & ut res ualeat. l.quoties.de uerb.signif.& facit l.falsa.in fi.ff.de condi.& demõ. Tertio hoc probat quidã, quia licet dictio,&, quæ non est implicatiua,inducat copulam,non tamen dictio,etiã,quę implicat. alleg.no.in l.si hæredi plures.& l.ille.aut ille.alleg. Sed non uideo,quòd multum faciant.Modo hic ponitur dictio,&,implicatiua. Quid dicendum? Dico standum nihilominus cum conclusione prædicta. Ratio principalis est ista,quia uno ex duobus repugnantibus pure, & dispositiue, & legitime asserto: aliud repugnans eoipso tacite uidetur esse negatum. Ideo qui dicit rem esse meam, dicit ad aliũ nõ pertinere. ut l.Pomp.§. sed & si.ff.de procu.& ecõtra.ut l.cum quæratur.C.unde ui.probat l.illud.ff.de acqui.hæ.Modo cõcursus pluriũ modorũ suppo nitur impossibilis, & repugnãs, ut prædictũ est.ergo uno modo pure, & dispositiue asserto, oẽs alii modi cẽsentur esse negati. Modo impetrãs hic pure,& dispositiue asseruit modũ uacãdi per decr.execrabilis. ergo negauit modũ uacãdi per decre.licet canon. Nec per sequẽtẽ orationẽ potest in dubio cẽseri assertum,q̃ præcedenti dispositioni est negatum.ar. ff. de ritu nup.l. quanquã.in prin. quia euitanda est contradictio.& uerba ad cõ-

cordiam reducenda, & sequentia per præcedentia moderãda, & interpretanda. ut l. nõ est nouum. ff. de legi. & l. si seruus plurium. in fi. ff. de leg. j. & c. cũ expediat. de elec. li. vj. maxime, quando sequentia secundũ contrarium necessario non includunt, sicut hic. Nam non sequitur: tenuit per annũ nõ promotus, ergo uacauit. per decre. licet canon. nisi addatur. tenuit. & canonice tenuit. Nam, ut dixi, priuatio habitum necessario præsupponit: ut l. una. §. j. ff. de iniusto, rup. & irrito testa. Pro hoc sunt sublata uno uerbo omnia argumenta in contrariũ facta. Sed diceres: ad quẽ effectum fit de nõ promotione expressio, cũ modum uacandi nõ notet? Respondeo, ꝙ fit ad aggrauãdũ psonã possessoris, & per cõsequens ad inducendum papam ad facilius contra eum procedendũ, & gratiam concedendũ. Et ideo, cum forsan fit de expressis, requirit uerificationẽ etiã probata uacatione. per decre. execrabilis. Et facillime respondetur ad c. inter cætera. per no. in c. olim. alle. Nõ insisto cũ de ista cõclusione aliqui domini ex improuiso dubitarũt. Sed salua semper reuerẽtia tantorũ doctorũ & patrũ, nõ uideo occasionẽ dubitandi, supposita decisione c. susceptũ. de rescr. lib. vj. Sed forte imbecillitas ingenii mihi, quo ad hoc, intellectum obumbrat.

¶ De exceptionibus. Rub.

Conclusio DCCXXXVI.

Si in termino assignato per auditorẽ pertinere ad uidendũ absolui partẽ actricẽ ad cautelã, ipsa pars rea prius tamẽ ad dicendũ causam, quare nõ debeat actor absolui ad cautelã, minime citata det positiones, & articulos cõcludentes de materia offensę manifestę, & rei iudicatæ, nec dicat, ꝙ excipiendo illos porrigat, nihilominus tamẽ uidentur talia excipiendo sufficienter proposita: adeo, ꝙ si auditor his repulsis absoluit, ipse grauat, & ab eo ob hoc legitime appellatur, dũmodo alias nõ peccet in materia, nec in forma, nec sint ratione calũnię, uel ex alio capite repellendi. Sed in primis uidetur, ꝙ cõclusio non procedat, qa quãdo aliquid potest proponi ad multos fines spẽ differẽtes, nõ sufficit proponere nisi dicatur, ad quẽ finẽ specifice proponatur, ne aduersarius obscurus remaneat, & incertus: & hoc siue agẽdo. ut ff. de ed. l. j. in prin. & l. Pomp. scribit. in fi. de rei uen. siue excipiẽdo. ut l. j. in fi. ff. de flu. & l. Titiæ textores. in prin. ff. de le. j. & quod super hoc pulchre not. Io. An. extra. de excep. c. pia. lib. vj. super uer. speciẽ. in gl. siue probãte. ut de proba. in præsentia. ff. de neg. gest. l. cũ actũ. in fi. & quòd ibi no. de ope-

no.

no.nunt.l.nõ solũ. §.sed & probari. & quod ibi notatur, maximè per Bart. C. de peti.hære.l.si post motã. Modo articuli de re iudi. & manifesta offensa possunt dari ad finẽ probatiõis adducẽdi super negotio principali, uel ad finẽ lit.cõt.impediẽdi. ut c.exceptionẽ.de lit.contest.in vj. & ad finẽ impediẽdi absolutionẽ ad cautelã.ut de sen.exc.c. solet.& c.uenerabilibus.§.secus. cũ §. se. lib. vj. qui fines sunt omnes specie differẽtes,ergo generalis propositio per auditorẽ merito repulsa. facit c. cũ dilectus.de or.cog.Secũda ratio est, quia reus in exceptiõe est actor, & eius partes sustinet,ut ei æqui paretur. ut ff.de proba.l.in exceptionibus. in princi.de no.opẽ.nũ.l.si prius.cũ ibi no. de excep. l.j.ergo propositio exceptionis, & propositio actionis æquiparãtur. Modo libellus nõ ualet,si solam habeat narrationẽ, nisi etiã habeat conclusionẽ,seu petitionẽ. Probatur ad literã,de elect. dudũ. Rotho.& de lit.contest.c. uno.ubi per responsionẽ ad positiones super principali negotio datas nõ fit lit.conte.pro eo, & positiones licet asserãt,& narrent,nõ tamẽ cõcludunt, neque petũt.& ita no. Host.in d.c.uno. & Io.An.ibi enim recitat in nouel.Et est ratio secũdũ eũ,quia libellus datur, nedũ ut reo actionẽ edat,sed etiã ut iudex secũdũ cum sententiã ferat,ut l.fundus. ff. cõmuni diui. uidetur expressum.C. de fideicõ. liber. l. fi.nec ob.c.cũ uenissent.de insti. quia loquitur de processũ corã principe agitato,cuius præsentia omnia purgat.ut c.j.de trãsac.& l. omnes.C.de test.ut no.Io.An.super d.c.uno.super fi.ultimæ glo. post Inn.& Host.His nõ obstãtibus cõclusioni nostræ standũ puto,quam ponit ad literã do.Bar. de excep.l.j.& ij.&iij.quæst.licet ratio, quæ ipsum mouet in iij. q. in proposito meo iudicio nõ sit bona. Pro cuius deductione pono duas cõclusiones. Prima est, & conclusio, siue petitio in propositione exceptionis nõ est necessaria. Primo hoc probo, quia non reperitur in l. expressum. ergo nõ ponendum. ut §. cõsideremus. in auth. de triẽ.& se.colla. iij. imo plus,leges plures reperiũtur formas excipiẽdi declarãtes, in quarũ tamẽ nulla cõclusio,seu petitio annectitur, quod tamẽ factũ foret,si fiẽdum esset. §. sinautẽ ad deficiẽtes.C. de cadu.tol.& sic inducuntur ff. de procu.l.itaque.ff.de act.emp. l.pẽdentem.in fi.j.responsi.ff.de exceptionibus. l. fundi.& l.fundum.& ff.de excep.rei iud.l.ij.& de pub.iudi.l.interdũ.cum infinitis. Fortiter coadiuuo, ut uidetur, quòd cũ iura de materia exceptionũ loquentia non ponant hoc, uidelicet, & in exce-

ptionis propositione conclusio siue petitio requiratur, imò magis contrariũ innuãt, ut prædixi. argui, seu probari nõ põt hoc, nisi ex rõne iuriũ, quę in actionis propositione requireretur, hoc uideretur, sicut secunda ratio partis contrariæ deducebat. Sed reuera illo modo hoc probari nõ potest, igitur, &c. Quod ita probari non possit ostendo. Nam cessante ratiõe legis, cessat lex. ut l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. pà. ergo fortius. l. extensio: ut l. à Titio. ff. de uerbo. obli. Sed rõ, quę est in libello, cessat in exceptione. ergo. Quod cesset ostendo. Pro quo aduertendũ, quòd duplex est ratio, quare libellus non est necessarius. Prima est, ut actionis genus reo edat, & de ea clare certificet. ff. de eden. l. j. in prin. & C. eo. l. edita. & C. de lit. contest. authen. offeratur. Secunda ratio, ut iudex, qui situm officium non debet regulariter exhibere nisi ad partis postulationem: ut l. j. §. hoc autem. ut ibi plene per Bart. & l. cũ postulassem. ff. de damn. infect. secũdum formam petitionis sententiam formet. ut l. fundus. l. fin. C. de fideicommiss. liber. alleg. Et propter primũ requiritur, quòd taliter factũ narretur, quod actio & causa agendi specialiter describantur. ut cap. dilecta. de iudi. cum ibi notatis. & cap. j. & ij. de libel. obla. cum ibi no. & cap. iij. eod. titu l. Propter secundum requiritur forma petitionis, ut in iuribus alleg. modo ad propositum dico primo, quòd ratio locum habet, ideo opus est factum aliter declarari, quòd ex eius declaratione resultet materia bona, & sufficiens ipsius exceptionis. Et illud est, quod uoluit Barto. in dicta. l. j. de except. in quarta quæstione. Et ita procedit, quod habetur ff. de flu. l. habeo. & quod notat Ioan. And. in dicta cap. pia. super uer. speciem. Secundo dico, quòd secunda ratio nõ habet locum in excep. quia exceptio tendit solum ad elidendum intentionẽ actoris, ut pro eo non pronuntietur secundum formam suæ petitionis, & ut reus ab ipsa actoris petitione absoluatur. ut l. secunda in princi. ff. de excep. Modo ad ista consequenda reus non habet necesse petitionem porrigere, quia sufficit actoris petitio, quia super ea iudex suã sententiam absolutoriam formare debet, si reperiat actoris intentionem non probatam, uel per exceptionem elisam. not. pulchre Innocen. de offic. delega. cum contingat. Si ergo ratio legis loqueretur in libello, quo ad petitionẽ in exceptione cesset, cessabit legis extensio, ut prædictum est, ergo, &c. Si tenerentur not. Ioan. j. quæstio. iiij. quia præsulatus, & per aliquos alios

in

in c.cum ecclesia Sutrina. de cau. poss.& ibi tãgit aliqualiter Ioan. And.in nouel.faceret pro. Item si teneretur opinio Innocen.posita in d. c. uno. de lit. contesta. quam tamen reprobat Hosti. & tangit ibi Ioan. Andr. in nouel. etiam faceret pro. Secunda conclusio, quo ad hoc, est ista: quãdo ad partis actricis instantiam ad uidendũ pro ipsa parte actrice certum articulum iudicialiter expediri,& reo est certus terminus assignatus, & reus comparens in termino dat certos articulos,& positiones, quorũ materia si probata foret, esset sufficiens ad elidendum intentionem actoris circa articulum illum,quanquam ad multos alios fines materia talis dari possit,& quanquam reus ita dando se in aliquo non declaret, nec aliud dicat:censetur tamen specialiter hoc casu dedisse ad istum finẽ, uidelicet excipiendi,ne ille articulussecundum intentionẽ actoris expediatur.In ista conclusione concordat Barto.in d.l.j.iij.q. iij. Et ita intelligo eius dicta,licet ratio eius mihi non placeat, ut prædixi.Ratio huius conclusionis est,quia intentiones ipsorum agentium secundum naturam subiectæ materiæ, de qua agitur considerandæ sunt.& recte probatur.in l.uulgata, si uno anno.in prin.ff.de loca.cum concor.fa.de fid.instru.cum inter dilectos.§.cæterum. & de or.cog. cum dilectus.& de testa.si pater. lib. vj.not.Cy.C.de prædi. rura. l.fi.lib. x. Modo in isto termino non agitur in suppositi, nisi in huiusmodi articulo, ergo quicquid tunc dicunt,uel faciũt partes:ad istum articulum solũ referenda sunt. Item in isto articulo interuenit actor,ut prosequatur suam illius articuli expeditionem: reus uero, ut eam impugnet. Modo arma reorum impugnatiua actoris sunt exceptiones.ut insti.de excep.in prin.ergo animo impugnandi, & per consequens excipiendi uidentur dictæ positiones, & articuli esse dati. Et per ista responsum est ad duas rationes in contrarium allegatas. Dixi in conclusione,prius tamen non citata, &c.quia si prius esset citata, adhuc sibi obstaret termini lapsus. ut c.coram.de restit.in integ. & c.pastoralis.de excep. cum simi. Caue tamen, quòd non allegetur nullitas excõmunicatiõis ex defectu iurisdictionis, quia tũc exceptio de re iudic.uel offensa manifesta admittenda nõ foret, nisi primo manifeste de iurisdictione cõstaret, ut pulchrè not. Inn.in c.solet.alle.in gl.sua magna additionali,post prin.secũdæ colum. & ibi ratio, cui iudicio meo responderi nõ potest. & hoc sequitur in conclusione infra proxime se.

¶De

¶De exceptionibus. Rub.

Conclusio DCCXXXVII.

PETITIONI absolutionis ad cautelã non bene opponitur excep.rei iudi.[a]uel exceptio manifestæ offensæ ex sola non petitione rei iudi.contractæ,in casu uidelicet,ubi ex defectu iurisdictionis,uel erroris,uel expressi nullitas allegatur:uel quia post appellationem legitimam dicitur excommunicatio lata per illum,cuius iurisdictio non negatur, sed potius à partibus approbatur,& per cõsequens non sufficit in exceptione deducere existentiam iurisdictionis,sed oportet ultra deducere notorietatem iurisdictionis eiusdem, quodq; ad deductionem notorietatis huiusmodi non sufficit deducere existentiam,& existentiæ publicã uocẽ, & famã simul.Ista conclusio habet tres partes. Prima pars est Innocen.in ca.solet.& ibi ratio, cui iudicio meo nõ est responsio,quia sentẽtia nomen rei iudicatæ non habet,nisi sit lata à iudice competẽti.C.si nõ à compe.iudi.per totum. Aut enim cõstat manifeste de iurisdictione, aut de non iurisdictione:aut nõ cõstat manifeste de uno,nec de altero,sed dubium est.Primo casu non potest peti huiusmodi absolutio ex defectu iurisdictionis,cum de ea constet manifeste.Nec secundo casu,cũ tunc de nullitate excõmunicationis constet manifeste.Tertio solo casu, uidelicet, cum de iurisdictione dubitatur,est locus petitioni huiusmodi.Sed tertio casu nõ potest dici res iudicata manifesta, nec per consequẽs offensa non parendi ei,quia nullo modo sciri possit,an sit res iudicata,nisi sciatur iurisdictio illius,qui eam tulit.ergo nec unius sine altero potest esse notitia manifesta.Caue tamen,quia,an sola iurisdictionis negatio faciat iurisdictionem dubiam,ẽst uidendum. Circa quod dico sic,quia aut intentio negantis fundata est ex dispositione iuris communis,& tunc sola negatio facit rem dubiam, quia probabilis,imò iam probata:ut si ille,qui de iure cõmuni non est iudex,excõmunicauit:& ita procedit l.iij.C.qui. ad liber.procla. non licet. Aut econtra intentio iudicis,& eius iurisdictio fundata est de iure communi,& tũc negatio est improbabilis,& per cõsequens nõ facit rem dubiam,secundũ not. Cy.C.de procur.l.j.Et hoc uerũ, nisi allegaret,& probaret exceptionem saltẽ semiplenã,& tunc redderet iurisdictionem dubiã, & per consequẽs non rẽ iudicatam,& offensam.no.Cy.in *d.l.j.*

¶Secunda pars cõclusionis nostræ non ponitur expresse per Innoc.& unũ supponit,& aliud disponit.Supponit enim, quòd etiam

etiam si iurisdictio negetur per petentē absolutionē ad cautelā, nihilominus tamen potest excipi de re iudicata, & manifesta offensa, dummodo in exceptione existentia iurisdictionis deducatur. Secūdo disponit, quòd deductio existentiæ iurisdictionis debet notorietatem cōtinere. Primum patet. Tū quia text. dicit contra petētē absolutionē ad cautelā, uult simpliciter posse excipi de manifesta offensa, & re iudicata. ergo & poterit isto casu: aliàs esset dicere, quòd sola negatio unius partis tolleret ius alterius, quod esset iniquū. Tum quia hoc casu cessat ratio Inno. quia constito de iurisdictione eius, non cessat ratio, ut dixi. Præterea quia satisfit iuri, cū talis exceptio infra octo dies sit probanda, & ita nō plus impediretur processus, quàm aliàs. ergo, &c. Secundo patet, ubi quis habet probare notorietatem, non sufficit probare ueritatē, ut ipse Inno. ponit in casu nostro in d. c. solet. Modo hoc casu probanda est notorietas. ergo, &c. Tertia pars conclusionis, quæ fuit ualde dubia apud multos, & quasi apud maiorē partē, apud me est satis clara. Nā nō probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. neq; natales. l. non epistolis. & l. ad probationem. C. de proba. licet modo hoc sit bene, quòd nihil potest notoriū esse, nisi uerū: ut no. Inno. in c. tua. de coha. cle. & mu. tamen potest aliquid esse uerum, & de illo esset publica uox, & fama, & tamen non esset notorium. Ratio est, quia ut not. Innoc. in d. c. tua. ista est differētia inter cōmunē opinionem, & publicā famā. Et dicit Inno. de uer. signi. uenien. ad fi. in se dicitur continere manifestum, & notoriū, quia fama, & cōmunis opinio non habēt originem à scientia certa, sed plerunq; à suspicatione sola, & incerto authore. ut de conse. distin. iij. c. statutum. aliàs sanctū. Sed manifestum, & notoriū semper procedunt à scientia certa: non dico unius, uel duorū, sed totius populi, uel maioris partis. Hinc est, & licet testimonium super notorio sit super scientia certa, tamen testimoniū super cōmuni opinione est solum super credulitate. Ideo licet communis opinio possit esse de lōge præteritis, tamen notoriū non est, nisi de præsentibus, uel proxime præteritis. ut no. Inno. ibi in d. c. ueniens. Fallit, quādo huiusmodi certa scientia est in memoria populi certitudinaliter reseruata, sicut de Christi passione. Vide Ioā. Cal. in cōmento c. uestra. in descriptione notorii. Modo ad propositum, ergo potest esse uerū, quod ponitur, & probatur per duos testes tanquàm uerum, qui nihil de notorietate scirent

depo

deponere,& probare,nihilominus cõmunẽ uocem,& famã per illos,qui de ueritate dubitabãt. imò per præmissa patet,q̃ etiã idem testes poterũt deponere, uidelicet de ueritate,& fama,& nihilominus notorietatẽ ignorare,aliàs negare.per hoc credidi unam absolutionẽ cuiusdã domini,qui repulsus tali exceptione concessa fuerat,& à qua extiterat appellatum sustinere, nõ obstañ.quòd notorietas iurisdictionis probaretur per duo instrumenta super confessione partis facta iudicialiter cõfecta, quia dicebatur dicta duo instrumenta nõ probare,pro eo,quia licet pro ordinario producta fuissent,tamẽ pars non fuit citata ad dicendũ contra,nec petita citatio huiusmodi, nec negata, modo talis defectus per iudicẽ appellationis suppleri non poterit,obstañ.clem.appellanti.de appel.sed quasi non potui exaudiri,sed non uideo causam.

a ¶Exceptio rei iudicatæ. *Nota quòd exceptio rei iudicatæ non potest opponi,quando fit super eadem re,& quando est ex eadem re,& quando est ex eadem causa,& eadem persona.*

¶De præbendis. Rub.

Conclusio DCCXXXVIII.

CANONICVS sub expectatione prebendæ papalis post mensem potest præbẽdam uacantẽ acceptare,dũmodo res sit integra,ut quia nõ sit collata alteri,nec sit alius impetrãs apostolicus, cui non currit dictus mensis.Cõtra cõclusionẽ uidetur c.si clericus.de præbẽ.lib.vj. à contrario,qa in eo,quod dicit, q̃ potest aliã uacaturã acceptare,de ea,in qua fuit negligens, negare uidetur.arg.ff.de iudi.l. cum prætor.cũ si.Præterea,quia hoc uidetur tenere glos.in cle. cũ ei quẽ.de cõcess.præben.in fi. ulti.glo.Sed pro cõclusione est glo.in d.c.si clericus.& probatur ratione,quia recepti authoritate apostolica in canonicos iure suę receptionis,& ratione sui canonicatus in præbendis uacãtibus omnibus,& aliis alia authoritate uenientibus præferuntur,& eas uacantes,ut sibi debitas, petere possunt:& si petant collatio alteri postea facta nulla est ipso iure:ut c.cũ qui.& c. hi qui.& c.si postquàm.de præben.lib.vj.& de rescrip.tibi qui. li.vj.Nec mirũ,quia hic sunt duo iura in eadẽ persona cõcurrentia,uidelicet receptionis, & canonicatus,& uires literarũ apostolicarum,ergo habetur perinde,acsi in diuersis personis residerẽt.ut l.tutorẽ.ff.de his,quib. ut indig.Modo ita est,quòd si non haberet,nisi canonicatum, absq; tẽporis limitatione præbẽdam nulli alii de iure debitã petere posset,ergo,&c.ut in iuribus

bus allegatis.& c.si clericus.alleg.Itē probat ratio.nā cui iure suo competit optio,electio,uel acceptatio extraiudicialis,si prefigitur sibi terminus ad hoc faciendū,& in illo sit negligens, post terminū re integra potest id facere.ff.de op.leg.l.mancipiorū. & c.si tibi absenti.de prēben.lib.vj.& quod no.Inno.in cano.quasi recte simile.de elec.cū in cūctis.in glo.dū mensiū.in fi. Dixi:in extraiudicialibus, propter hoc,quia in iudicialibus est contrariū,propter iudiciorū authoritatem,quādo tamē terminus peremptorius studiose assignatur.ut de resti.in integ.c.coram.& de excep.pastoralis.Et dixi studiose,propter not.mea in una conclu.ꝝ.licet etiā in iudicialibus non sit hoc clare expeditum.Nec ob.c.si clericus.quia intelligitur, dum subauditur,ui delicet,si iam alteri collata erat, quod finis literæ innuit,& ut iura iuribus,& rationi concordēt. Glo.uero clemē.intelligatur eo dem modo.Vel cū est alius impetrans aut respectu habito ad uires gratiæ.Dico tamē,ꝙ executor non potest prouidere obstante forma mādati.ut c.ei cui. de prēbē.lib.vj.Si enim ad gratiæ totalem extinctionē hoc determinat.c.si clericus.fortꝫ quo ad speciei de genere subtractionē,quia quo ad alios gratia remanet firma,& ita nō agitur de præiudicio tantū.Pro conclusione facit bene not,argu.in d.c.si clericus.& c.si tibi absenti.alle.

¶De præbendis. Rubri.

Conclusio DCCXXXIX.

SI QVIA tu obtinens præbendam Rothoma.obtinuisti gratiam à papa de præbenda Parisiensi certo modo uacatura, te offerens in assecutione Parisien.dimittere Rotho.impetrauit tuam præbendam Rothoma. dum ipsam uacare cōtingat per assecutionem antedictā,& post ea à papa impetrans,quòd possis dictam præbendā permutare cū alio beneficio,& nihilominus præbendā Parisien.assequi de mea impetratione mentione nō facta,huiusmodi impetratio tua secunda est nullius momēti, tanquàm surreptitia.Sed contra cōclusionē uidetur primo,quia cū principis priuilegiū late interpretando uergeat in alterius præiudiciū,seu aliquo casu uergere posset,sed stricte restringēdo ad certum casum,in illo ualere posset absq; alterius præiudicio,non est tūc nullum ipso iure,sed ualet.Sed restringitur sic, ut non præiudicet.Sic loquitur c.tibi qui.& c.quāuis.de rescrip. & c.cum in tua.de consuetu.lib. vj.& c.super eo.de offi.deleg.c. licet in corrigendis.de offi.iud. ord.de auth.& usu pal.c.ex tuarum.

rum.de deci.c.ex multiplici. Et ita loquitur l.ij. §.merito.& §. si quis à principe.ff.ne quid in loco pub. Neq; mirum, quia casu, quo cesset præiudicium, cessat ratio prohibitionis,& infectionis.ergo,&c.per iura communia,quæ habent,quòd cessante causa,&c.Modo tua secunda impetratio,de quo supra,potest sortiri effectum absq; præiudicio tuo iure impetrationis: uidelicet in casu, in quo uacatio per modũ per te expressum non potuerit euenire. Pone enim, quòd modus primus à te expressus, per quem præbenda Parisien. sperabatur uacare,erat per contractum matrimonii de Titio eam obtinente fiendum.Iste modus est reducibilis ad impossibilitatem multis modis,ut si Titius efficiatur professus religionis.ut c.beneficium.de reg. iur.libr.vj.uel in sacris ordinibus constitutus.ut c.uno.de uoto.li.vj.Vel renuntiet.ut c.fusceptum.de rescriptis.li.vj.uel moriatur: quia mortuus non contrahit.Vel ego primo moriar, uel renuntiem gratiæ meæ,quibus casibus mea gratia posset sortiri effectum istum,uidelicet, quòd etiam si mea impetratio ex aliquo de capitibus prætactis non possit sortiri effectum,nihilominus per unam regulã datam in cancellaria,prębẽda ipsa Rothomagensis remaneret affecta,sic quòd reseruatio permutationis fienda in partibus impediretur, quod impedimentũ tollitur per concessionem dictę tuę secũdę impetrationis.& ista est magnus effectus,ut uidetur. Præterea apparet alius effectus maximus,quia si præmoreretur, tolleretur impedimẽtum oblationis,& mandati de dimittendo Rothomagen.ergo,&c. Secundo hoc idem probo sic,quia licet concessiones priuilegiorum,cuiusmodi est ista, recipiãt interpretationem restrictiuam, & limitatam, ut iuribus omnibus supra alleg.ff.de uulga.l.ex facto.C. de testamen.l.si quando.de electio.c.cum ecclesia uestra,de deci.c.ij.lib.vj.de priuilegiis.c.abbates.& c.ne aliqui.tamen non recipiunt ita interpretationem destructiuam.ff.de lega.j.si quando.ff.de uerbo.obligatio.l.quoties.ad municipa.l.j. in fi.de uerbo.signifi.abbate.de priuileg.c. motu. etiam si sequi inde debeat aliquale præiudicium tertii.ut c. ad apostolicæ. de priui.lib.vj.cum simi.Ita intelligit glo.dictũ §.si quis à principe.ubi dicit, quòd modicum præiudicium potest auferre,&c. Itẽ no.in l.nec auus.C.de eman. libe.& l.quotiẽs.C.de preci.impera.offe.ubi hoc probatur,uidelicet, modo hic permitteret ex toto,gratia,& interpretatio, quam dixi nullã,uideretur præiud

iudiciũ posse adferre, ergo, &c. Pro conclusione tamen uidetur argui sic, quia rescriptũ gratiosum, per quod præiudiciũ alteri
a afferretur, [a]ab initio est inualidum, ut probant iura allegata, & maxime in d.l. quoties. & de rescrip. constitutus. Non enim est, nec esse præsumitur de more seu de mente principis hoc. ut §. si quis à principe, & §. merito. & l. nec auus. alle. maxime dum ignorat. ut ff. de pact. l. tres fratres. & de transac. l. cũ Aquiliana. & l. sed mater. C. de inoff. testa. no. ista duo per gl. in d.c. super eo. modo sic est hic. Nã gratia mea totaliter extingueretur, si tua secunda impetratio effectu præsens, & pura, præsentem sortiretur effectũ. Facta enim renuntiatione, ex causa permutationis tolleretur omnino spes uacationis expressa in literis meis, ergo, &c. Nam secundum hoc est omnino peremptoria, & nõ dilatoria ista. Et ita recte habet locũ l. quoties. alle. nec potest dici permutatio pendere ex futuro euentu, quia collationes beneficiorum sunt actus legitimi, qui nõ dependẽt. ut de elec. c. ij. cum ibi not. lib. vj. & ex huiusmodi pendeñ. multa inconuenientia sequerentur: præsertim in beneficiis habentibus cu ram, & excommunicandi potestatẽ, quia sic penderet excõmunicatio cõtra c. præterea. de appella. & ibi notata per Inn. Præterea quia non põt afferri præiudicium minus, uidelicet dilatorium. ut c. tibi qui. & c. quamuis. alle. ergo multominus peremptoriũ, quod grauius est. ut l. quoties. alle. Et hæc ratio uidetur fortis prima facie, si bene uideatur, & inducatur c. quamuis. per hoc patet primã rationẽ esse sublatam, quia ipsa perẽptio speciei est præiudicium totale, quod statim affertur, quia permutatio nõ potest esse in suspenso, sicut est dictũ. nec obst. ratio secunda, quia in perplexo melius est illi, qui iam habet nõ auferri, quàm ei auferri, & alteri, dari. quia non debet unũ altare discooperiri, ut aliud cooperiatur. ut l. assiduus. §. except. C. qui po. in pig. ha. & l. ut uirtutũ præmia. C. de sta. & ima. quid dicendũ in contrarium fortiter facit, quia tu potuisses absque alia impetratione superioris dictam præbendã Rothomageñ. renuntiare, & superior renuntiationẽ admittere, & tamen per hoc solum mea gratia perimeretur ex toto, ergo ex impetratione nõ insurgit mihi hoc præiudicium, & per consequens ratione talis præiudicii surreptitia reddi nõ potest. Primum patet, quia papa mihi talem gratiã concedendo, non fuit intentionis, impedire te in renuntiando, nec ordinarium in renuntiationem recipi-

endo, nec tibi, nec ordinario talia iuris communis beneficia auferre. per iura supra alleg. Ideo tenent Io. And. Pau. & Gezel. in clemen. de rescrip. literas. quod propter gratiam unio non impeditur. Quando enim conditio ponitur in potestate grauati dispositio ipsa adeo debilis est, quòd licet grauato eam deteriorare. ut l. qui balneũ. §. amplius. ff. qui pot. in pig. ha. & c. si prote. de rescri. lib. vj. Modo ita est de ista, quia in potestate sua erat assequi. Eo enim ipso, q̃ conditio apponitur in potestate grauati, uidetur grauato data potestas etiam non implendi. ut l. cũ ab eo. uersi. si uero sub cõditione. ff. de contrahend. empt. imò & cõtraueniendi. ut l. si gratuitam. §. j. ff. de præscript. uer. Nec obstant iura, quæ dicunt, quòd si per te stat, quominus habeas possessionem secũdi incompatibilis, &c. c. commissa. de elect. lib. vj. & de præben. licet episcopus. eo. lib. quia loquitur in iam prouiso, qui uolũtarie postquã prouisioni cõsentit, resilire non potest. Nos loquimur in non-dum prouiso, qui solo consensu non potest resilire. ut c. si electo. de electio. lib. vj. & c. gratiæ. de rescrip. in clemen. Nec ob. quòd te obtulisti dimissurũ, quia plus facis, si ante dimittis. Nam licet primum necessarium, istud non necessitatum remanet uoluntarium. Patet secũdum dictũ principale huius articuli per c. susceptum aliæ. de rescript. lib. vj. Patet tertium dictum, scilicet modus, seu consequentia ipsius argumenti, quia gratia in dubio solum refertur ad ea, quæ de iure communi non competunt. ut c. cum aliquibus. de rescript. lib. vj. & c. licet. de offi. ordina. & ff. ad munic. l. j. Modo de iure communi competit facultas renuntiandi, licet non permutationis impetratio, ergo non ad renuntiationem, sed solum ad permutationis consummationẽ referri debuit impetratio, & si referretur ad id, quod de iure communi alias competeret surreptitia uocari non posset. Sed dices, quòd, quia renuntiatio sit causa permutationis, & propter eam fit, quod aliter non fieret, non ipsa renuntiatio, sed permutatio est attendenda. Nam quando unum propter aliud attendi tur, solum id propter quod, & reputatur solum unum. ut l. fi. ff. de dona. & l. filio. ff. de condi. & demon. tu cogitabis.

a ¶ Præiudicium alteri afferretur. *Nota, quòd præiudicium alteri affertur, seu cõtra alterum committitur, quando lite pendente pro altero sententiatur, & quando una parte absente altera auditur, & quãdo quis contra ius condemnatur, & quando quid furtiue usurpatur, item per quodlibet factum iniuriosum.*

¶ De

¶De probationibus. Rub.

Conclusio DCCXL.

2 SI à te uēdico [a] castrum, quod possides, & quod nunquam ego possedi, tanquā ad me pertinens iure dominii, uel quasi, & probo per testes, quòd pater meus possedit, ac dum uixit, habitus, & reputatus fuit pro domino publice, & cōmuniter, ac notorie, non sufficienter, probo ita, quòd absolui debes à petitione mea, nisi aliud probē. Ratio est. Aut diceres hoc casu dominium esse probatum, aut quasi. Sed neutrū potes dicere, ergo, &c. Primo non potes dicere, uerum dominium esse probatum, quia licet illud sit opinio Placē. quòd possessio cum tali reputatione dominii præsumptionem sufficiēter inducat. per l. litibus. & l. si coloni. C. de agri. & censi. lib. x. & l. Titia. ff. de solu. Tamē doct. eam reprobant. in l. cū res. C. de proba. per Cy. & Bart. in l. quidam in suo. in fi. ff. de condi. insti. Vbi glo. de hoc tangit. Vbi dicit Bar. in effectu, quòd ubi dominium reducitur principaliter siue per actionis, siue per modū exceptionis, post actoris, intentionem iam fundatam oportet plene probare: nec sufficit possessio, uel fama, ut ff. de rei uen. l. in rem. & l. is qui destinauit. & l. ita si fur. ff. si cerum pe. & C. de non nu. pecu. l. j. & quod ibi not. & C. de proba. l. siue possidetis. & quod not. eo. tit. l. iiij. l. cū res nisi cum agitur contra uiolentum. ut l. si quis emption. C. de præscript. xxx. ann. Secus si incidēter, &c. ut no. l. si cui. §. si quæratur. ff. si ser. uen. & d. l. quidam in suo. & fa. no. Cy. C. quę sit lon. cōsue. l. ij. in iiij. q. principali. in fi. ij. q. nec. obst. ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. pen. quia & de cōtrario constabat, & hoc si positio præsens est. Secus enim si de præterito, ut in casu nostro. & l. quæ nondum sunt. §. quod dicitur. ff. de pig. & quod no. C. de solu. l. mater. & not. Cy. in d. l. cum res. & quæ solent not. per doct. insti. de act. §. itē Seruiana. Item secus, si per modum exceptionis ante fundatam intentionem actoris, quia tunc possessio sufficit. ut l. ob. maritorū. & ibi glo. C. ne uxor pro marito. de priuile. fisci. l. j. & ibi gl. facit de solu. l. Titia. & l. litibus. hic alleg. Sic intelligitur no. in l. cum res. & l. iiij. de proba. C. & l. at qui natura. §. si cum. ff. de neg. gest. secundum eum. Item non potes hoc dicere de quasi dominio causato primo in personam patris, & trāslato etiā absque aditione in personam filii. ut l. in suis. ff. de libe. & posthu. Aut de quasi dominio creato de nouo in personā filii. Sed neutrum dici potest. Primum enim dici nō potest. Nam quatuor in citatiōe huius actionis necessario requiruntur, scilicet,

licet traditio iusta, causa traditionis, uera possessio, & amissio possessionis. De duobus primis, & de quarto est text. ff. de pa. l. j. & ij. & iij. & per to. & §. aliæ, insti. de act. Tertiũ determinant doct. in Cy. in d. l. cum res. quia usucapioni æquiparãtur. ut l. siue. §. hæc actio. ff. de publi. in qua hoc requiritur. ut l. fi. ff. pro suo. licet fallat in casu. ut l. si ergo. §. partus. ff. de pub. & l. sed & si res. §. si petenti. & l. siue autẽ, in prin. & §. j. & ij. ff. de pu. & ibi est aliquod, quod loco traditionis habetur. Modo licet hic probetur possessio, non tamẽ probatur traditio facta ex causa. ergo nec ualet depositio communis opin. & famę: tum quia illa non refertur ad quasi dominiũ probandum, sed ad dominium, & in illius probatione est sufficiens secundũ omnes. tum quia si ad quasi dominium, uel eius uera principia referretur, tamẽ plenam probationem non faceret, cum uix ualeat semiplenam, secundum no. ff. de testi. l. iij. §. eiusdem. & per Spe. tit. de fama. Sed diceres forte, quòd ista cõmunis opinio, reputatio, & fama facit communem errorem, qui habetur loco tituli, ut ff. de publi. l. sed & si. §. Marcellus. & §. si à minore. & pro emp. l. secũda. §. si à pupillo. & §. se. Sed nõ ob. ll. prædictæ, quia loquuntur, & intelliguntur de iusto errore, ut l. Celsus. de usuca. iustus autẽ dicitur error, quando subest iusta causa errandi. ut l. nec ulla, ff. de pet. hære. in princ. & patet in omnibus ll. alleg. Modo ꝙ possidens, qui habetur pro domino per omnes, & per publicam uocem, alius ab ipso possidente ipsum dominum reputans à cõi opinione, & fama, habet iustum errorem, cum ille tunc in facto proprio erret. l. fin. ff. pro suo. Hinc est, quòd licet possessor possidentis posset illam cõmunem reputationem si possideret, uel si à possessione cecidisset, sibi pro titulo allegare. l. qui in alterius. ff. de regu. iur. tamen ipse possessor, uel eius persona hoc allegare nõ potest. per prędicta. & hanc distinctionem ponit in effectu pulchre Bart. ff. de usu. l. Celsus. Secũdum uero mẽbrum principale dici non potest, tamen æquiparatione suppositia publicatiõe, & usucapione. de qua supra per l. nihil. C. de hær. tamen quia licet in trãslatione dominii, & per consequens quasi dominii. Fallunt regulæ, quia traditio non requiritur. ut l. cum hęredes. ff. de acquiren. poss. in prin. l. fi. C. communia de le. l. cum pater. §. surdo. & l. legatum. de leg. ij. cum in creatione noua dominii, uel quasi dominii non reperio eas fallere. Nec obst. l. cum sponsus. §. is cui. ff. de pub. quia debet intelligi

ligi ut ibi no.in prin.gl. per l.ij. eodem tit. non ob. quo in eo.§. no.in fi. quia illud resistit in prima, & ita tenet Ioan.licet Pet.& Ioan.Vaalin contra, de quo per dictum Io.Vaalin in repetitione, quam fecit de §.petenti. in l. sed & fi.ff.de pub. De hoc tamē disputat glo.ff.de pub. l.ij.& iij. Præterea aduertēdum est, quòd ius Publicianæ est ualde debile. Et ideo sublato sibi pede fortiori, imò quasi ambobus pedibus, & quasi totali suo fundamento, uidelicet traditione ex iusta causa, & possessione, non mirum, si ruat totum, quia si nullum ius agendi nunquam cōpetit, nec mihi, nec authori meo, quòd absq; principiis creari poterit, esset mirabile. Secus in dominio, quod fuit iam creatum, & quod sine traditione transferetur, & de quasi dominio idē, quia in persona authoris uerum ius dominii, uel quasi, & ius agēdi rei uendicatione, uel Publiciana iam competit. ergo, &c. Vide tamē Guil.de Cug. & Bar. in iuribus proxime alleg. Et ita tenet Bart. ut proxime dictū est in l.j.ff.de pub.l.cum sponsus.§. is cui.

2 ¶ Vendico. *Not.q uendicare est coram iudice dicere, uel intendere rem esse suam, uel allegare. ut quādo quis dicit, hæc res est mea. & est idē, quod intētare: scilicet ad hoc solum intendere, ut res sua declaretur, & sibi dominium applicetur.*

¶ De confessis. Rub.

Conclusio DCCXLI.

SI ad tui defensionem in casu cōclusionis proximè præcedentis dares etiā in euentum, si cōstaret te posse considere, dūmodo cōstet de euētu, & cum in patrē meū haberes forsan tanquā comes in subditū ratione comitatus iurisd.ordinariā, ratiōe diffinitiuę sentētiæ per iudicē tuū in patrē meū latæ propter delictū eius per iudicē tuū prætensum, in modū executionis eiusdē sententiæ dictū castrū per dictū iudicē tuū captū, & tibi applicatū fuerit, eoipso uideris cōfiteri, & quantū in te est, reputasti castrū istud ad patrem meū pertinere: adeò & tua talis cōfessio una cū attestationibus, de quibus caue tur in cōclusione proxime præcedenti, satis probāt castrum ad me de iure dominii, uel quasi pertinere. sic & debeo coram te sententiā adiudicatoriā obtinere, nisi doceas sentētiā iuste latā: quia usus iudiciorū obtinuit, & sola credulitas partis cōtra quā sufficit absque alia probatione. Ideo talis responsio de tali credulitate facta positioni plenā confessionem, & de usu iudiciorum operatur. Ratio, quia uenies cōtra talē credulitatē calumniaretur, & ita ueniret cōtra calūniæ iuramentū, & sic suā turpitudinē prosequeretur, & per cōsequēs

non esset audiendus. ut l. cum profitearis.C.de reuoca.dona.& l.si creditorib.C.de seruo pign. da.mor.Modo talis allegãs titulum suæ sentẽtiæ allegat se habere causam,& titulũ ab authore,& per cõsequẽs se credere authori ius cõpetiisse, aut se iniuste detinere.ut l.fi.C.unde ui.qđ esset turpe dictũ,uel allegatũ.Et per hoc respondetur ad l.à diuo Pio. §.super his.ff.de re iu.& ad illud generale: non probat hoc esse,ꝙ ab hoc contingit abesse. cum si.Et in hoc oẽs unanimiter concordauerunt me aperiente. prædicta intellige uera, nisi dicta positio per partẽ aduersam esset negata, quia tunc nõ posset se iuuare de ea.ut no.Io.mo. & Archi.& Ioan.And. in nouel. de confesc.statuimus. lib.vj. tamẽ si negata fuisset,primo posset negatio declarari, & declarando reuocari. ut no. prædicti docto. in loco prælleg. Et ita fuit consultum.

¶De feudis.De dona. Rub.

Conclusio DCCXLII.

SVPPOSITO ꝙ magister, & conuẽtus hospitalis sancti Ioan.Hierosolomi. donãs certũ casale in feudũ nobile pro certo seruitio P.de Iaco. & suis liberis,& affinibus suis,& descendentibus ab eis,adiiciens etiam hanc clausulam in donatis:cæterum uolentes uos prosequi gratia ampliori ordinamus, & uolumus ex certa scientia Catharinã filiã uestrã, & alios filios uestros naturales, & eorum hæredes,& eorũ quemlibet in perpetuum posse succedere in dicto feudo in totum,uel in partẽ,sicut prædicti liberi,& affines,prout uobis placuerit ordinare.itẽ supposito, ꝙ Catharina erat spuria,& ꝙ sciebãt. item supposito, quòd P. habebat filiam legitimã Ioannem,quã dedit in uxorem Gregorio de Leone, sibi in dotem constituens medietatẽ dicti casalis, & ꝙ Ioanna habuit ex dicto Greg.Claretã filiã legitimã, quæ post mortẽ dictorũ matris, & aui pro recõpensatione amplæ dotis, quæ sibi à Grego.patre dicebatur etiã cõstituta,eidẽ Greg. patri donauit, & quitauit de cõsensu,& uoluntate dictorũ magistri,& cõuentus dictũ totũ casale, & omne ius, quod in eo habebat, & post decessit superstitibus tamẽ Gregorio,& Catharina prædictis.Præmissis nõ obdicta Catharina præfato Greg. est in feudo, seu casali huiusmodi præferẽda.Et ita pronuntiaui reuocãdo unã sentẽtiã in cõtrariũ prius latã. Pro uidẽda ueritate huius cõclusionis principalis pono sex conclusiones particulares, quæ sequuntur. Prima est, ꝙ licet ista cõcessio directa in personã Catharinæ suo casu facta fuerit Catharinæ in fauorem, & contemplationem dicti

Petri

Petri patris, tamen non censetur à dicto Petro, nec à substantia eius, sed potius ex dictis magistro, & conuētu, & eorū substantia prouenire. Iunge notata in quadam conclusione, per quæ oportet ista modificare, quia licet ista sit uia brocardica, & plura habeat iura, pro utraque tamē parte ista est ueritas, ꝙ cum uni donatur, legatur, uel promittitur, contēplatione alterius acquiritur illi, cui relinquitur, nō illi, cuius cōtemplatione, &c. & ita censeri debet ff. pro socio. l. qui socium, qui in eū. in fi. Et ita no. d. Bar. post Guil. de Cu. ff. so. ma. l. si uero. §. itē qcquid. in materia ambasiatorū. licet fallat in casu, in quo constat de contraria uoluntate donātis, &c. uideli cet, ꝙ donet alteri, cuius cōtemplatione utilitas acquiritur. Et hūc casum ponit gl. in d. l. sociū. in fi. Nam tunc breui manu censetur transire de una persona in aliam. ut l. singularia. ff. si cer. pe. Secundo casu fallit, ubi recipiēs recipit non ut ipse, sed quasi, ut personā alterius repræsentās. Et ita loquitur l. si uero. §. itē quicquid. ff. solu. matrim. alleg. Et ita potest loqui à contrario. l. debitor. §. fi. ff. ad Treb. Tertio casu fallit, ubi recipiens est talis, per quem possit, & consueuit de iure cōmuni acquiri illi, cuius cōtemplatione, &c. Et sic loquitur l. si plures. §. j. in arrogatoria. ff. de uulg. & pup. sub. & l. profectitia dos. ff. de iu. do. & l. aditio. in princ. ff. de acquir. hære. & quod no. in l. cum oportet. in prin. C. de bo. quæ liber. & ff. de usu leg. l. & si quid. ff. de acquir. rer. do. l. liber homo. Et est ratio, quia cum ille possit alii acquirere, & scit hoc donans, si mentē hanc habeat donās, ꝙ sibi quærat, poterit: si ꝙ alii quęrat, alii quęretur, modo ab eo, quod contēpletur quis, mens præsumitur, quia cōsideratio, seu cōtēplatio proprie refertur ad mētē. & hoc, nisi cōstaret, ꝙ nihilominus uellet recipiēti acquiri, quia tūc nō esset locus cōiecturę. l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de uerb. ob. Sed ubi non cōsueuit acquiri, etiā cessat ista præsumptio, quia uerisimile est, ꝙ cōtra cōsuetudinē cōem, & usum quis in dubio nō recedit à primaria significatiōe uerborū. ut l. Labeo. ff. de suppel. le. Vide qualiter soluitur ad not. Bar. ff. de dona. causa mor. l. qui pretio. quæ reuera tamē nihil facit, & solue per te. Ex ista cōclusione infero, ꝙ licet dictus Pet. de Iac. dictæ filiæ suæ spuriæ Catha. forte de bonis suis nihil donare posset. dixi forte, quia l. j. C. de na. libe. licet ad hoc allegetur, hoc non probat: quia ponit casum specialem etiā in filiis legitimis locū habētem, scilicet in hominibus in certis dignitatibus cōstitutis, suscipiētibus fi-

lios naturales, uel legitimos ex mulieribus humilis ſtatus, ut ibi patet, ſi forte hoc probatur. auth. licet patri. in fin. eodem titu. ibi, cum dicit. ſed qui ex damnato ſunt coitu, ab omni prorſus beneficio excludãtur. & auth. ex cõplexu. C. de inceſt. nup. cũ multis ſi. tamẽ nõ ob hoc uitiatur dicta cõceſsio inquantũ dirigitur in perſonã ipſius Catharinæ, per prædicta. Nam Catherina eſt talis, per quã nõ poteſt acquiri, cũ ſit ſpuria. Itẽ quia hęc diſpoſitio nõ eſt cõſiderãda pro tempore, in quo, ſed potius in quo eius effectꝰ dirigitur, uidelicet poſt mortẽ P. quo caſu omnis huiuſmodi fictio ceſſat. ar. ff. de dona. inter vi. & vx. l. cũ hic ſtatus. §. ſi ſpõſus. & C. de dona. inter ui. & uxo. l. quod ſponſæ. ff. de hære. inſti. l. quod tẽpus. Itẽ quia pro tẽpore uitę ipſius P. illa fictio nõ cõſideratur, quia fictiões ſic extraordinarię, & ſubſidiatiuæ, ubi ueritas reperitur, de fictione nõ curatur. per communia iura. l. in cauſæ. cũ ſi. Modo expreſſa ordinatione ad eũ pertinet, quamdiu uiuit, nec ex pluribus cauſis ſimul pertinere poteſt. ut c. inter dilectos. extra, de fi. inſtr. §. cæterũ. & ff. de acqui. poſ. l. iij. §. ex pluribus. Item quarto, quia nõ eſt ueriſimile, qꝑ talẽ uolũtatẽ, & intẽtionẽ habuerit, per quã ex toto iudiciũ ſuũ nullum, & inefficax quo ad hoc redderetur. ut ff. de teſt. mi. l. miles. Et quia in beneficio nõ eſt faciẽda interpretatio, ut res pereat. ut l. j. in fi. ff. ad munic. c. abbate. de uerborum ſignifica. & l. quoties. & l. ſi quãdo. ff. de operis lib. Modo quo ad Catharinã ualere nõ poſſet aliquo caſu illo modo, ſed alio modo ſecus, ergo, &c. Et miror quomodo ad tam pernitioſam interpretationem talis ſubtilitas Brocardica, & uolubilis animũ clare, ut uidetur, à ratione naturali abſtrahere poſſet. ita diffuſe ſcribo, qa ego uidi unũ magnũ dominum cõtra Catharinã nimis in hoc ſe fundare, ſane de l. ſi pretio. ff. de dona. cauſa mortis. & notatur ibidẽ per gloſam, & per Bart. & de l. nec fratris. C. e. ubi notatur. per gl. & Cy. ¶ Secũda cõcluſio eſt, qꝑ dicta liberalitas dicti magiſtri, & cõuẽtus, acetiã pactũ dicti Petri pro ea recipiẽtis potuerũt acquirere dictæ Catharinę: licet abſenti, & ſine nũtio, uel epiſtola, ſeu alio ſimili miniſterio. De prima parte cõcluſionis caſum reputo in l. quoties. C. de dona. quæ ſub modo. in quo omnes doctores caſum reputant, uidelicet, qꝑ ſi dono tibi, ut in certũ caſum, uel poſt certũ tempus ueniat ad Titiũ in fauorem mei donãtis, & liberalitatis, quã facio, datur Titio utilis actio, & ualet donatio reſpectu ipſius. ut ibi no. Cy. & per Io. Nic. & alios.

Nec

Nec ob.si dicatur, & est donatio ob cãm. Pro quo sciendũ, & inter cõtractus nominatos, & donationẽ ob cau. de qua loquitur ti.C.de dona.quæ sub modo.l.j. est longa differẽtia. Nã donatio cui adicitur aliquid, à donatione ob causam distingui debet. Nã quædã est, in qua principaliter attenditur liberalitas ipsius donãtis, licet adiiciatur aliquod seruitiũ fiendũ, quod tamẽ non adiicitur principaliter, ut cũ rei datę pretio cõpensetur, quia tũc hanc liberalitatẽ excluderet. ut l.fi.ff.pro dona. Sed accessorie, ut designet quãdã recognitionẽ liberalitatis impensæ. Et ista est uera donatio, licet habeat onus. ut l. j. C.de donatio.quæ sub modo.& l.ea l.C.de præscri. uer.& ff.de donat.l.j.& habet locũ l.specialis,loquẽs in donationibus. si quis argentũ.C.de donat.Et ita not.gl.in d.l.C.de donatio.quæ sub modo. Et non mirũ, quia attenditur, quo ad uerã, & propriã denominationẽ, id, quod præponderat: & principalius, & potentius est in actu, cuiusmodi est hic liberalitas. ut l. quæritur hermap. ff. de statu hom.& l.& si non sint. §.peruenimus. ff. de au. & argen.lega. & l. j. ff. de auth.tut. alia potest dici datio ob causam, ut illa, in qua causa æstimatur, & compensatur cũ donatione, & in qua liberalitas non consideratur, ista nõ potest dici proprie ob causam, ex qua oritur actio ex l. si quis argẽtũ.& oritur actio præscri.uerbis, uel in factũ, & condictio ob causam, cũ multis aliis, & in persona istarũ habet locũ l. quotiens. quia proprie donatio est. Istam rationẽ approbant doct. C. de dona.ob causam.l.j. in dissolutione unicæ opin. ibi signatæ.& in iij.q.in fi. & idẽ ponit Cy.C.de pact.inter emp.l.cũ te. Et idẽ uidetur approbare Barto.l.j.ff.de donatio. Lex enim fauorabilis, imo nec odiosa, & restringibilis contra propriã uerborum significationem, potissime eius ratione durante restrin genda non est. ut l. pupillus. §. in re ergo dubia.ff.de iudi.ff.de leg.iij.l.nõ aliter.ff.qui, & à qui. ma.non fi.l. prospexit. Licet fateor, & in secũda specie locum non habet, quia reuera donatio non est ut prædixi. Modo feudi concessio pro seruitio certo[a] est donatio, in qua liberalitas principaliter attẽditur. ut de feu.da. in uicem l.cõmi.c.j.facit l.donatur.C.de dona.Facit, quia legatum etiam onus habens dicitur donatio, eo quòd onus excedit. l.creditori.de leg.j.Facit secundum do. Franci. id quod doctores tenent in feudo agi conditione ex l. si quis argẽtũ. Et ita tenent Mar.Subli. qui. mo. feu. const.post colla.x.qui eum. Nec debet dici, quòd l. quoties. habeat

beat locum in donatione causa mortis, quia illud esset diuinare contra naturã tituli, in quo ponitur. Domini tenuerunt saluo do. Corsien. & do. Ber. quòd de æquitate canonica absenti donari potest sine intermedio epistolæ, siue nuntii ecclesiæ, ut no. Io. j. q. vij. quoties. & cũ eis concordat do. cardinalis sancti Eustachii allegans pro hoc duos tex. uidelicet extra. de procur. c. licet. lib. vj. alle. not. Inn. de concess. præb. c. j. lib. vj. Secunda pars dictæ cõclusionis patet. Nã non solũ paciscendo super re sua potest quis contra communem regulam alteri quærere. ut l. Publia. in princ. ff. depositi. & no. Barto. ff. de uerb. obli. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. sed etiam idem potest paciscendo super re, quæ de proximo, siue statim sua futura est. ut in feu. de benefi. fœminæ. c. uno. Vbi patet, quòd fœmina, dum inuestitur de feudo, potest per pactum expressum stipulari pro se, & filiis, & filiabus suis, licet alias nullo modo posset. Et ita tenent doctores, & post eos Bart. ff. de uerbo. obliga. l. quod dicitur. secundo per l. debitor. §. fin. ff. ad Trebel. & per l. Caius. ff. solu. matri. & per l. pactum. C. de pact. quæ hanc secundam partem, uidelicet, quòd super re futura mea possum alteri prorsus extraneo stipulari, tenet. idem Barto. in d. l. quod dicitur. in fi. per dictum c. unum. Pro quo facit eo. lib. ti. fi. de feu. fra. c. j. & de duo. fratri. & c. c. j. per eandem uiam, sicut c. unum. de benefi. fœminæ. Tertia conclusio est, quòd uerbum, posse, positum in dicta clausula, cæterum, non importat solũ facultatem, sed importat dispositionem. primo, quia ita est in ultimis uoluntatibus, secũdum qd not. in l. sæpe. ff. de offic. præsi. per l. fideiuss. §. si quis ita. ergo idem in beneficiis, & donationibus, in quibus est eadem ratio, quia procedunt ex uoluntate unius, & puram liberalitatem concernunt. arg. l. qui chirographum. de lega. iij. & l. si seruus plurium. §. eum qui. de leg. j. allegat domi. Franci. dissolu. l. si quis fundum. ff. de contrahend. empt. ad l. diuortio. ff. de uerbo. obliga. quam ponunt doct. quia falsa demonstratio nõ uitiat stipulationem, quæ uitiat uenditionem: & ita donatio, & stipulatio, & non uenditio æquiparantur ultimæ uoluntati, licet etiã uenditio quandoque æquiparetur. l. qui chirographum. de lega. iij. allega. iuncta l. falsa demonst. ff. de condi. & demonst. Nã sicut legatum fit amore, &c. l. nõ adiecit. ff. pro socio. ita dona. l. donare. C. de dona. & feudum. de feud. dato in uicem le. commis. c. j. in fi. allega. Itẽ hoc clare probatur, quia hoc pos-

sc,

se,uidelicet relinquēdi spuriæ, non potest cōtra l.cōmunē dari à principe ipsi patri,ergo casu,quo moreretur pater sine legitima prole,uerba ista ex toto effectu carerent cōtra mentem donātis.quod dici non potest.per prædicta patet quòd dari nō posset.patet,quia inferior à principe non potest disponere contra legem.ut l.nemo potest.ff.de lega.j.& c.ne Romani. in prin.de elect.in cle.Verisimile autem est,quòd illi se referre uoluerint ad possibilē sensum: ut c.inter dilectos.§.cæterū.de fide instru.alleg.Itē hoc probatur adhuc clarius, quia uoluit hoc posse,tale esse sicut posse aliorum liberorū,& affiniū,quia dicit sicut prędicti liberi,& affines.sed nullus dubitat, quin illud posse liberorum sit dispositiuū.ergo,&c.Præterea,quia sequitur in fin.licet non fuerit sibi scripta clausula dispositiua, in qua donat, concedit omnibus, &c.q̄ uerbū posse,etiam in cōtractibus referatur,ad dispositionem.fa.l.j.ff.man. licet secus in iudicio secūdū mod.l.nō quicquid.& l.sæpe.& fa.no.d.lac.de But.in l.j.C.quomodo,& quādo iudex.Non ob.l.quæ dicit,q̄ pater non potest filio suo incestuoso aliquid donare:quia dico,q̄ uerum est de bonis propriis.Et ita loquitur l.j.C.de na.lib.Sed quādo possit sibi paciscī de bonis alienis,casu,quo possit paciscī,lex hoc non dicit, nec est ad hoc extendēda,cū sit odiosa,& contra ius.ergo iste casus relinquitur iuri communi,uel l. si cū dotem.in prin.ff.sol.ma.ergo ualet sicut pro quolibet extraneo,per prædicta. Quarta cō clusio,quòd uerbum succedere, positum in dicta schedula intelligitur de successione tituli singularum proueniēte immediate ex dicta concessione feudali,nō autem de successione hæreditaria, & uniuersali.Primo, quia in uerbis dubiis taliter facienda est interpretatio,q̄ conueniat naturæ negotii, de quo agitur,& rei,super qua agitur, & personis disponentibus,& in quas effectus dispositionis protenditur.ut c.si pater.de test.lib. vj.possem iura pro singul.allegare,sed gratia breuitatis omitto. Modo ita est,quòd uerbum succedere, utramq; successionē proprie comprehēdere potest, ut probatur ff.de fideicom.lib.l. non tantū.in princ.& ibi no.per Barto.Si igitur sit dubium,pro qua accipiatur,facienda est interpretatio,de qua supra.Modo quòd cōueniat negotio,de quo agitur,patet quia in feudum de primæuo,& proprio iure nō habet locum successio hæreditaria uniuersalis, sed particularis, & ex pacto,ut in feudis.qui feu.da. possŋ.j.tamen quia pactū,& nō uol

uoluntas ultima hic uersatur. Itẽ, quia super re singulari & non uniuersali iuris disponitur, & tamen est uniuersum ius. ergo, &c. & ita patet, quòd cõuenit etiam rei, super qua agitur. Item, quòd conueniat personis, patet quia Catharina non est habilis ad hæreditariam successionẽ, saltẽ ex persona patris. Item nec eã habilitare ad eam poterãt dispositionem, quia cõtra legẽ legare, seu dispensare non potest alius quàm princeps in casibus specialiter nõ permissis. per lec. & no. qui fi. sint legi. per uenerabilem. no. Inno. de tempo. ordi. c. cum dilectus. in addi. quam recitat ibi Ioan. in nouella. & recitat Archid. licet canon. de elect. lib. vj. Item no. Innoc. de fide instru. cum P. tabellio. & tamen in donatione singulari facta sibi à magistro tanquàm extraneo in casu suo omnia ista cessant, qa tunc legitimatione, & habilitatione, & legalitate opus non sit, quia spurii possunt bene inuestiri de feudis, imo & ad honores ascendere: ut ff. de decu. l. spurii. Secundo, quia in dubiis præsumendum est disponẽtes retulisse se ad casum sibi possibilẽ, nõ autem ad impossibilem. per l. si miles. & §. cæterũ. alleg. & hoc maxime in donatione late interpretanda. de dona. cũ dilecti. de deci. cũ ex parte. maxime, ut ualeat, & uerba de aliquo operentur, per iura communia, quæ superius allegaui multa. modo successio singularis erat eis possibilis, & alia impossibilis, ut prædixi, & hoc ipsi sciebãt, quia publicũ erat, & notoriũ, & supponitur. ergo, &c. facit bene pro ista ratione, & pro materia. l. hæredibus. §. ulti. ff. ad Trebel. cum ibi no. maxime pro Catharina, ut expressio aliquid operetur, secũdũ quosdam, & quòd successio particularis sit propria successio probant iura infinita, quæ causa breuitatis omitto.

¶ Quinta conclusio, quòd uerba illa sicut prædicti liberi & affines, posita in dicta clausula: cæterum, sic sunt interpretanda, qꝫ ante affines succedere debeat Catharina, certum enim est liberos affinibus præponẽdos: quod tamen probo sic, quia ista uerba: uobis, & liberis, & affinibus uestris, & descendẽtibus ab eis concedimus, nõ faciunt Petrũ, & eius affines, & ab eis descendẽtibus cõiunctos taliter, quòd simul, & pro partibus sint successuri: tum, quia hoc esset quasi impossibile: tum, quia certũ est ipsos saltem P. uoluisse præferri: tum, quia postea subiungit liberos, & affines succedere debere, ergo nõ uoluerunt eos simul admittere. ex quo sequitur, quòd illa coniunctio, &, nõ notat illam cõiunctionẽ, de qua in l. re cõiuncti. ff. de leg. iij. & l. triplici.

plici.ff.de uerbo.signi.sed notat ordinē secundū quē succedere debent.sic ff.de usufruc.l.quoties.de hære.insti.l.qui soluēdo. & descendit ordo ex præsumpta affectione', quam inducit ordo scripturæ,qui quo ad hoc uidetur esse sequendus.de elec.c.pe. de præben.c.mandato.ij.respon so.lib.vj.& l.quoties.& l.soluendo.alleg.& ibi not.sed hic ultra ordinem scripturæ est unū maius,uidelicet ordinata affectio, quæ inter dictas personas esse debet,& præsumēda est.certum enim est,quòd maiorē affectionem habuit donans ad P.quàm ad alios: quia propter eū,& contemplatione suorū seruitiorum totum faciebat,ut dicitur in litera in princi.& præsumendū est, quòd ad liberos naturales,& legitimos plus quàm ad affines,qa hoc à natura, & eius instinctu procedit.l.isti quidam.cum ibi not.quod me.causa.modo uoluit,& tunc nō cōiungat,sed ratione affectionis ordinate ordinem notet.ff.de leg.ij.l.cum pater.§.pe.& Barto.utrobiq;.Hoc suppositio,probo cōclusionem: nam certū est in primo,quòd in uno cōueniunt liberi,& affines, uidelicet in genere succedere possunt,quia ambæ species uocantur ad successionē,sed quælibet casu,& ordine suo.& isto modo,& in hoc constat naturales æquiparari utriq;,quia possunt etiam naturales uenire ad successionem ordine,& gradu simul suo.Sed est aliud,in quo dictæ species differūt,puto,quia liberi habent ordine succedēdi affines præcedere,& affines habent liberos sequi:modo est dubium,quo ad istā differentiā,cuius speciei naturam sequi debet hæc tertia species naturaliū liberorum,an speciē legitimorū, an uero speciem affiniū.Et certe non uideo dubium,quin debeat sequi naturā potius libero rum.Primo,quia in habentibus symbolum facilior est transitus. ut ff.de rei uen.l.in rē.§.itē quęcunq;.cū si.modo liberi naturales cum liberis legitimis maiorē habēt cōuenientiā,quàm cū affinibus,quia licet propter defectū accidentalē sacramēti matrimonii inter eos sit differētia legitimitatis,& nō legitimitatis:tamē ibi est similitudo sanguinis, & naturæ,quæ tolli non potest.ff. de cap.dimi.l.eas obligationes. ff.de iusti.& iurę.l.pe.§.sed naturalia.iusti.de iusti.& iu.adeo, quòd appellatione liberorū be ne eos reperio appellari in l.ut ff.ad Trebel.l.hæredibus.§.fin. quod inter affines cessat.Præterea,quia maior est naturalis cōuenientia,quàm accidentalis,ut de se patet:modo inter legitimos & affines est cōueniētia naturalis,ut dixi.ergo &c.Secundo hoc idem probo sic,quia ibi reperi

peritur rationis identitas,&c.l. illud.l.à Titio.c.inter corporalia.cum ſi.Sed ratio,propter quã dicimus liberos affinibus auferri,eſt, quia præſumitur maior affectio ad liberos.Si dicis hoc facit ordo ſcripturæ.dico quòd ordo hoc non facit, ſed bene oſtendit ordo huiuſmodi affectionem,& affectio eſt illa,quæ hoc facit,ut no.in l.qui ſoluẽdo. & l.cũ pater.§.pe.alle.modo omnino præſumẽdũ eſt,ꝙ maior erat affectio ad Catharinã,quàm ad Grego.affinẽ.patet,quia primo nominata fuit ſpecialiter,& expreſſe,& tamẽ nominatio præſumere facit affectionem,ut dixi.Item quia iã nata erat,& ſanguine cõiuncta,quia filia.Greg. uero,quia licet forte natus eſt, tamen pro illo tẽpore non erat affinis,nec aliquo modo cõiunctus,& ideo de eo non fuit cogitatum, nec eo minus ualida præſumeretur affectio ad Catharinã quàm ad Grego.quia naturalis affectio ſanguinis plus in afficiendo imprimitur,quàm ciuilis,& accidentalis,per prædicta,pro quo omnino uide not. in Spe.tit.de loca.§.nũc aliqua. uer.lxvij.& Cy.C.de inſt.& ſubſti.ſub condi.facta.l.generaliter. §.fi.in fi.& Bar.ff.ad Trebel.§.j. ubi uidetur facere contra.Confirmo,quia ſi ordo uerborũ ordinẽ facit in diſpoſitione antedicta,dico,ꝙ ordo huius clauſulæ:ſicut prædicti liberi,& affines,facit ordinem in diſpoſitione:uidelicet,ꝙ primo,& principaliter hæc ſimilitudo ad liberos referatur per prædicta: facit,quia in facto eſt,quòd in inſtrumento dictæ conceſsionis poſt dictã clauſulã cęterũ,quandocunq; repetit dictas perſonas inueſtitas,ſemper naturales affinibus anteponit,per quæ patet,quòd ordo ſcripturæ ſæpius repetitus præſumptionẽ fortiorem actionis inducit.argu.C.ad Velle.auth.ſi à me.Sexta concluſio quantum ad hoc,quòd dicta clauſula:aut ſi alio modo uobis placuerit ordinare,reſoluta eſt, & caret effectu,ſi P.ad quem dirigebatur,non ordinauerit ante mortem,& per dationẽ in dotem mediocrẽ,de qua ſupra,nõ uidetur aliqualiter ordinaſſe,& quòd ordinatio alia facta per Claretam conſenſu magiſtri,de quo ſupra,præiudicare nõ potuit Catharinæ.Redeo nunc ad ſextã cõcluſionẽ,quæ habet tres partes,De prima uero parte nõ eſt dubiũ,quia dicta uerba: aut ſi uobis placuerit aliter ordinare,ponuntur ad denotandũ cõditionẽ reſolutiuã ſuæ puræ diſpoſitionis.Ideo ſi primo deficit cõditio,& remanet actus purus.ut ff.de in diem adiec.l.ij.& ff.de leg.iij.l.fideiuſ.§.hoc autem legatũ.& §.quanquàm.Secũda pars dictæ cõcluſionis etiã

mihi

mihi nō uidetur dubia. Primo, quia actus agentiū ultra mentē ipsorum agentiū,& finē,ad quē tendunt actiones eorum,extēdi non debēt.ff.de adi.leg.l.legata.de ordi.cog.cū dilectus.cum simi.& tamen hic nō agebāt ad alium finē,nisi ut filiā dotarent, non autē tendebat natura dispositionis ad ordinationē iuris tā gentis Catherinam.ergo,&c. Secundo,quia quando quis potest actum facere absq; alia qualitate,& ut alius,seu iure suo,& iure alterius,& si simpliciter gerit,uidetur gerere suo iure magis proprio. Ideo dicit l.quòd si hęres gerit actum,quē potest gerere ut hæres,& ut ipse,& simpliciter id gerat,uidetur id gerere ut ipse,nō ut hæres.ff.de acqui. hære.l.pro hærede. §.si quid tamen.& ff.iudi.solu.l.iij.§.sed & quod de tutore.uer.sed & si qd tutor.ubi idem in tutore,&c.& idem in procuratore.no.Bart.ff. de oper.no.nun.l.j.§.nuntiatio. allegās glossā.quasdam & aliqua alia. Modo hic poterat facere pater huiusmodi dotationē iure suo,ut duraret ad tempus.ut c.nuper.de dona.inter ui.& ux. & ultra poterat iure sibi à primo donatorio de mandato,& ut iure Catharinæ & aliū dispositor seu ordinator,& nō apparet,quòd iure suo uti uoluerit, ergo,&c. Tertio quādo quis disponit pro tēpore certo,non est trahenda sua dispositio ad aliud tempus. Casus est ff.de condi.& demon.l.pater Seuerinā.in fi.& quod no.Io.And.in c.cū qui.de dolo & cōtu.li.vj.unam cōtumaciam unius termini ad aliā alterius temporis nō extēdi:modo hic disponebat pro suo,& suæ filiæ ac matrimonii tēpore. ergo ad tēpus Catharinæ dispositio extendi nō debet. Præterea, in se paratis capitulis,inter quæ sequela non est necessāria,non ualet argumentatio ab uno expresso ad aliud nō expressum. ut l.si ff.de calum.no.Dy.& post eum Bar.ff.de auth.tu.l.j. Ratio est, quia non probat hoc esse, quod ab hoc cōtingit abesse.ut l.neq; natales.& l.ad probationē. C. de probat.modo quanquàm disposuit hic pater de dote filię, non tamē sequitur,q; cogitauerit de Catharina,nec uerba dispositionis hoc necessario includunt,& tamen hic in alterius prędiciū,uidelicet Catharinę, non uidetur lata interpretatio esse facienda:præsertim,quia in dubio non est credendū illum Petrum suâ propriam filiam Catharinā Gregorio sibi in nullo attinenti in casu mortis suę filię, & liberorū eiusdē uoluisse præferre.ar.C.de fideiuss.l.cū acutissimi.maxime,qa pro solo tēpore suo poterit expressio suæ dispēsationis formaliter se extēdere ergo nec ultra tacite.l.ex publi

blici.cum si.& l.si certũ.cũ si.Præterea,quia si uerba in suo proprio sensu habent plenum effectũ,non uidetur fienda uerborũ extensio ad effectũ aliũ directe non cõprehẽsum de capite proprio.ut l.si uero.§.de uiro.ff.soma.modo hic uerba in suo proprio sensu habẽt suũ propriũ,& perfectũ effectũ:uidelicet,q̃ durante uita patris dos erit in iure Ioannæ,& post eius mortẽ cõsistit in iure Ioãnæ:& Ioãna mortua aperietur illi, qui habebit succedere ex dispositione primæua,nec aliud facere poterat ipse pater,ergo &c.Item posset induci, quia hæc uerba,possent succedere in totũ,uel in parte, notant substãtiã successionis.Et hæc uerba:licet liberi,& affines, modum,seu qualitatẽ ipsius successionis.ergo uerba immediate sequentia,uidelicet:aut sicut uobis placuerit ordinare,signãt nõ substãtiã,sed modũ,aut qualitatem,ut fiat relatio ad immediata.arg.ff.de postu.l.j.§.dein. a de.& hoc signat uerbũ,alio modo.ergo nõ potuit priuare successione Catharinã,nec in toto nec in parte, dico directe,licet posset ordinare an post,uel ante liberos,uel affines,seu cũ eis succedere posset, & tamen hic dicendo aliter,quàm sit dictum, esset Catharinã excludere omni casu à medietate casalis,uidelicet,quia nullo casu ad eã posset amplius admitti,ergo,&c.Item quia si uoluisset ordinare illo modo,uerisimile esset,q̃ ordinasset de toto,sicut nõ est uerisimile,q̃ quis uelit decedere solũ pro parte testatus:& quia qs opus nõ debet uelle relinquere imperfectũ,probãt cõmunia iura. Tertia uero pars conclusionis minus est dubia,quia nõ debet esse in potestate Claretæ tollere ius ipsius Catharinæ sine causa,nec debet esse in potestate donantiũ perfectã donationẽ reuocare,nõ allego,qa sunt cõmunia iura. Nec potes dicere, q̃ Grego.tanquàm pater Claretæ in feudo isto succedat,licet tãquàm affinis excludatur,quia tanquàm pater nõ includitur in successione,nisi cõprehendatur ut affinis:quia cõcessio nõ comprehẽdit nisi Petrum,& liberos Petri naturales, & descendentes ab eis,&c.modo nec est ipse P.nec de liberis P.nec de descẽdentibus ab eis,ergo &c.

¶ Pro seruitio certo. *Quale seruitium teneatur facere uaſsallus,dic secundũ quod cõuentũ est,aliàs secũdũ quod natura rei requirit ex consuetudine,aliàs statur iuri cõmuni.*

¶ In habentibus symbolum. *De habentibus symbolum uide Panor. in c.præsentata.de testi.& in c.cum homines.de deci. Et expone symbolum,id est similitudinem. Nam unũ simile citius cõuertitur in suũ simile, quàm in sibi cõtrariũ,uel nõ simile.*

De

¶De resti. in integrum. Rub.

Conclusio DCCXLIII.

CONCLVSIO patet ex disputatione conclusionis proxime sequentis. Pone ergo: papa propter delictū per unum notabilem laicū Imperatori immediate subiectum commissum contra Romanam ecclesiam, & ipsius papæ maiestatem, illū nobilē priuauit per processus suos omnibus bonis suis, & ea statuit publicari, & debitores ab omnibus obligationibus, qui illi nobili tenebātur absoluit: postmodum illi nobili reconciliato papa eum in integrum restituit, etiā quo ad bona, & dictos processus suos factos cōtra eum reuocauit. Quæritur an dictę obligationes feudalis, & emphyteosis, quæ fuerunt aperta iam dominis, sibi uideantur restituta, & si non, an papa hoc specialiter facere debet. Et uidetur primò, quòd sint restituta: quia restitutio est in pristinū statum repositio, etiam quo ad omnia. ut ff. de minorib. l. quòd si minor. §. restitutio. & de usuris. l. uideamus. §. infamia. C. si aduersus transactio. l. prima. & secunda. C. de sen. pas. l. prima. §. ultimo. melius facit. ff. de mino. l. in causæ. §. fi. cum l. seq. ubi minor restituitur etiam contra tertium possessorem, &c. modo non fieret repositio in casu, quo ad omnia, nisi etiam fieret quo ad omnia feuda, & emphyt. ergo, &c. maxime, quia expressio facta est de bonis, quæ debet aliquid operari. ar. l. nōnunquam. ff. de condit. & demonst. & l. expressa. ff. de regu. iu. uerba enim debent operari. ut l. si quando. & cap. si papa. facit l. fi. in fi. C. de sent. pas. ubi dicit, quòd restitutio debet esse omnium bonorū per sententiam amissorum recuperatio. Secundo uidetur casus de sen. pas. l. casus. ubi dicitur, ꝙ licet ille, qui actionem sibi competentem contra suum debitorē in iudicio mouit, fuerit damnatus, ita ꝙ eius bona, & actiones fuerint confiscata. iuxta l. ij. C. de ui priua. tamen, si fuerit postea beneficio principis restitutus in integrū, prædicta actio censetur sibi restituta. non enim est nouū, quòd peremptа actio restituatur. ut ff. de noxa. act. l. ij. in fi. de facili enim res ad naturam suā reuertitur, quod est ual de æquum. ff. de pact. l. si unus. §. quod in specie. & ideo dicit lex, quòd si libertus fuerit naturalibus restitutus, censetur restitutus in totum: ita quòd patrono ius patronatus aufertur. ff. de nata. resti. l. ij. facit, quia nō est omnino fallum, quod non caret reliquis ueritatis. & l. cū filius. §. hæres meus. ff. de leg. ij. Item non uidetur, nisi quædā redditio, sicut dicitur de filio emancipato arrogato per patrem. ff. de libe.

& posthu.l.filio.in prin. Tertio principaliter hoc probatur, quia quando propter mutationē ſtatus perſonæ perditur aliquod ius, ſi reſtituatur ille ſtatus, reſtituitur illud ius: & ideo dicit lex, quòd ſi mutatur ſtatus patris, puta, quia deportatur, perdit filius ius patriæ poteſtatis, & pater etiam: ſed ſi patri reſtituatur ſtatus hmōi, recuperatur hincinde ius patriæ poteſtatis, ut l. alleg. C. de ſen. paſ. induci poteſt l. fi. ff. de adop. & in iſta ratione uidetur text. ff. de iure patro. l. ſiue libertus. ubi dicitur, quòd ſiue libertus, ſiue patronus deportatur, perditur ius patronatus, ac etiam ius petendi bonorū poſſeſſionem contra tabulas in bonis liberti. Item in eadē ratione uidetur tex. ff. ad Tertu. l. prima. §. filius. ubi dicitur, quòd ſi mortua matre, & per eius mortem filio tūc libero, & ciui Romano eius hæreditate delata, ipſe filius antequam dictam hæreditatē matris aditet, damnetur, & efficiatur ſeruus pœnæ, & poſtea beneficio principis reſtituatur, maternam hæreditatem recuperat per eandem uiam. facit l. iij. §. fi. l. ſeq. ff. de bo. poſ. contra tabu. & l. j. §. j. alleg. §. bonorum. ff. ad Tertul. Quarto principaliter, quia reſoluto iure donatoris reſoluitur ius acceptoris. Ideo dicit lex, quòd ſi creditor rem ſibi pignoratā pignori dederit, & poſt ipſi creditori ſatisfiat, & ſic ius ipſius reſoluatur, tollitur etiam ius illius, cui pignori dedit. C. ſi pigno. da. ſit. l. ij. & per eandem omnia. facit in feu. de controuer. inue. §. rurſus. Sed ius papæ damnantis & priuantis eſt reſolutum per reſtitutionem: ergo. &c. Quinto hoc probatur, quia cum per rei mutationē ius perditur, & res poſtea reſtituitur, ius illud etiā cenſetur reſtitutum. Ideo dicit lex, quòd ſi habeo in domo tua ſeruitutē ſtillicidii, & illa tollatur, perditur, ſcilicet ſeruitus, ſed ſi domus noua reædificetur, ſeruitus etiam reſtituitur. ff. de ſeruit. urb. præ. l. ſeruitutes, quæ in ſuperficie. §. ſi ſublatum. ff. de ſer. ru. præ. l. unus ex ſociis. §. fi. Sexto probatur hoc, quia conſtat, quòd princeps à iure habet hāc poteſtatē, quæ poteſt *dici* ipſius priuilegium *ſpeciale*: uidelicet, quòd damnatos poſſit reſtituere nedum quo ad pœnæ euitationem. ut C. de ſen. paſ. l. inuiſibilis. & l. ſeq. & quatuor ll. præcedentibus. imò etiam quo ad hōnorem, dignitatem, iuriū, & bonorum recuparationem. ut eo. titu. §. tutor. l. caſus. & l. fin. ergo ſemper intelligitur tacita condi tio ſaltem reſolutiua: uidelicet ſi princeps non reſtituerit, ut in ſimili, ea quæ ſperat contrahere dat dotem, non poteſt remanere, niſi matrimoniū inde ſequatur,

tur, unde intelligitur tacita conditio: si sequatur. ff. de iure dot. l. stipulatione. Septimo, quia qui uult unum, quod uelle potest, ui delicet, quòd restituatur ad bona, uidetur uelle illud, sine quo illud sequi nõ potest, uidelicet quòd auferantur his quibus per priuationem aperta erant. ut l. illud. ff. de acqui. hæredi. cũ se. facit recte in simili: quia ubi princeps facit aliquid, cui pôt impedimẽtũ obstare, ẽt uidetur illud impedimẽtũ tollere uelle. ut ff. de excu. tuto. l. idẽ Vlpianus scribit. §. j. in fi. Octauo, quia omnis res per easdem causas dissoluitur, &c. ut c. j. de reg. iur. & l. Stichum, aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de sol. Item, & unum ius ciuile aliud tollit. §. fi. insti. de legi. ag. tu. & l. eas causas. ff. de capi. di. per priuationem & sententiam principis hæc aperta sunt, ergo per restitutionem illa tolli possunt. facit l. j. §. adeo. ff. de pact. l. uideamus. §. iurare. ff. de in litem iuran. facit, quia usque ad annum uidetur res integra, sicut in bannito, cuius bona annotantur. ut l. fi. ff. de requi. reis. facit etiam, quia hoc beneficiũ a restitutionis[a] uidetur late interpretandum, & esse mansurum. ff. de consti. princ. l. iij. & ar. C. de fundo limi. l. iij. lib. xj. Nono, de hoc uidetur text. in clem. quoniã. de immu. eccle. cum ibi not. super uerbo. infectis. Decimo hoc probatur, quia sublato principali, tolli uidentur omnia, quę immediatè, & accessoriè ab illo depẽdẽt. ut l. non dubiũ. C. de legi. cũ cõcor. facit in simili, qđ notat Io. An. de præb. lib. vj. c. ei cui. super prima gloss. ubi no. ꝙ sublato statuto ecclesiæ, per qđ inducta fuit impetrãtis inhabilitas, illa inhabilitas etiã tolli uidebatur. Ad partẽ contrariã allegatur primo, quia postquam dominis aperta sunt feuda, & emphyteosis, & debitoribus apertæ liberationes, non uidetur amplius res in eodem statu: & ideo nõ uidetur, quòd restitutio quo ad hoc proficere possit. per cap. unũ. in feu. quid iuris sit, si post alienationem feudi uassallus id recuperet. ubi dicitur, ꝙ si uassallus feudum sine uolũtate domini alienet, domino aperitur illud feudum. Sed pone, ꝙ postea illud ab emptore recuperãt, nunquid per hoc feudum recuperari uidetur? dicit tex. ꝙ non, pro eo, quia domino iam apertum est. sic dicit, quòd si homo liber se in seruitutem uendidit, & post impetrat se manumitti, nõ per hoc restituitur in totum ad pristinum statum ingenuitatis, sed remanet in statu libertatis. de stat. ho. l. liber homo. Secundo per oppositũ quintæ rationis alterius partis, quia uidetur, quòd ius perditum propter rei mutationem, re restituta nõ

restituatur. Nam dicit lex: si domus, uel insulæ legetur usufructus, & postea domus, uel insula ad aream reducatur, perit usufructus propter rei mutationē. Sed si in area rursus insula, uel domus ædificetur, non restituitur. ff. de usufruc. l. qui usufructū. in prin. ff. quibus mod. usufruct. amitt. l. quid tamen. in princ. facit ff. de leg. j. l. si ita. §. j. per eadem facit l. quæ dicit, quòd si seruum alienum, aut domū, uel nauim alienam tibi dare promisi, & dominus seruū manumittat, uel domum ad areā reducat, uel nauem destruat, liberor ad obligatione: & si postea in seruitutem redigatur, uel domus, uel nauis nouiter constituatur, mihi nō restituitur obligatio. ut ff. de solu. l. qui res. §. aream. & ff. de uerb. obli. l. inter stipulantem. §. sacrā. Tertio hoc probatur, quia quod nostrum est, sine facto nostro à nobis euelli non debet. ut l. quod nostrum. ff. de reg. iur. & in ista ratione fundatur l. quoties. C. de rei uendic. modo per prædictos processus ius iam quæsitum est dominis, & debitoribus. ergo, &c. Quarto hoc probatur, quia quod legitime factū est, & plene consummatum, de facto superueniēti retractari nō debet. ut regula. quod ab initio. & regula. factum legitime. & l. iiij. C. de interdic. matri. Quinto hoc probatur, quia princeps si hoc etiam uellet, de iure non posset alicui auferre ius suū, seu iustitiam suam sine causa. ut ff. de na. restitu. l. quæris. & l. fi. de na. feud. in prin. & quo tempore miles inuesti. pe. debe. cap. ij. in prin. & C. de preci. imperato. offe. l. quoties. & l. rescripta. & ita per Cy. & ita notat determinate domi. Bertrandus de Drocheo. in l. unica. C. de uendi. re. fisca. cum priuatione communi. lib. x. & Inno. de constit. cap. quæ in ecclesiarum. & c. quia plerique. de immunit. eccle. ergo nec per indirectā uiam huiusmodi restitutionis hoc potest. argu. l. scire oportet. ff. de tuto. & cura. da. ab his. & C. de usuris rei iudi. l. fin. §. fina. Sexto hoc probatur, quia quis contra factum suum uenire non potest, maxime in præiudicium alterius. ut ff. de adopt. l. post mortem. & de seruo pigno. da. ma. l. si creditoribus. & maxime hoc in principe locum habet, quia in eo uariatio alteri iniuriosa magis est uituperosa, quàm in alio. ut C. ne fis. rem quā uen. l. j. & ij. lib. xj. & C. de quadri. præscript. l. bene à zenone. ubi probatur extra notata ibidē ratio præcedens, nec præsumitur id uelle princeps; ut l. nec auus. §. merito. & §. si quis à principe, quæ uulgatæ sunt. Modo hic retractaret factum suum in præiudicium dominorū, & debitorum. ergo, &c. Septimo hoc

probatur per l.fin.C.de sen.pas. ubi per restitutionem huiusmodi non restituuntur medio tempore facta, siue gesta. Octauo, qa quãdo minor restituitur, nõ restituitur nisi ad id, quod in eadem causa permansit. ut ff.de mino. l. quòd si minor. §. Scæuola. Nono, quòd nõ debet uni aliquid concedi per gratiam, ut alteri auferatur. ut C. qui po. in pig. hab. l. assiduis. §. empt. argu. C. de sta. & imag. l. fi. in princip. Decimo uidetur glo. ff. de libe. & posthu. l. Gallus. §. sed quid si tantum. in fi. magnæ glo. ubi no. si pater filium instituit, & nepotem substituit, si post mortẽ aui deportatur filius, perdit successionem pater, & nepoti aperitur: si restituitur filius, successionem non recuperat, ne ius nepoti apertum eidem auferatur. Vndecimo facit not. qui fi. sint legi. cap. per uenerabilem. in gl. not. ubi not. quòd si illegitimus per papæ legitimationem restituatur legitimitati, licet uideatur quo ad honores tẽporales, non tamen quo ad bona. Et facit bene ratio diuersitatis per Hosti. ibi not. & per Ioan. And. ibi posita super dicta glo. secunda. facit per eandem uiam, quod no. Ioan. And. de regu. iuris. sine culpa. in quæstione ibidem disputata, quòd legitimatio non præiudicat secundogenito ibi terminato. Duodecimo hoc probatur, quia quod semel nullum est, ipso iure non potest ulterius in statum adduci, nisi interueniant causæ habiles ad illud de nouo cõstituendum. ut ff. de testa. l. eius. & l. si filius. & ff. de lega. primo. l. cætera. §. primo. & C. de lega. l. seruus institutus. & institu. de leg. §. sed in seruo. & not. Dy. in regula. non firmatur. libro sexto. modo causa constituendi obligationem de nouo, est consensus ipsarum partium. l. consensu. ff. de actio. & oblig. & §. naturalis. alleg. qui non est in potestate principis. ergo, &c. Decimotertio hoc probatur, qa quando causa produxit suũ effectum in suo iam consummato esse, licet causa tollatur, effectus tamen manet: & ideo si moritur filio pater, non ideo moritur filius. tunc enim utitiatur res deueniens ad casum, à quo non potest incipere, cum deuenit ad illum casum ante suum completum esse. ut l. ut pomum. §. fi. eodem titulo. modo per priuationem prædictam dictorũ processuum ius domini, & debitoris sunt in suo completo esse. ergo, &c. Decimoquarto hoc probatur, quia nõ plus uidetur posse operari testamẽtũ, quã retractatio, imò minus. per nor. in d. l. fi. C. de senten. pas. per Cy. & per Bart. dissoluitur. l. si quis ex hæreditate. §. sed si pater. ff. de iniust. rup. & ir. test. sed retracta-

tio non habet locum nisi in his, quæ manserunt in eodē statu. ut l. si balneū. §. fi. ff. qui po. in pig. ha. facit c. quamuis. de reser. lib. vj. facit l. quoties. ff. de noua. in fi. & l. quoties. C. de rei uend. cū si. & l. potior. j. & ij. responso. ff. qui po. in pig. ha. & c. si pro te. de reser. li. vj. Hūc casum speciālē, qui loquitur in cōditione dependente à potestate grauati.

a ¶ Beneficium restitutionis. *Restitutio in integrum an appelletur beneficium uide abba. in c. fi. eo. tit. Et an sit beneficium reale, uel personale Bart. in l. in causa. §. interdum. ff. de mino. & in l. ij. C. de fideiuſ. tuto.*

¶ De resti. in integrū. Rub. *Conclusio* DCCXLIIII.

HIS suppositis cōclusio extra rotam sit ista, q restitutio in integrū damnati facta per principem, puta per papam, uel imperatorem, operatur etiam quo ad iura & bona, quæ per ipsam damnationem solū, hoc est absque aliquo actu præcedente, uel intermedio habili de iure, ad nouam eorundē bonorum, uel iuriū translationem, aut acquisitionem, aut cōsolidationem faciendā, aperta fuerint, quódque talem restitutionē potest papa, uel imperator facere expresse. aliam maiorē non debet de iure facere, nisi causa utilitatis reipublicæ hoc exposcat, & tūc læso debet damnū de publico resarcire. Ista conclusio habet quatuor partes, & primas duas probāt rationes ad utranque partē supra factę & directæ. de prima parte est casus in l. fi. C. de sent. pas. quia ibi per deportationē erat apertū ius liberationis iuris patriæ potestatis filio. & tamen illud per restitutionem sibi aufertur, licet forte in præiudiciū eius ex priuilegio iuris principi concesso à iure, & etiam ratione casus in l. libertus. all. & l. j. §. fi. cū l. seq. de contra tabu. alle. Et ratio huius priuilegii est, quia principi, à quo repræsentatur res publica, ad decorem ipsius reipublicæ iuste deferuntur honores, etiā cum aliquali præiudicio priuatorū. l. bene à zenone. alle. & l. una. de uendi. re. fisca. alleg. & quia huiusmodi bona, & iura, ex sola principis priuatiōe dānato ablata, & aliis aperta non aperiūtur eis ex æquitate iuris naturalis, uel gentium, sed potius ex rigore iuris ciuilis positiui, cuius administratio ex toto principi est commissa. Ideo non mirū, si super hoc potuerit per suas constitutiones ordinare. & satis possunt hæc colligi ex notatis Inn. in c. quæ in ecclesiarū. & c. quia plerique. alle. & fa. l. bona fides. ff. depos. Ex ista prima *parte* conclusionis huius infertur, q ad nomina debitorū, & ad obligationes uassallorum extendit se huiusmodi restitutio. Ratio, *quia*

quia liberatio ista debitoris ab ipsis processibus, & priuatione per eos inducta immediate procedit, nullo uidelicet alio actu intermedio procedēte, sicut liberatio seruitutis patriæ potestatis, & libertatis. ut l.ultim.de sen.pas.& l.siue liber.de iure pa. & uni rationi oppositæ respondeatur. Aduertendum est, quòd sententia ista principis priuatiua, & absolutoria nō tollit obligationem naturalem:[a] quia hoc non uidetur posibile fieri, cum illa sit naturalis, quæ non tollitur per actum ciuilē ipso iure.ut ff.de cōd.inde. l.Iulianus unum debitorem. & l. quidam. ff. de pœn.& l.si quod.de condi.inde. ff.ti.alleg.argu.pro hoc insti.de iure naturali.§.sed naturalia.& l.eas obligat.ff.de cap.dimi.Causam enim notabilē naturalem habet,uidelicet consensum,quę non potest tolli, nisi per causam contrariam,id est,nisi per cōsensum contrarium.ut l.Stichum.§. naturalis.alle.& idcirco,si ius ciuile abstulit huic naturali obligationi effectus suos ciuiles per priuationem,non mirum, si per restitutionem eos sibi potest restituere,per dictum §.naturalis. & l.nihil tam naturale.ff.de regu.iur.& c.omnis res.de reg.iur. & si esset obligatio mere ciuilis, quæ per processus hmōi prorsus,& ipso iure in totū tolli posset, etiam in totum posset restitui: quia ius ciuile bene obligat, ut patet in sententia.ut l.actori. C. de iureiuran. Sed caue, quia obligatio non tollitur,licet persona ab ea eximatur. considerandum enim est, quòd nedum dominia rerum, imo etiam nomina damnatorum cum confiscatione secuta confiscantur. Ratio, quia successor est fiscus, & in eum,& contra eum transeunt actiones.ad leg.Iul.de ui priua. l.ij.in qua cōfiscatione sunt duo extrema,uidelicet damnati priuatio, & in fiscum translatio, & ista sunt capitula separata.ergo sententia priuationis lata circa primum extremum,circa secundum non operabitur. argumen. l.pater Se.in fi.de condi. & demon.& l.h.ff.de calum.quia ista duo separatas causas,& rationes habent.Primum enim concernit odium damnati. Secundum uero fauorem fisci, & sequitur secundum ex primo.Ideo non debet tolli per primum.ut l.qui hominem.in fi.ff. de solut. Nec est uerisimile,quòd quia delinquēti aufert, uelit propter hoc auferre bursæ fiscali, quæ non peccauit. Ideo non uidetur difficilis restitutio huius actionis, saltem utilis,quę idem operatur in effectu. Sed dices,quòd restitutio ius fiscale ad restituentē non pertinens nō debet tollere,quia non apprehendit possessionem bonorum ipsius damnati,& ha-

beat locum prima pars noſtræ cõcluſionis. Ratio eſt, quia ſi ad reſtituẽtem pertinet ius fiſcale, eſt indubitatum: ſi ad aliũ, idem: quia hoc eſt priuilegium principis, licet aliquali alterius præiudicio, ut dixi ſupra. Sicut enim fiſco aperitur hoc ius, ita aperitur hereditas ſecundo in gradu, in caſu l.j.§.filius.ff.ad Tertul. ut l.j. ff. quis or.in bo.poſſeſſe.& tamen illud ius aperitur. Secundo in gradu tollitur per reſtitutionem. ut d.§.filius.ergo idem in fiſco. Secũdo caſu dico, quòd habet locum ſecunda pars concluſionis. Ratio eſt, quia ratio iuris naturalis gentium habet, ꝙ in re habili ad poſſidendum in re dominii uacante, apprehenſio corporalis animo quærendi dominium, occupanti acquiritur. Et ſic intelligitur: quod in nullius bonis eſt, occupáti conceditur. ut ff. de acquirend. rer. domi.l.j.& inſti. de re.diui.§.ferę. quod enim nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur: ſaluo, quòd iura ciuilia uolentia fiſcalem burſam impinguare, hæc bona uacantia fiſcali burſę applicarunt. C. de bonis ua. per totum. libro x. colla. quæ ſunt regalia. circa princip. ergo cum fiſcus rem damnati, quam uacantem reperit, antequam apprehendat, eam ex cauſa habili ad dominiũ de nouo acquirendum, acquirit. ergo eſt locus ſecundæ parti ipſius concluſionis. Sed ſi non apprehenderet camera fiſcalis, ſed ſolum agnoſceret hæc bona, ſecus eſſet, quia licet dominium ſine apprehenſione tranſiret hoc caſu. ut l.j.§. an bona. & l. imperator. & ibi per Dyn. & Bart. ff. de iure fiſ. & ff. de publi. l. commiſſa. tamen à ſola ſententia priuatiua ueniret hæc acquiſitio. Ideo per reſtitutionẽ tolli poſſet: ſed apprehenſione facta ſupereſt alia cauſa per ſe totaliter reparata, ergo. &c. Sed dices: ſi quæſitum eſt dominium ex ſola agnitione per iura proxi. alleg. quomodo alia uice ex apprehenſione quęri poteſt, contra l.iij.§. ex pluribus. ff. de acquiren. poſſeſ. & l. ubi autem. §. fi. de uerbo. obliga. & §. itaque. inſti. de act. de fid. inſtru. inter dilectos. §. cæterũ. Præterea, quomodo dici poteſt res uacans, cuius dominium in alium iam tranſlatum eſt: non uidetur poſſe. Præterea, quia hic non poniturex parte fiſci animus acquirendi ex huiuſmodi cauſa, quia uacans. Sed dico, quòd licet ex huiuſmodi cauſa non acquiratur dominium iam quæſitum, quia naturalis cauſa eſt habilis ad acquirendũ. Ideo fortificat illud iam quæſitum, quod ita forte eſt, ſicut ſi ex illa cauſa quæſitum foret, & patet ex diſpoſitionibus l. omnes. & l. ſicut. C. de præſcri. xxx. uel xl. ann. ad

l. in

l.in omnibus.& ad l.intra. ff. de diuer. tem.præscri. quam ponit Cy.de quadri.præscr.l.j.Sed caue, quia prædicta locum nõ habent in casu, quo ius fiscale ad restituentẽ pertinet,quia in eius præiudiciũ restitutio ad omnia etiam per eum possessa se extenderet.ut l. j. C.de sentẽ.pas.quia in præiudicium concedentis beneficium late interpretatur. ut extra.de dona.cum dilecti.& ibi per Inn.& c.per tuas.& de decis. ex parte.Mo.de uerb.signi.cum tibi.ff.de const.princip.l.iij. Nec ob.si dicas, quòd iura loquentia de restitutione, quo ad bona, fuerunt edita ante tempus authenticæ, bona damnatorum.& ita de tẽpore, quo bona dãnatorum debebant ad camerã imperialẽ pertinere. Dico etenim, quòd & tunc præiudicabatur tertio in casu primæ partis huius conclusionis, ut patet per iura pro ista parte superius allegata. Caue etiã,quia in omnibus non reperio apprehẽsionem,de quo supra per debiti occupationẽ. ut ff.de his, quæ in frau.credi. l. qui autem.§.sciendum. & l. pupillus,in fi. quo casu idem diceremsicut supra dixi,in alia occupatione naturali,per eandem rationem. Nec credo ponderandam occupationem per litem contestat.de qua ff. de procura. l.pluribus. quia ibi prædicta ratio cessat.De secunda parte conclusionis est casus in l.fi.C.de sententi. pas.in eo, quòd dicit, quòd interim cõtracta, & gesta per sequentem restitutionem non reuocantur.imo nec testamẽtum interim per filium factum irritaretur, si filius ante restitutionem moreretur,quia tunc recuperet suum consummatum esse ante restitutionem:secus si post, quia tunc adhuc penderet, prout ibi no.Cy.post Azo.Ratio est quia satis est, ꝙ restitutio reddat, quod priuatio tollit. Item, quia res non est amplius integra.Item, quia negotiũ iam recepit suum esse consummatum. Et ita procedunt allegata pro secunda parte.Item,quia cessat tũc ratio primæ. non enim à rigore iuris[b] ciuilis habet talis causam proximam,& immediatam, sed uel à contractu,uel à quasi contractu proprio. ut l. quæcunque gerimus. ff. de actio. & obligatio. uel à causa antecedenti, ad quam actus refertur, ut tunc gestus. ut l. si rem. §. finali. ff. de pigno.actio. Iunge, quòd si hoc potest facere tacite, ut præmissa omnia clare probant, quòd hoc etiam potest facere expresse. ut l. certum. cum similibus. Et ita procedit hæc secũda pars conclusionis . facit l. secunda. C.si reus,uel accusa. mor.fue.Ex ista secunda parte sequitur primo,ꝙ si bona deportati per fiscũ damnantẽ,uel alium, cui aperta

b iuris

sunt, in alium alienata fuissent, quo ad illa restitutio nihil ualeret. Et est casus in l. fin. alleg. quia emptor uel donatarius tũc non habent causam proximam à priuatione, sed à suo contractu proprio, & causa proxima, & immediata est attendenda. ut l. penultima. ff. de condict. ob turpem causam. & hoc tenet Iaco. de Belui. in x. collat. ti. de feud. hic finitur l. deinde incipit. regni consuetu. cap. domino Guerram. ubi glo. tangit dictam quæstionem. Ad contraria soluit Iacob. de Bel. dicens, quòd restitutio est in pristinum statum repositio: hoc dicit uerum de rebus existentibus in eadem causa, & in eodẽ statu: aliter non. Et per hoc soluit ad omnia contraria. ad l. in causæ. §. fi. cum l. sequen. ff. de mino. respondet, quòd illa loqtur in eo, in quo recipit à minore, in quo non est spes certa. Nos uero loquimur in eo, in quo recipit ab eo, in quo est certa, maxime in principe. per l. secundã. C. de quadri. præscript. Modo maius est habere spem certam, quàm incertam. ut C. de compen. l. fi. ff. ad exhib. l. tertia. §. ibidẽ. Idem tenet ibidem uir magnæ authoritatis hodie in iure ciuili dominus Bertrãdus Caprioli Aurelian. de præsenti ordinariè legens in dicto cap. domino Guerram. In fauorem tamen domini Bertrãdi de Kleaquin cõtestabularii Franciæ, cui rex dederat comitatum Longeuillæ sibi per talem modũ confiscatũ, & de restitutione huiusmodi timebatur. ultra præmissa non allegat, nisi communia: uidelicet, quia beneficium principis non deciperet. ut l. prima. C. de his, qui ue. æta. impe. Et quia unde nascuntur iura, non debẽt iniuriæ exoriri. ut l. meminerint. C. unde ui. iuncta l. bona fides. ff. depo. allegat etiam l. si quando. C. de inoffic. testa. l. secunda. §. si quis à principe. & §. merito. ff. ne quid in loco publi. fi. & maxime, si princeps hæc bona sibi cõfiscata alteri dedit in feudum: quia uassallum non debet feudo priuare sine causa. in x. colla. quo temp. mili. inuesti. pe. de. ca. iij. de for. fide. cap. uno. §. fi. ubi dicitur, ꝙ dominus uersa uice tenetur uassallo ad fidelitatem. pro hoc, de milit. uassal. qui contumax est. cap. uno. §. si uero. Solutionem uero contrariorum, quam fa. dominus Iaco. de Bellouisu, uidelicet, quòd restitutio non operatur, nisi circa res, quæ in statu eodem remanserũt. Comprobat iste dominus per hoc quod speciale est in minore. ut l. in causæ. §. finali. cum l. sequenti. alleg. & l. unica. C. de repud. quæ in iudi. re. fi. uidelicet, quòd restituatur minor mutato statu rei. Ergo in contrariũ est in ius commune. ut l. prima.

in

in fine.ff.ad municipa.Et ex hoc colligitur secunda solutio noua. ad l.in causæ. §. fina.alleg. Vel potest dici, quòd restitutio minori competit, quia minor est
c læsus c ex iuris dispositione, & per modum iustitiæ. Ideo prouideri potest per contrahentē, quia iura sunt certa.l.secunda.ff. de iur. & fac. ignorantia. & de facto debuit inquirere contrahentes:maxime dico, præsenti, uel præterito, quod sciri potest: sed restitutio,de qua loquimur, conceditur contra ius de mera gratia,& incerta, & dependet à libera principis uolūtate. Ideo nec in iure,nec in facto præsenti,uel præterito consistat,sed potius in futuro. non, si præuideri non potest.Et nō mirum,quòd hoc gratiosum,& specialissimū sit restringibile.l. eius militis.ff. de testamen.mili.Imputatur autem ei,qui potest prœuidere,&c. dicta l. qui cum alio. & l. si domum.ff.loca. Et propterea illud est bene speciale in fauorē minoris,& bene restringitur:quia intelligitur hoc casu solum,quo primus emptor soluendo non esset, & de quadam æquitate, quæ non est hic.ergo, cum non sit contra ius, non est extendenda.extra,de elect.ca.statutū. lib. vj de regu.iuris.non solum.& c. constitutionem.& regula.quæ à iure.eo.lib.cum simil.Item præfatus domi.Bertrādus pro dicta solutione cōtrariorum domini lac.inducit l. filii matri.§.filios, qui se nolle.ff.ad Tertul.ubi dixit,ꝙ filius, qui dixerit se nolle hære ditatē adire, poterit nihilominus postea mutare uoluntatē:sed hoc uerum re integra, id est antequam sequens cognatus in gradu adierit:quia secus, si adiisset,&c. per eundem modum potest induci ff. de op.le.l. mancipiorū.& extra.de procur. c.licet.libro vj.& de præb.si tibi absenti.eo.lib.& not.Cy. C. qui accu.nō pos.l.ea, quæ.& not.gl. de instru.post terminū.in cle.fæpe.de uerb.sign.& ff.si quis cau. l.& si post tres.cum si. Et induci posset ff.de usufruc.l.qui usumfructū. §.denique.de adi.& trās. fe.le.l. si seruus. ff. de iure do.l. stipulatio. Item secūdo ex dicta secunda parte huius conclusionis infertur,qualiter debeat intelligi, & modificari id, quod notat glo.in l. Gallus. §.& quid si tantum. in fi.magnæ gloss.ff. de liberis & posthum.uidelicet, quòd si auus filium instituat, & substituat sibi nepotem, & post mortem aui hæreditate nō adita per filium, filius deportetur, & ita ius succedendi amittat, & postea filius restituatur,dicit gl. illa, quòd non recuperabit hæreditatem auitinam: quia nepos fuit hæres, & non potest definere hæres esse. hoc enim intelligēdum est per præmissa,

si hær

si hæreditatē adeundo expreſſe, uel tacite ſe immiſcendo agnoſcat, tūc etenim res nō eſt integra, nec ex perſona damnati, nec ex ipſa damnatione tanquàm à uera cauſa: ſed potius ex auitina ſubſtitutione, & ipſius agnitione huiuſmodi hæreditatem auitinam conſequitur. Ideo per reſtitutionē ſibi auferri nō debet. argumen. ff. de adopt. l. ſi arrogator. de uulg. & pupil. ſubſtit. l. ſi plures. §. in arrogato. & de interdict. & relega. l. iij. C. de decurio. l. diuo Marco. cū ſimil. Nec obſtat, ſi non fuiſſet deportatus, non fuiſſet apertum ius nepoti. qa illa nō eſt propter hoc cauſa, ſeu occaſio, ſed potius ſolius conditionis implementum. Sic eſt in ſimili: expecto primā uacaturam, nunquid à canonico moriente, uel illis, qui dent ſibi mortem, uel ab actu ipſius mortis conſequor beneficium? certe non, ſed à canonica inſtitutione. ut c. beneficium. de regu. iur. lib. vj. facit pro, & contra plene alleg. per do. Ioan. poſt Bar. Brixien. qui uidetur ſentire cōtrarium, & Hugo. & Ioā. qui uidentur ſtare cum præmiſſis, in quæſtione Lazari reſuſcitati: extra. de frigi. & maleſi. c. fraternitatis. ſuper uer. miraculum. de quo tetigit idem Ioan. de regu. iur. c. priuilegia. in nouella, in quęſtione. Et ita dixit plene prædictam opinionem in Lazaro reſuſcitato tenet Ioan. Andr. de iuris rigore ueriorem. in dicto capi. fraternitatis, prædictam etiam opinionem in caſu noſtro tenet etiam ſubtilis doctor dominus Ioan. Cal. in lectura ſua. ff. de regu. iur. l. ea, quæ raro. & ita procedit dicta gloſſ. quæ continuo allega. ab omnibus communiter approbata. Sed ſi nondū agnouiſſet nepos huiuſmodi hæreditatem nec tacite, nec expreſſe, tunc reputarē rem integram. Et quod reſtitutio circa huiuſmodi hæredes ſuum effectum operetur, ratio eſt, qa ſi ex ſubſtitutione euenięnte ſubſtitutionis conditione, ſubſtitutus hæreditatem nō adiit, defertur hæreditas huiuſmodi ſubſtituto ex teſtamento, ita quòd ab inteſtato deficiente primo gradu defertur, & aperitur ius ſuccedendi in gradu. ut ff. qs ordo in bono. poſſeſſor. melius de ſucceſſio. edic. l. j. §. quibus. tamen ſi deficiat primus gradus per huiuſmodi damnationē, & poſtea re integra reſtituatur, recuperat ius ſuccedēdi. l. j. §. filius. ff. ad Tertul. l. j. in fi. cum l. ſequeñ. ff. de cōtra tab. ergo, & c. ſaluo, quòd hic poſſet imaginari, quòd in caſu gloſſ. ſuitas ualeret additionē, ſed non poſſet dici, quòd nunquàm auus habuit in caſu gloſſ. nepotem in poteſtate. Et præterea idem poſſet dici in §. filius. qui cum loquitur generaliter,

liter, istum casum includere potest. Ex ista secunda parte sequitur tertia modificatio dicti domini Bartol. posita in d.l.j. §. filius qui. ff. ad Tertul. quia intelligit illum casum, quando ante restitutionem nō est per alium apprehensa hæreditas per glo. dicti §. & quid si tantū. sed intelligo illud dictum ad improprium sensum: uidelicet, nedum in apprehensione possessionis; sed etiam de apprehensione iuris, quæ fit per additionem, quia & intelligit glo. in qua ipsa fundat, quia nedum per primā, imò & sine ea per secundam quæritur hæreditas, & omnia dominia rerum, &c. de acquiren. pos. l. hæredes. & ex alia causa, quam ex ipsa priuatione. Sed quid si ex persona ipsius damnati, non præcedente alia causa, per priuationem habuerūt eius bona succedeñ. ab intestato, & ea apprehenderunt iuxta nouum ius authenticæ, bona damnatorum. post restituitur, nunquid habebit ista bona per restitutionem? uidetur quòd non, quia iura loquentia de restitutione ad bona præcedunt tempus dictæ authenticæ, bona damnatorū. quia sunt iura codicis, secundū quæ omnia ad fiscum pertinebant: ut C. de bo. damna. quasi per totū. & sibi tunc, & non alteri præiudicabat: sed hoc casu præiudicaretur aliis, ergo non uidentur ad istum extendi casum, cū non sit eiusdē rationis. Breuiter nihilominus puto, quòd in his habent locum omnia iura allegata, quia non est uerisimile, quòd Imperator concedendo dictam authenticam, suo priuilegio restituendi ad bona uoluerit in aliquo derogare. Præterea, quia cōtra æquitatem, & rationem iuris naturalis ex rigore ciuili ipsius damnationis illa habent, ergo à contrario remedio restitutionis tolli poterūt per prædicta: & quia nulla alia causa quærēdi illa bona competit illis, nisi ex persona, & ipsius priuatione. ergo, &c. per prædicta. & ualde bene, quo ad hæc, facit opinio Bartholomæi, & in hoc concor. præfatus dominus Ioan. Cald. & dominus Ioan. Nichoti Autioleñ. episcopus in dicta l. fi. C. de senten. pas. Sed si successores ista bona alienassent interim, secus crederem, per prædicta. Et idem tenet præfatus Ioā. Cal. licet dictus dominus Ioan. Nichoti contra. in hoc ultimo credo. de ambobus do casum expressum in d.l.fi. nam ibi per deportationem filius consecutus erat duo, uidelicet liberationem à iure patriæ potestatis, & dominia rerum paternarū, quæ ambo pater restitutus recuperat, nisi alienata sint interim per filium, ut ibi apparet: & ita est ibi casus expressus. Secūdo quæro

ro circa hoc, quid si hoc casu ius fisci pertineret ad alium, qui interim agnoscit bona, & ita sibi quæruntur sine apprehensione. ut l. j. §. an bona. & l. imperator. ff. de iure fisci. sed nondum apprehendit, damnatus restituitur, nunquid bona huiusmodi recuperabit à tali fisco? Breuiter puto, & sic, sicut faceret à quolibet alio successore, ut in dicto §. præcedenti. successor enim est, & cõsequenter successiõnis hæc bona sibi quæruntur. ut l. ij. C. ad l. iul. de ui priua. allega. ita, quòd licet consensus in acquisitione sit necessarius, ut l. qui absenti. ff. de donatio. & c. si tibi absenti. allega. tum, quia succedit hic in modum patientis, & recipientis, magis ponderatur causa agens: ut l. ii ff. si pars hæreditatis petatur. Nec obstat dicta modificatio dicti domini Barto. modo tertio illata, quia ibi cum consensu concurrit alia causa agens, quæ tamen sine cõsensu non sufficeret, cum consensus sit necessarius ad perficiendum, ut dixi. Quarto ex eadẽ parte secũda sequitur aliud: uidelicet, quòd si sit tale feudũ, quod perditur per damnationem, quòd secundum naturam, uel ipsius, uel suarum primæuarum reconuentionum nõ possit transgredi personam uassalli, sed ipso mortuo naturaliter, uel ciuiliter statim domino debeat aperiri, & utile dominium ipsius uassalli consolidari directo, per talem damnationẽ ipse uassallus efficitur seruus pœnæ, & ita mortuus ciuiliter, & sic dicta cõsolidatio statim suum totum, & completum sortiatur effectum, illam consolidationem reuocare nõ potest restitutio sequens. patet per præcedentia, qa istam consolidationem nõ consequitur dominus directe, & principaliter ex ipsa damnatione, sed potius ex natura feudi, uel feudali cõuẽtione præcedẽti: licet ipsa dãnatio seruitutem irrogans. ut ff. de pœn. l. quo ad statum. & l. qui ultro. aperiat uiã huic cõsolidationi in hoc, quod dat causam purificationi conditionis ipsius feudi, ut dixi supra in alio casu. modo directa causa, & principalis, non consecutiua, & occasionalis est considerãda. ut ff. de author. tuto. l. j. in princi. cum simil. Nec obst. illatio primæ partis conclusionis principalis suprà præcedentis, qa ibi liberatio debitoris principalis & directe, ac solum, & duntaxat à dicta dãnatione dependebat: hic secus, ut dixi. Prętereà hic nõ pondero consensum, uel scientiã ipsius domini. Ratio est, quia utile dominium uasalli, nõ est, nisi quædam seruitus iure domini. ut x. collatio.

qui

quibus modis feud.amit.in fin. modo ignorante domino liberatio fequi poteſt.inſtitutio. quibus modis tolli.obligatio.in principio.Nec obſtat l.qui abſenti.regula inuito.& notat Innoc.de conceſ.pręben.c.primo. libr.vj.quia loquuntur in donationibus,& priuilegiis : hic ſecus.ita ſoluit glo.quib.mo.obliga.tol.in prin.alleg.Si uero feudum non haberet talẽ naturam, ſed eſſet tranſmiſsibile ad ſucceſſores,uel ſentẽtia non eſſet talis,ex qua mors ciuilis,uel naturalis irrogaretur,tunc ad fiſcũ perpetuo pertinere debẽt,iuxta modũ tamẽ,quem pleniſsime deduxi ſupra ccccclxvj . quam omnino hic ex toto cõiũgas.dicerem primũ,quod dixi in prima illatione primæ partis principalis concluſionis,& in ſecunda quæſtione tertiæ illationis eiuſdem cõcluſionis ſupra præcedentibus.Nec facio differentiam inter mortem ciuilẽ,& naturalem,[a] quo ad hoc,quia iſta omino conueniunt,quo ad mẽtem iuris.ff.de liber.& poſthu.l. Gallus.§.& quid ſi tantũ.alleg. & l.ſi mater.C.de condi.inſtitu. Quæ dixi in feudo,intellige in emphyteoſi repetita,quia eadẽ ratio,per ea,quæ dixi circa dictam cõcluſionem ad ſi.uer.prędictam concluſionẽ,&c. Et per iſta prima pars concluſionis eſt ſoluta.Nunc accedo ad tertiam partem cõcluſionis,& patet illa tertia pars pro eo,quia alicui auferre ius ſuum ſine cauſa eſt cõtra naturale ius,& diuinũ, quo cauetur,ꝙ reddatur unicuique quod ſuum eſt,nec lędatur alter in iure ſuo.ff.de iuſti.& iure.l. inſtitia.§.inter præcedẽtia.& in decret.prima diſtinct.in princi. Ideo præter caſus expreſſos in iure principi concеſſos ex priuilegio iuris communis,hoc ſibi non licet.argumen.§.ſed naturalia.& communium iurium.Ita doct.notant,& Cy.C.de precib. impera.offe.l.reſcripta.& dominus Bertrãdus de Droc.in l.una. C.de uendica.rerum fiſca.& Innocẽ.Hoſtien.& Compo.de cõſti.quæ in eccleſiarum.& Innoc. eo.tit.& Hoſtiẽ.de immuni.eccle.c.quia pleriq;.Caſus autẽ expreſsi à iure ſunt tres.unus in l. ij.C.de cõmuni.re.alie.& l.una. C.de uendica.rerum fiſc.alleg. Alius de quadri.præſcri.l.ij.Tertius in l.j.& fin.C.de ſenten.paſ. eo modo intelligendo,quo dixi.ergo ultra illos niſi repetiãt, alii ſtandũ eſt regulæ.Ratio autem dictorum trium caſuum eſt honor reipublicæ,qui in magiſtratuum honore cõſiſtit.ut l.omnem honorẽ.C.de appel.& c. ut debitus.extra.eo.tit. Aegi.De quarta parte eſt textꝰ.C.quib.ex cau,ſerui præmium lib.accu.l.ij.

cum

cum multis si. Ideo consulerem principi, quòd ab isto modo caueret, ne hiscalem suam cameră ex huiusmodi negotiis obligationum diuersarum generibus intricaret.

a ¶Obligationem naturalē. *Quotuplex sit naturalis obligatio, & a quo iure procedat, Bar in l. cum lex. de fideiusso. quo iure sit inducta, in l. Stichum. §. naturalis, de solu. Item quæ sit ista obligatio naturalis, uide insti. de obliga. ubi docto. examinant.*

b ¶Rigore iuris. *Nota quòd rigor aliquando est excessus, siue austeritas iudicis & terror, qui non est obseruandus, nisi ubi timetur exemplum malis. xlv distinctio. illud. Aliquando uero rigor dicitur subtilitas iuris, ut hic, & tunc seruandus est. extra. de restitutio. spoliato. in literis.*

c ¶Minor est læsus. *Si minor lædatur in causis spiritualibus, in quibus reputatur maior, an possit petere restitutionem in integrum. Vide Abb. in capi ex parte. de restitu. spolia. colū. vj. & an minor si beneficio renuntiauit, audiatur petens restitutionem. ibidem. col. vij.*

d ¶Mortem ciuilem & naturalem. *Mors ciuilis an, & quibus casibus æquiparetur morti naturali, ui de Panormi. in capi. cum sicis. de conuer. coniuga. Bal. in l. deo nobis. C. de episc. & cle. & Bart. in l. j. § filium. ff. de contra tab.*

¶De resti. in integrum. Rub.

Conclusio DCCXLV.

CONCLVSIO, quòd articuli de iure dătis crimen nō sapien. etiā in causa propha na post terminum peremptorium ad articulandum assignatum, re tamen adhuc integra, a dati, per iudicem possunt saltem de gratia recipi, & ad probandum admitti, non obstante lapsu dicti termini peremptorii. Et antequàm ad ulteriora progrediaris, omnino uide, & hic præmitte conclusiones alias duas supra tactas, & quæ circa eas dixi, quia eas omnes uolo hic pro repetitis haberi. Pro conclusione facit l. mancipiorum. ff. de optio. lega. & capi. si tibi absenti. de præbend. lib. vj. & quod notat Cyn, post alios inter quos principaliter Iacob. de Arena. C. qui accusare non possunt. lege si ea, quam opinionem, seu dictum approbat Iacob. Butri. per l. secundam. C. de dila. Sed in contrarium inducebat do. Argentin. legem, omne. ff. de fer. dicit tamen, quòd illa opinio communiter approbatur, uidelicet, testes instrumenta in criminali causa recipi post peremptorium terminum datum ad probandum, dummodo re integra. & simile notat Ioan. Andr. de uerbo. significatio. sæpe contingit,

git.facit l.& si post tres.ff.si quis cau.ff.de uerborum obligatio.l. si quis ita promisit.§. Seia.eodē titu.l.si insulam.& ff. de penu lega.l.j.& ff.si quis in ius uoca.nō ierit.l.secunda.§.fi.& quod not. Ioan.And.post Hosti.de restitu. in integrum.c.coram. super uerbo,moram.Dicitur autē res non integra duobus modis. Primo, si est processum post lapsum termini ad aliquem actum factum, siue negotium,seu effectū ipsorum articulorum contingētem: puta, quia seruatus est terminus ad uidendum admitti articulos, seu repelli:uel plus, quia disputatum est iam super admissione, seu repulsione eorum: uel plus, quia iam est assignatus terminus ad probādum. tūc dico amplius rem non esse integram,postquā res modo aliquo præmissorum iam agi cœpit, alias quātum ad hæc,res censetur adhuc integra, etiā si ad alios actus processum fuerit,ut puta,ad producendum omnia,uel ad dicendum contra producta.& probantur ista satis bene per ea quæ not.Cy. in l.sive pars,C.de dila.& Ioan. Andr. post eum. de appel.c.significante. tum, quia qualiter pendente dilatione si procedatur,uidetur procedi super materia dilationis,&c.& facit etiam per eādem uiam no.Cy.in dicta l.si ea.alle. & Bart.in l.mancipiorum,alleg. uide omnino Cyn.C.de pact.l.si pacto,quo pœnam.de transac.l. siue apud acta.in pe.q.& l.si maior xxv.annis.& C. de procura.l. nihil.& l.secunda. C. de consor. eiusdem litis.Bart.in l.si insulā. ff.de uerborum obligatio.alleg. ubi ipse plenariè tradit materiā purgationis moræ: nec mirum, quia si aliter diceretur,generaretur per moram partis negligentis alteri parti præiudicium graue: uidelicet,quia saltem lis plus solito prorogaretur, & crescerent labores,& sumptus:quia occasione articulorum nouiter datorum oporteret facere nouam discussionem super eorum admissione,aut nouam dilationem dare ad eos probandum: quod cessat, quādo nō est processum ad aliquod de præmissis.ergo,&c. modo mora unius alteri non debet esse damnosa, sed sibi soli. ff. si cert.pet.l.quod te.si quis cau.l.& si post tres.& à contrario extra.de reg.iur. mora.cum ibi notatis. ff. de usufru. l.mora. Secundo modo dicitur res non integra, quando superuenit factum aliquod,per quod læderetur ius aduersarii ex admissione articulorū nouiter datorum plus quàm læsum fuisset, si dati fuissent in termino:ut pote,quia si tunc dati fuissent, alia pars,etiā dedisset statim de materia contraria, & fecisset tunc examinari aliquos testes, quos tunc habebat, qui modo longe

receſſerũt,uel mortui ſunt.quia tunc ex mora prædicta pars altera læderetur,quod non eſt ſuſtinendum per proxima allegata. Sed præmiſsis ceſſantibus ſatis puto rem eſſe integram, etiam ſi tempus longum lapſum foret: & in hoc recedo à l. & ſi poſt tres. & à not.Hoſti. in dicto cap. coram. ſuper uerbo.moram.& §.Seia.l.ſi quis ita promiſerit.de uerborum obligationib.alleg. Probo,quia latior interpretatio facienda eſt in iudicio,quantum ad hoc,quàm in contractibus:quia in contractibus ſecundum mentem contrahentium iudicamus.l.in cõuentionalibus. de uerborum obligationib.ſed in iudicialibus iudicamus ſecundum mentẽ prætoris terminos tales peremptorios præfigentis:qui quidẽ prætor ſemper habet oculũ ad æquitatem.ut l.quòd ſi Epheſi. ff. de eo,quod cert.lo.dari oportet.& ita probatur ex diſſolutione.l.ſi tres. ff. ſi quis cau.ad l.traiectitiæ.§.de illo.ff.de actio.& obligatio.l.utrobique.& in l.ſi inſulam.& §.Seia.alleg.not.do.Bar. & tamẽ in extraiudicialibus eſt hoc,quòd attenditur ſolum, an res ſit integra, & an partis interſit. ut l.mancipiorum. & cap. ſi tibi abſenti.ergo,&c. Præterea,quia in iudic.caſibus, in quibus non eſt inobedienti per lapſum termini appoſita certa pœna, niſi de alterius partis intereſſe appareat, lapſus huiuſmodi non imputatur. ut l.ſecunda. in fin. ff. ſi quis in ius uoca. non ierit. cum concord.licet ſecus,ſi pœna eſſet appoſita. per l. & ſi poſt tres.allegat.& l.ſi cum dies. in fi.& l.Celſus.in princip.ff. de arbit.& ita diſſoluitur dicta l.tra iectitiæ. §. de illo.ff.de actio.& obliga.& l. ſi inſulam.ff.de uerborum obligatio.alle. & tamen hic non erat appoſita certa pœna, quoniam nec hic interuenit principaliter, niſi factum iudicis.& in l.& ſi poſt tres. interuenit principaliter factum partis: & eiſdem modis ſoluitur ad §. Seia,allega.dictum uero præcedens intelligo, ubi ſequitur intereſſe partis alterius,&c. Tertio hoc probo ſic,quia cauſa finalis in actu principaliter attendi debet.l.ſecunda. ff. de dona. & l.ſi.ff.de cõdi.ob turpem cauſam. Nec debent introducta ad unum finem principaliter retorqueri ad alium, præſertim contrarium.ff.de adi.legatis.l.legata.ff.de ſolutio.l.qui hominem. in fi.modo aſsignatio horũ terminorum peremptoriorũ nõ fit ad finem intercipiendi partem, nec ad tollendum ſibi ius ſuum, ſeu ad eum impediendum in iure ſuo: abſit hoc, ut l.meminerint.C.unde ui.l.ſecunda. in fin. C.de iudic.ui.tollend.ſed ſic ad abbreuiationem litium ſolum,

&

& duntaxat: & satis patet in ratione in cap.pastoralis.de exceptio. cum ibi notatis per docto. & tamen si re integra casu, quo nil interest partis, dantur articuli, per hoc lis nõ prorogatur. Da oppositum: iam partis interest, & sic dictum conclusionis non habebit locũ. quinimò ex cõtrario detur magna occasio prorogationum litis: quia admittitur pars ad docendum de iure suo, & doceret, & obtineret in ista instantia, & si non audiatur in ista, audietur in secunda, & si non, saltem in tertia, & reuocabuntur duæ sentẽtiæ præcedentes, & erunt factæ frustra expensæ in primis cum laboribus grauibus, & ærumnis. Si uero docere non potest, uidens forte se iuste succumbere, non appellabit. & si non esset audita, non esset ita certa pars de non iure suo, & haberet maiorem occasionem appellãdi. Præterea per hæc euitatur circuitus, qui, præsertim in iudicio, propter eorum abbreuiationem est euitandus. ut l. dominus testamento. ff. de condictio. indeb. iuncto cap. finem. de dolo. cum concordan. Quid enim aliud quærere debet iudex, quàm ut abbreuiet litem? C. de iudic. l. properandum. & ff. si certum petatur. l. quidam existimauerunt. Præterea, quia iudex principaliter non debet quærere, nisi ueritatẽ, & æquitatem. ut C. de appell. l. eos. & l. quid si Ephesi. ff. de eo, quod certo loco dari oport. cum similib. modo postquam alterius partis non interest, æquius est hic partem audiri, quàm indefensam condemnari. ij. q. j. nos in quen quã. Præterea, quia hic pars ista intẽdit de damno cum æquitate uitãdo. Alia uero pars de lucro cum iniquitate captando. ergo potius ista audienda, quàm illa. quia non est par, nec eadem ratio, lucra non capere, & damna sentire. ut l. fina. C. de codicillis. cum seq. Quarto hoc principaliter deduco, quia hoc peremptorium nõ debet perimere, ut uidetur, respectu iudicis, sed solũ respectu partis, ut patet. quia iudex post peremptorium potest expectare, imò & de nouo citare. ff. de iudi. l. & post edictũ. in princi. sed istud est de gratia. ut extra. de offi. deleg. cap. consuluit. & not. gl. xxiij. quæstione tertia. de illicita. circa princ. magnæ gloss. Simile de interlócutoria, quæ licet transit rem iudicatam, quo ad partem, non tamen, quo ad iudicem. ff. de re iudica. l. quod iussit. de appellatio. cum cessante. cum ibi notatis. facit optime, quod dicã in fi. rationis infra proxi. se. ibi. Præterea hoc ualde, &c. Quinto reducendo nos ad materiam tertiæ rationis uidetur faciẽda magna differentia inter terminum,

qui studiosè,& deliberate,& cũ magna causæ cognitione non ad effectum litis ordinationis, uel litis abbreuiationis, sed ad effectum peremptionis iuris alterius assignatur, & terminum, qui non præfigitur ita studiosè, nec ita deliberate, nec cum tanta causæ cognitione. Item, qui non præfigitur ad effectum principaliter peremptionis iuris alterius,sed præfigitur principaliter ad effectum litis ordinationis, & abbreuiationis, licet ex consequenti ueniat quandoque peremptio talis qualis. Nam maiorem, & notabiliorẽ debuit effectum habere prima assignatio,quàm secunda,ut patet ex notatis Inno,de rescrip.c. cum dilectus. in glo.no.pro ordine. Attenditur enim plus id, propter quod principaliter,&c. ut C.de inoffi.testa.l.ex his.cum concor.& quod cũ maiori difficultate fit, difficilius reuocatur. ut C. de testa.l.sancimus. iuncta l.tertia.in fi.ff.de adi.lega.Exemplum de primo,in l.si eo tempore.in l.diffamari. & l. si ea,quæ. & l.mancipiorum.& c.si tibi absenti.& de probat.cap.licet.cum similibus, & cap.coram. & cap. pastoralis alle. In casibus dictorum iurium studiosè, & deliberate, & cum causæ cognitione ad finem perimendi post terminorum lapsus termini assignantur,ut potest clare uideri tex.singulos discurrendo. Exemplum de secundo in terminis palatii, qui assignantur secundum ordinationẽ,& usum palatii ad producendum,ad ponẽdum,ad declarandum,&c. tales enim termini sunt inuenti principaliter ad duos effectus, uidelicet: ad litis ordinationẽ, & ad litis abbreuiationẽ.quia ante lites erãt sine ordine, & sine fine:nec fiũt cum magna deliberatione, seu causæ cognitione:nec fiunt studiosè ad finem perimendi,ut in seipso auditor quilibet experitur,& sciunt aduocati,& procuratores:licet quo ad aliquid sint peremptorii ex consequentia; uidelicet, quia ad ea, quæ sunt agenda in illis terminis post illos terminos pars alios terminos, uel dilationes petere non potest. & sic intelligo gloss.infra cap.de exceptioni. in clem. quæ habet,quòd omnes *isti* termini sunt peremptorii,& ita seruamus: tamen prædicti termini non sunt principaliter adinuenti de iure ad perimendum *ius* ipsius partis, quia si sic, frustra sequeretur terminus ad concludendum, qui est peremptorius allegationum iuris, & facti, & principaliter ad hoc de iure *inuentus*,de procuratori,*audit.de* causa possessio,& propriet.cap. pastoralis. de fide instrument. cap.cum dilectus, quòd frustra patet, quòd termini ad proponend

hendum,& probandum peremptorium iam precedunt semper ipsam conclusionem. ergo, &c. licet ergo diceretur in primo casu partem post terminum audiendam non fore citatam,ueniret sine partis læsione.ut not. Hostien.in dicto cap.coram.tamen in casu secundo modo forte secus:dummodo tamen non interfit partis alterius, ut dixi. quanquam tamen & in pluribus sub primo casu comprehensis tex.aperiant partem re integra simpliciter admittēdam. ut l.mancipiorum. & ca.si tibi absenti.alleg. quod fortiter urget casum nostrum per argumentum à minori ad maius. Præterea, hoc ualde fortificatur per unum dictum Spec. positum in secunda parte titu.de dilatione. §.primo. uer.sed quid si terminus.ubi dicit, quòd non obstante termino præfixo reo ad omnes dilatorias proponēdas,admittitur reus ad proponendum eas, si paratas eas habet,& absq; dilatione eas proponat. & hoc
b de æquitate,[b] de qua in cap.consuluit. allegat. licet ad petendū nouam dilationem admitti nō deberet. & sic intelligit cap.pastoralis.allegat. Et breuiter pro parte uidetur bene facere æquitas canonica,de qua in cap.penultimo.de iudic. quicquid esset de rigore iuris ciuilis, de quo iure tamen crederem idem per præmissa. Quid dicendum ad ea, quæ uidentur in contrarium facere? certe in primis uidetur clare responsum per ea, quæ supra proxime in sexta ratione sunt dicta. Sed ultra hoc singulariter ad singula respondendo,ad l.si eo tempore, quòd effectum peremptionis non dicit text. per solum lapsum peremptorium re integra inductum fuisse, sed dicit, quòd si edicto peremptorio præcedenti secundus creditor distraxerit,primus creditor amplius non auditur. Nec mirum,quia per distractionem, & post lapsum peremptorium uenisset primus creditor, uolens statim allegare & docere de iure suo, text. non dicit, & tunc nō audiretur, & dimittit illum casum indecisum,quē debemus decidere per alia iura: uidelicet per l. mancipiorum, & cap. si tibi absenti,alleg. Ad l. diffamari.C.de ingen.manu.alleg.eodem modo respondetur, quia ibi sententia per præsidem fuit lata, antequam admonitus agere uellet.l. mancipiorum. & c. si tibi absenti. facit pro parte ista ad l.si ea.& c.licet.allega.Et ad prædictum cap. pastoralis.respondeo,& dico,quòd duo sunt casus speciales, in quibus lapsus termini statim præiudicat totaliter ipso iure.Primus est in obiectionibus criminum, & obiectiuum.& sic procedūt c.licet. &

c.ſi ea.alleg. & quod not. Compoſt. in c. quod ſicut. de elect. & Ioan. Andr. ibi poſt eum in nouella. Ratio eſt, quia tales oppoſitiones ſunt odioſæ. Ideo æquitas dictans talia reſtringi, ut regula, alia. & c. ut circa. cum ſuis declaratoriis. de elect. libro vj. tollit contrariam æquitatem, ex qua ſolus rigor peremptorii maxime in iudiciis mitigatur, ut prædictum eſt. Sic in ſimili dicunt docto. aduerſus talem lapſum non competere reſtitutionem minori, quia reſtitutio ſola nititur æquitate, & æquitas huiuſmodi in iſtis odioſis euitatur. ſic notat Innoc. extra. de in inte. reſtitu. cap. coram. in glo. iuſtum fuit. & Specula. titu. de excep. §. primo. uerſicu. ſed pone datus eſt peremptorius terminus partibus. & ibi plene per eum poſt Compoſt. quem uide in c. quòd ſicut. alleg. & uidetur tex. in l. auxilium. in prin. ff. de minori. Secundus caſus eſt in propoſitione exceptionis dilatoriæ, & ſic procedit dictũ c. paſtoralis. Ratio huius eſt, quia exceptiones dilatorię ſunt odioſę de natura ſua, quia tendunt ad impediendum, uel prorogandum ingreſſum litis, & eas odioſas uocat, & in numero odioſorũ ponit Innocen. in d. c. coram. Item, quia per earum repulſionem non affertur magnũ præiudiciũ, ideo ceſſat æquitas, de qua dixi. Nec obſtat, quod Innoc. & Hoſtien. in d. c. paſtoralis. dicunt, quòd locum habet in peremptorio illud ca. quia poſſum dicere primo, quòd illud non eſt uerum, quòd habeat locum in peremptorio, prout ibi notat Bart. *in j.* glo. Vel poſſum ſecundo dicere, quòd illud dictum Hoſtien. & Innocen. intelligitur de exceptionibus perẽptoriis odioſis. quod patet per exemplum Inn. quod ponit de exceptione excommunicationis in modũ peremptorii oppoſita: ſecus uero de exceptionibus mere defenſoriis, quæ ſunt de iure partis, nec ſapiunt crimen, uel obiectum, uel de articulis datis per actorem, uel reum ad probandum ius ſuum ad effectum pro ſe ſentẽtiam obtinẽdi, in quo caſu loquimur: quẽ caſum illi docto. non tangunt. ergo, &c. Vel dico tertio, & forte melius, q. illud cap. paſtoralis. locum habet in caſu, de quo loquimur, quo ad duo: quorum primum eſt, quòd poſsit in caſu noſtro dictum peremptorium aſsignari. Secundum eſt, quòd tale peremptorium, etiam in caſu noſtro, de iuris rigore partem excludit. & ita procedit dictum Innocen. & Hoſtien. Sed ultra hoc eſt unum tertium, in quo caſus noſter differt à caſu cap. paſtoralis. uidelicet, quòd in caſu noſtro licet pars ſit excluſa per lapſum

pſum peremptorii ipſo iure de rigore: tamen de benignitate, & æquitate quadam in caſu, in quo non præiudicatur alteri parti, iudex poteſt partem audire. ſed in caſu cap. paſtoralis, ſecus, quia ibi æquitas, ut dixi, ceſſat. Et quo ad iſtum tertium non intelligitur dictum Innoc. & Hoſtien. alleg. Sed forte quæreres, ubi eſt illa æquitas ſcripta? Sed tibi reſpondeo, quòd eſt ſcripta in l. & poſt edictum. & cap. conſuluit. & l. mancipiorum. & cap. ſi tibi abſenti. allega. cum ſimilibus. Iuncto, quòd eſt de ſimilibus ad ſimilia arguendum. l. nõ poſſunt. ff. de legi. cum ſimilibus. Vel poſſum adhuc, & forte melius, & quarto ſoluere: quia aut quæris, an pars negligens ex ſe, & ex iure ſuo poſsit petere, quòd ſui articuli dati poſt terminum admittantur: & tunc dico, quòd non: quia tunc peremptorium eſt, quo ad ſe, ipſo iure excluſa, adeo, quòd ſi non exaudiatur talis eius petitio, forte non poterit appellare: & ſic procedit c. paſtoralis. & ibi no. hoc uerum, niſi per uiam reſtitutionis. & ita procedit c. coram. alleg. Aut quæris, an iudex ex æquitate prædicta, quaſi ex gratia, poſsit articulos in caſu præmiſſo admittere lapſu dicti termini non obſtante: & tunc quòd ſic, & ſic procedat noſtra concluſio, & quæ dicta ſunt circa eam. argu. de ſimi. ff. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. permittitur. & quod not. in cap. cum ceſſante. & l. & poſt edictum. & c. conſuluit. allega. Nec ob. ſi dicatur, quod per lapſum peremptorii quæritur ius alteri parti ad repellendum excluſum peremptorium, ut uidetur, ergo illud ius per iudicem ſibi auferri non debet, ut de elect. cap. ab eod. lib. vj. & regula. indultum. eod. lib. cum concor. quia dico, quòd imo non eſt acquiſitũ aliquod ius firmum parti hoc caſu: ſed quæritur bene ius, dependens tamen à iudicis uoluntate, uel gratia, & quaſi per conſequens ſub conditione iſta: niſi iudex æquitate dictante partem duxerit audiendam. ſic ff. de iure dot. l. ſtipulatione, ergo, &c. Ad c. coram. reſpondetur, quod ibi non dicitur, quòd quo ad effectũ admittendi ad ſtatim dandos articulos, ſeu probationes iam paratas opus ſit reſtitutione. ſed dicitur ibi, quòd ſi pars, quæ habuit dilationem ad probandum, & non probauit, uult quòd ſibi detur alia dilatio, non eſt audienda, niſi per uiam reſtitutionis in integrum. Et eſt ratio, ſi aliter fieret, induceretur litis prorogatio in præiudicium partis, quo caſu ceſſat æquitas, de qua dixi, & per conſequens tunc ceſſare debet cõcluſio noſtra in dicta æquitate fundata. ſi uero res nõ eſt integra, aut aliàs

multum interesset partis, dicere tunc, quòd absque beneficio restitutionis in integrum non esset pars ulterius audienda, per iura prædicta, & esset restituendus maior probato aliquo iusto impedimento ex generali clausula: si qua mihi iusta causa uidebitur. ut l. prima in fin. ff. ex quibus caus. ma. & minor, & ecclesia ex suo priuilegio ex iure suo clauso, dummodo quòd sua interfit aliqualiter colorent, per not. Innocen. de restitutione in integrum. cum ex literis. & Barto. de iureiuran. l. nam postea. §. si minor. Nec obstat. quod dicebat dominus Corsien. quòd secutdatur secũda dilatio ad probandum cum aliquali causæ cognitione, absque tamen restitutione. ut de testi. cap. cum in causis. cum ibi not. & sic in articulis, qui sunt præparatorii ad probationes, quia dico, quòd cap. in causis. non loquitur de dilationibus per modum peremptorii, assignatur, quia sic obstaret c. coram. allega.

a ¶Re integra. *Nota quòd res integra dicitur respectu iudicij quando lis nondum super tali recepta est, uidelicet ante lit. contest.*

b ¶De æquitate. *Nota quòd æquitas est quædam conuenientia, & quoddam temperamentum procedens ex causa a communibus regulis iuris not. Barto in l. prima. ff. de legi. Abbas in c. ex parte. de transact. in cij. de re iud. ubi dicit, quòd æquitas est ordinata iustitia, temperata dulcedine misericordiæ.*

¶De probationibus. Rub.

Conclusio DCCXLVI.

LICET obseruet Romana curia, quòd gratia papalis non potest probari, nisi per literas, cuius materia habetur per Archidiaco. & Ioann. Andræ. in procœmio sexti libri. & aliquid tangitur in clementina. dudum. de sepulturis. & quòd collatio facta per papam de ecclesia spectante ad præsentationem patroni laici non ualet, nisi ex certa scientia papa laico patrono præiudicare intendit: tamẽ probata collatione papali de tali ecclesia spectante ad præsentationem patroni laici alicui facta per literas apostolicas, de huiusmodi iure patronatus nulla facta mẽtione, per testes probari põt dicta certa scientia papæ. & ea probata per testes gratia non est ex eo capite inualida, nec surreptitia reputanda secundum maiorem partem dominorum consilii: licet adeo magna pars fuit in oprnione contraria, inter quos fuerat archiepiscopus Corsien. Nicolaus, & Franciscus: quorum authoritas, & scientia me existentem in opinione huius conclusionis fecit, & non immerito dubitare, quòd uidentur consilia diuersa

quasi

quasi per medium. Pro parte contraria conclusioni allegetur principaliter, primo, quòd eadē solennitas requiritur in probāda declaratione, sine qua dispositio remaneret nulla, & inualida simpliciter ipso iure, sicut in probatione ipsius dispositionis principalis: licet secus, ubi dispositio alias non fuisset ipso iure nulla, sed ageretur alias de qualitate, uel quantitate declaranda. modo nisi constaret de huiusmodi scientia, certe gratia esset ipso iure nulla, ut supponitur, & patet de offic. lega. c. dilectus. & de iure patro. c. cum dilectus. de præben. c. ij. lib. vj. per Ioan. mo. Archidia. & Ioan. And. & ibi plene. ergo non potest probari, nisi per literas. Primum probant sic, quia si testator hæredem instituendo, uel legando non errauerit in corpore hæredis instituti, seu legatarii, uel rei legatæ, sed errauerit solū in noīe, uel cognomine, aut qualitate, uel quātitate, & errorē hmōi postea declarauerit, potest probari postea huiusmodi declaratio per duos testes: & absque alia solennitatē, quia sine tali solennitate declarari potest. Et est ratio huius, quia absque tali declaratiōe ualebat in se talis institutio, uel legatum. ut ff. de lega. j. l. si quis in fundi uocabulo, licet deficeret sola probatio eius. ut l. duo sunt Titu. ff. de testamen. tu. & l. si fuerit. ff. de reb. dub. Ideo talis dicitur propria declaratio, quæ non disponit, sed iam dispositionē detegit, & declarat. ut l. adeo. §. cum quis. ff. de acquirend. rerum domi. & l. sicuti. §. si quæratur. ff. si serui. uendice. Et iste est casus ad literam in l. hæredes palam. §. quod uero. & §. sed si notam. ff. de testamen. & tamen si testator ab initio errauit in persona, siue corpore legatarii, uel hæredis, aut in corpore rei legatæ, ita quòd propter huiusmodi errorem dispositio à sui initio, & in se considerata est ipso iure nulla, & postea testator errorē huiusmodi declaret, oportet quòd in declaratione tali seruet uoluntatē solēnitatis, quàm debuit seruare in disponendo. Et est ratio, quia talis declaratio sequens, est additio, uel mutatio substantię rei, cum sit eius ualidatio, quòd nullum erat, & ita non est noua declaratio, cum non de nouo disponit. & ita nota. in dicto §. quod uero. super uerbo, posse. & probatur ad literam dicta ratio huius membri per §. si quid post factum. in l. hæredes palam. allegata. qui §. præcedit immediate §. quod uero. Item probatur per §. quod uero. in fi. à contrario sensu ibi. nihil enim nunc dat, sed datum significat. pro quo facit ff. de lega. ij. l. unum ex familia. §. si de Falcidia. cum allega. in dicto §.

quod uero.allega. ſuper uerbo, ſignificat. Et uidetur ꝓbari hæc diſpoſitio ad literam. in l.quoties.j.& ſecundo reſponſo.ff.de hæredibus inſtit. Iſtam eandem diſtinctionem poſuit Cyn.C.de codici.l.j. & ibi ſcripſit,dicẽs:ꝙ ſi agatur ab initio de uolũtate inualida confirmanda, requiritur eadem ſolennitas.Si uero de ualida declaranda,ſufficiunt duo teſtes. §.ſed ſi notam.Et ponit domi.Barto.in l.qui ex liberis.§.teſtamen.ff.de bon.poſſeſ. ſecundum tabu. Secundo inducitur l. cum proponebatur. cum ſua gloſ.& ecce quid dicit l.pone: teſtator inſtituit duos filios ſuos pupillos hæredes,& fundũ per fideicõmiſſum reliquit duobus extraneis ſub conditione:ſi nauis ex Aſia uenerit. & dictos duos extraneos pupillariter dictis filiis ſuis ſubſtituit, habens intentionem, quòd illos inuicẽ ſubſtitueret, id eſt grauaret, ut qui eorum decederet ſine liberis, alteri ſuã partem fundi redderet. quod tamen ſcriptum nõ fuit, non quia dictum non fuerit, ſed quia omiſſum fuerit in ſcriptura errore ſcriptoris.dicit tex.quod hoc caſu ad dictę ſubſtitutionis fideicõmiſſariæ probationem cum coniectura[a] admittẽdum eſt, ut uidelicet,quòd teſtator, dum ſic uoluerit facere,uel ante, uel poſt ſuam intentionẽ declarauit, uel ſic faciendo dixit,quòd ita uellet,&c.Sed qualiter probabitur cõiectura? dicit glo.ſecundum Rogerium, & Azonẽ, quòd probari debet eodem modo, ſicut diſpoſitio principalis,& non aliter:uidelicet, ſi in nuncupatiuo teſtamento fiebat hoc per ſeptem teſtes: ſi in teſtamento in ſcriptis per ſolam ſcripturam:ſi in codicillis per quinq; teſtes. & pro hoc inducunt l.fin.C.de fideiuſſ.ibi. cum enim,&c. licet fateatur gl. quòd alii, uidelicet Ioan.& Hugo dicunt, quòd nedum modis præmiſſis,ſed etiã aliis probari poteſt huiuſmodi coniectura:ut puta, ſi poſt teſtamẽtum coram dicto numero teſtium dixiſſet, per errorẽ, & obliuionẽ ſe omiſſiſſe illam ſubſtitutionem fideicommiſſariam,ſufficiet. ut j.de dote pręle. Theopompus.& intelligũt.l.contrariam.C.de fideiuſſo.l.fin.quando uult probare per teſtes principalem diſpoſitionẽ, non per cõiecturas alias. Itẽ tertio pro hoc inducitur gl. l.prima. C. de codicil. ubi dicitur,quòd ſi agitur de uoluntate fideicõmiſſi relicti in teſtamento cõfirmãda,requiruntur quinque teſtes, ut in codicillis. & idem no. ff. de ſecundis tabu. l. ſi quis ex libẽris. §.teſtamento. Item pro hoc inducit domi.Bonifacius.ff.de leg.prima.l.ſi plurib. ibi. niſi ipſe teſtator ex ſcriptura manifeſtiſſimus eſſet, &c.

&c. Item quarto pro hoc inducitur, quòd motus proprius non probatur, nisi per literas. de præbend. si motu. libro sexto. Item quinto inducitur, quia non extendit se gratia ad beneficium facta ad hospitale, nisi papa ex certa scientia hoc dixerit, ut de præbend. per literas. & tamen huiusmodi certa scientia non probatur, nisi per literas, ut ibi not. per glo. & per Paulum. Item sexto inducitur, quia idem iuris est de toto, & de parte. ut l. quæ tota. ff. de rei uendica. & tamen gratia, cuius uidetur esse pars ista certa scientia, non potest probari, nisi per literas, ut supponitur. ergo nec ista scientia certa. Item septimo pro hoc uidetur casus C. de fideiussor. l. finali. cum ibi not. per gloss. & Cyn. Item octauo pro hoc uidetur text. in ratione, in dicta l. quoties. primo respon. ff. de hæred. instituit. quia uoluntas uerum, & proprium fratrem instituendi non probatur per testes, si alium instituit, quem credidit esse fratrem. Et hanc partem uidentur tenere in simili casu Vinc. Ioan. Andr. supra. de rescript. cap. nonnulli. ubi uide in nouella super gloss. ut si. in fin. licet ergo. & Compostel. ibi. uideantur tenere. fa. no. Innocen. & Compostel. de rescrip. cap. significante. In contrarium uidetur primo, quia Barto. in dicta l. cum proponebatur. dicit, quòd quãdo quis uult probare dispositionem directe, uel per coniecturas, requiritur, quòd probetur cum eadẽ solennitate testiũ, &c. & ita loquuntur lecta, & no. allegata ꝑ alia parte. Sed quando quis uult probare qualitatẽ dispositionis, sufficit minor numerus. §. sed si notã. & d. l. quoties. §. illo. sed hic agitur nõ de dispositione probãda, sed de ꝑbãda qualitate. ergo, &c. Secũdo hoc probatur, qa statur regulæ, nisi ab ea reperiatur recessum, & si reperitur esse receſsũ ꝑ cõstitutionẽ specialẽ, illa tanquam exorbitãs, & spãlis extẽsionẽ nõ recipit, etiã ex identitate rõnis. ut ff. de legi. l. quod uero. & l. quod nõ. & ff. ad munic. l. cõstitutionibus. & extra. de regu. iur. in regula. non solum. & c. constitutionem. & de reg. iur. regula. quæ à iure. & regula. in argumẽtum. & fa. no. Ioan. And. eodem titulo in regula. quæ à iure. regula. odia. & regula. in pœnis. in quæstionibus mercur. ibi per eum disputatis: sed cõstat, quòd regulariter ita probant testes, sicut scripturæ. ut l. in exercendis. C. de fide instru. & ff. & C. de testib. per totum. ergo licet statuatur in casibus non sufficere probationem testiũ, sed requiri probationem per scripturã, non est trahẽdum ad consequentia. Et per hoc tolluntur omnia alle

gata

gata pro alia parte. Tertio fortius probatur hoc sic, quia licet uoluntas dispōētis cōcernens directe, & indirecte ipsam dispositionem, sine respectu rei, super qua agitur, siue respectu personæ, ad quam tendit, seu ipsius uoluntatis, talis declaratio nō posit probari, nisi cum ea solennitate, cum qua ipsa dispositio probanda est casu, quo sine tali uoluntate, siue declaratione ipsa dispositio esset ipso iure nulla. Et ita procedunt tres primæ, & tres ultimæ rationes partis cōtrariæ. tamen uoluntas dispōentis, quæ cōcerneret directe & ipsam dispositionem, & eius productionem, sed potius sublationem impedimenti, per quod posset reddi inualida à principio, uel ex postfacto, requirit talē solēnitatem in probando. ut pone: testator facit testamētum in scriptis, in quo legat rem alienam extraneo, nisi sciat eam esse alienam, nō ualet legatum. C. de lega. l. cum alienam. poterit ne legatarius probare, quòd sciuisset eā esse alienam? certe sic. ut insti. de leg. §. nō solum. & ff. de lega. j. l. si res obligata. & non potest dici de probatione per testes, quia tunc male, & frustra oneratur legatarius de probando, cum ex apertione testamenti apparet. & patet per ibi not. quia quòd sciuerit probatur per coniecturas. ut quia de proximo rem alienauit per seipsum. argu. ff. pro suo. l. fi. quæ cōiecturæ scripturam non requirunt, nec earum probatio tantum numerū testium. eodem modo potest intelligi l. prædia. in fi. C. de fideiuſ. & l. uoluntatis. eo. tit. & dicta l. quidam cōsulebant. ff. de re iudic. quæ optime probat, quia supponit in litera principis non fieri mētionem de defectu ætatis, qui tamē ex principis uoluntate suppletur. Sed subdit glo. uerū hoc, si princeps sciuerit, probandū est. l. uerius. ff. de probatio. & nō per literas. de hoc nil dicentes. ergo per testes. ut insti. qui, & ex quibus cau. ma. po. §. j. de testa. tu. §. j. & ff. de neces. ser. hære. insti. l. penul. tamen facit, quia hæredis institutio requirit solēnitatem magnā. C. de testamē. l. hac consultissima. Itē facit bene c. j. de consti. lib. vj. & quod no. Cy. C. si contra ius uel uti. pub. l. si præscriptione. & ff. de excu. tu. l. idem Vlpianus. in fi. fallit in casibus, in quibus reperitur contrarium à iure expressum. Et ita procedunt rationes quarta, & quinta. Modo hic non agitur de uoluntate dispositiua probāda, quia certum est, quòd uoluit gratiam facere: sed agitur de uolū-tate impedimēti sublatiua probāda, uidēdo, & probādo, quod uoluit patroni præiudicium nō obstare, quod uoluerit eoipso, quòd

quòd sciuit,ne sua gratiosa cõcessio sit delusoria,nã qui uult unum,&c.ff.de acquiren,hære.l. illud.l.ad rem.& l.ad legatũ.ff. de procura.& ff.de iurisdi.om. iudi.l.ij.cum concor.& per ista sublatæ sunt omnes cõtrariæ rationes. Ratio diuersitatis inter dicta duo membra præcedentis distinctionis est,quia in primo membro agitur de ipsa dispositione probãda,sed non sic in membro secundo,quia ibi non agitur de ipsa dispositione probanda,sed ibi agitur solum de probando impedimentũ fuisse sublatum,uel nõ obstitisse.modo iura nõ induxerunt istam solennitatem scripturæ,uel numerum testium circa modũ impedimenta tollendi,sed solũ circa modum ipsam dispositionẽ inducendi.Quarto hoc idẽ probari potest per rationem primã alterius partis,quia per istã declarationem, & declarationis probationem nil de nouo datur,sed prius de nouo significatur datum.Nec facio differentiam, an declaratio huiusmodi uoluntatis probãda non præcesserit gratiæ cõcessionem,uel sequatur,dummodo se referat ad tempus concessionis eiusdẽ,per prædicta.sed si refert se ad tempus sequens cõcessionem gratiæ,secus foret,quia tũc esset uera confirmatio,in qua eadem requirerentur,sicut in gratiæ cõcessione.per not. Archid.in d.c. si motu.facit,quia sic cõfirmant doct.reuera. §.interim,in auth. de defen.ciui.& ita locum habet ratio contraria.§.quod uero.& §.quòd si notã.alleg.& ita recte procedunt gl.l.j.C.de codicil.& l.qui ex liberis,§.testamento.ff.de secũdis tabul.& no. Cy.in d.l.j C.de codicil.& Cyn. in d.§.sed si notam.& Barto.in d.§.testamento,quæ supra posui.Quinto confirmando prædicta uidentur tex.expressi.pone imperator literis suis dat licentiam clerico in una prouincia ad regendam tutelam unius pupilli,transferendo domiciliũ suum ad aliã prouinciam suam, nunquid uidetur per hoc ipsum absoluere à tutela?dicit text.q͡ sic,dum sciat, quòd sit electus. Sed nũquid de ista sciẽtia oportet constare per literas?certe dicit tex.quòd non:sed sufficit,q͡ aliter constet,dummodo literæ habeant de translatione per expressum,& ita tollit impedimentum tutelæ,si sciat,licet non exprimat.ut ff.de excu.tut.l.idem Vlpianus.in fi.& ibi no.per glo. & per Bart.qui hic allegat l.bonorum.C. qui admit.ad bono. pos.fa.per eãdem uiã insti.qui, & à qui.cau.ma.nõ pos.in princ. & qui tut.dare pos.in prin.& C. de necess.hære.insti.l.penult.Itẽ pro hoc induco aliam l.quæ dicit,si miles[a] sciens se habere fi-

lium,

liũ,aliũ instituit,tacite filiũ exhæredat,ut institutionis impedimẽtũ tollat,licet de illo in testamẽto nõ faciat mẽtionẽ.ut C.de milit.testa.l.ſicut.& ff.de bo.lib.l.ſi patronus testamẽto,in prin.& l.Paulus.§.ſi.eo.ti.& inſti.de exhæred.li.§.ſed ſi in expeditione.Sed quare ſecus in pagano:ut l.nominatim.ff.de libe.& poſthu.& no.in d.l.certe.Ratio eſt,qa miles habet liberã testãdi facultatẽ, prout ſibi placet,& ideo eius uoluntas, quæ in nullo coarctata eſt,ſolum ſpectatur recte, ſicut in papa,dummodo de ea bene conſtet.ut ff.de mili.testa.l.j.& quaſi per totum:ſed priuatus in filii præiudicium nõ habet liberam testamenti factionẽ,ſed arctatur legibus,ne exhæredet filium ſine cauſa,nec cũ cauſa nominatim hoc faciat.& hoc propter odium exhæredationis, & exhæredantium,& fauorem filiorum.& ideo,ſi in eo ſecus,nõ mirabile.Modo certũ eſt,quòd uoluntas papæ,quæ nõ coarctatur legibus.ut ca.propoſuit.de cõceſ.præben. ſolũ operatur.ut l.j.§.quod principi.ff.de conſti. ergo militi,& non pagano hoc caſu non immerito comparatus eſt.Sexto hoc perſuadetur hoc modo,quia ſi in certis ſpecialibus caſibus eſt expreſſum,quòd de obſtaculo,uel impedimento tollẽdo in ipſa diſpoſitione fiat mentio,ut in exhæredatione,& motu proprio,& caſu cle. p literas.ſ.dictum eſt.& idem eadẽ ratione,ubi reperitur iure cautũ, fiendã expreſsionẽ,ut de cura,& dignitate.p c.ſi.de præbẽ.& eo.ti.li.vj.c.cum in illis.& cle.ſi dignitatem.& hodie per regulas cancellariæ.Idẽ de electione capitis collegii, & principalitate dignitatis,&c.In contrariũ,quo ad caſus alios ſub regula comprehenſos,debemus ponere ius cõmune.ut l.ius ſingulare.ff.de legi.& ff.ad municip.l.j.in fin.& debemus in aliis caſibus ſub regula comprehẽſis per tales caſus exceptos firmare regulã.ut ff.de pen.leg.l.nã qđ liquidæ.in fi.ſed laxando unũ dico,quòd licet talis probatio non deberet admitti,tamẽ ſi de ea iam cõſtaret principi, cõtrarium dicerẽ: uidelicet,qꝑ ſufficeret per clem. conſtitutionum.de elect.in cle. Ratio,quia eo ipſo iura contraria,quæ ipſe habet in ſcrinio pectoris,tollere uideretur.ut c.j.de conſtitu.libr.vj.& pro hoc bene facit not.Inno.de reſcriptis.c.j. & Cy.poſt Iaco.& Pet.C.ſi contra ius,uel uti.pub.l.ſi.Poteſt reſponderi aliter ad c.ſi motu.qđ facit pro nobis,quia illud,quod ibi dicitur,quantum ad hoc,eſt nouum,& rigoroſum,ut ibi no. in fi.ultimæ glo.& ideo non recipit extẽſionem per rationem ſecũdam huius partis,imò probat in cõtrarium eſſe ius cõmune

ne per rationem supra proximam. Itē est alia ratio, quia motus proprius includit de necessitate unam negatiuā non coarctatam: uidelicet, quòd nullus super hoc unquàm papæ supplicauerit, ut not. in d.c. si motu. & tamen talis uel impossibilis est ad probandum. ut l. actor. C. de proba. uel minus difficilis. ut no. in gl. ulti. dicti capi. si motu. sed certa scientia, & ultima uoluntas, de qua loquimur nullam negatiuam, sed unā simplicem affirmatiuam includit, quæ probabilis est. ut d. l. actor. ergo, &c. Et caue, q̄ licet fateor, quòd motus proprius reddat gratiā fauorabilem, & propter istum fauorē iuuat ad interpretationem nostræ cōclusionis faciendam: tamen nō propter hoc sequitur, quòd si motus est probādus per scripturā, quòd ista certa scientia, & uoluntas ita probanda sit. imò magis cōtrarium: quia posita causa ponitur effectus, licet dicam, & fateor, quòd licet iuuet, non tamen est causa ipse proprius motus, sed potius ipsa scientia est causa ipsius uoluntatis, ut probant iura allegata. Itē dico, quòd in casu clemē. per literas. non est eadem ratio, sicut in casu nostro, quia ibi agitur de maiori præiudicio: uidelicet pauperum. itē, quia per hoc gratia, quæ non est, nisi ad beneficium, ad hospitale, quod nō est beneficium, extenderetur. hic solum agitur de generalitate nō extēdenda: hic uero agitur de specialitate nō perimenda: quorū secundum fauorabilius quàm primum. patet per no. Ioā. mo. in regula, in generalitate. cum concor. & per consequēs nō est mirabile, si cessante ratione, cessat extensio iuris exorbitantis. Ad alia de dignitate, & cura, & de qualitate electionis principalitatis & capitis collegii dico, q̄ uel supplentur per dicta iura, & rationes alle. Vel dico, quod cōtra ius scriptum itur, & in his casibus saltem dupliciter: ut ff. qui, & à qui. l. prospexit. & ideo trahenda non sunt ad consequentia. per allegata supra in ratione secunda huius partis. Non ob. quod dicit, quòd pars gratiæ est hic sublatio obstātiæ huius præiudicii: quia licet fateor, q̄ gratia absq; illa non poterit in esse produci: tamē dico, quòd propter hoc non sequitur, quòd sit pars gratiæ, imò totā ipsam gratiam censetur tanquàm præambulatorium quoddā præcedere, saltem intellectū eo modo, quo reseruatio præcedit collationē. de præparatoriis enim alicuius negotii est impedimenta tollere, quæ obstare possent. ut l. iij. §. qui iter. ff. de ser. urb. præ. Nec ob. l. fin. C. de codicillis. quia loquitur de probādo legato in testamento relicto, uel uoluntate

in

in testamento legandi, quod legatum requirit illo casu solennitatem testamentariã. ut l. si ueritas. & l. ex testamento. C. de fideiuss. hic uero agitur solum de obstaculo tollẽdo, & eius procreatione, ergo patet ratio diuersitatis supra in tertia ratione dictæ huius partis: & eius intellectus deductionẽ uide ibi per Cy. Nec ob. l. quoties, primo respõso. de bære. insti, quia ibi loquitur de errore in corpore rei legatæ uel personæ legatarum: & patet ratio supra in tertia ratione huius partis. Ad alia est responsum.

a ¶ Cum coniectura. *Quid sit coniectura, uide C. de fur. l. apud antiquos. super uerbo. per coniecturã. & ff. de lega. ij. cum proponebatur. in fi.*

b ¶ Si miles. *Quis sit miles, & quot requirãtur ad militem, uide in l. milites ff. ex quibus cau. maio. Quæ sint priuilegia militis, Bar. in l. neq; ff. de testa. mil. Qualiter testari possunt milites, uide per Specu. tit. de instru. edi. Sed aduerte, quia milites nostri temporis nõ gaudent priuilegijs militaribus. & est ratio quare milites olim habebãt multa priuilegia, quia inter cætera iurabant, se non cuitaturos mortem pro republica, cui militabant, & à qua stipendia accipiebant.*

¶ De procu. De iudi. Rub.

Conclusio DCCXLVII.

SI AVDITOR per cãcellariã domini nostri, sine mãdato tamẽ speciali eiusdem domini nostri, in causa in curia nõ deuoluta legitime deputatus, ad instantiã actoris legitime cõparentis, cõtra reum absentem, comparentẽ tamẽ per eius procuratorem, limitatũ tamẽ, uideli cet solũ ad causas tempore suæ constitutionis ad dictã curiã legitime deuolutas, pronuntiauit causam prædictam esse ad curiã legitime deuolutam, & non appellauerit prędictus procurator limitatus: uel si appellauit, appellationi renũtiauit tacite, uel expresse, & post hoc cũ eodem procuratore limitato fuerit processum per dictum auditorem usq; ad sententiã diffinitiuam inclusiue, sententia non ualet, & processus totus ipso iure est nullus. Hanc conclusionem deduco ex duplici capite, & primo ex primo defectu iurisdictionis ipsius auditoris, secũdo ex defectu dicti procuratoris limitati. Primo ergo deduco ex defectu iurisdictionis, &c. pro quo suppono, q̃ cancellaria non potest cõmittere auditori palatii causas ad curiam nõ legitime deuolutas sine speciali mãdato domini nostri: & ita tenemus, & probo, quia hoc est cõtra ius, q̃ apud apostolicam sedem tenetur quis uenire de sua prouincia pro litigando. nor. Io. mo. in regula, in generali. & Compost. de elect. statuimus. ergo nullus

pot

potest facere præter papam, nisi in casibus à iure concessis. patet
a argumẽtũ, quia solus princeps[a] potest uenire contra iura, quia omnes alii legibus sunt ligati. ut c.j. de constit. lib. vj. & l. leges. & l. fi. C. de legi. ideo nõ potest inferior à principe cõtra ius dispẽsare, nisi in casibus à iure concessis. not. Innoc. de temp. ord. c. dilectus. in gl. adiicibili. Modo non conceditur illud à iure, nisi in causis ad curiam alias legitime à iure, uel ab homine deuolutis. ergo cãcellaria in aliis cõmittendis non ualet. ergo si contrarium fecerit, commissio erit nulla. arg. de iure pat. c. quod autem. de offic. uica. c. sua. de iudi. at si clerici. cum si. Ex quo infero, quòd dictus auditor uigore dictæ commissionis nullam iurisdictionem, seu potestatem habebat. Secundo suppono, quòd auditores palatii extra causas eis commissas nullam habẽt iurisdictionem, & in causis eis cõmissis cẽsentur delegati, nec aliquã iurisdictionem ordinariam habent. Primum notoriũ est, & secundum sequitur ex primo. per l. more maiorum. & l. quia. ff. de iurisdict. omnium iudic. & l. j. §. quo mandatum. ff. de offic. eius, cui man. Nec obst. quòd Spe. dixerit eos habere ordinariam in cognoscendo, ut not. gloss. j. auditor. de rescr. in Clem. quia uel illud refertur ad tẽpus, quo non fiebant distributiones, uel intelligitur de officio ordinario recipiendi commissiones omnes: quia omnes debent ei distribui, & non aliis, nisi dominis cardinalibus, sine papæ mãdato. His duobus præsuppositis probo sic, quia processus factus, & sententia lata ab eo, qui iurisdictione omnino caret, sunt nulli ipso iure: faciunt, & probãt iura in prima suppositione alle. de præb. c. fi. C. si non à competen. iudi. l. j. & ij. & per totũ. modo processus, & sententia præuia, & interlocutoria, per quam talis auditor pronũtiet, se iurisdictionem habere facti, & iure, sunt ab illo, qui ex toto iurisdictione caret. probo, quia si iurisdictionẽ aliquam habuisset, aut illa iurisdictio à dicta conclusione proueniret, aut à lege, aut à pronũtiatione, quam fecit, aut à consensu ipsarum partium: sed nullum horũ est possibile, ergo. quòd primum dici non possit, patet per primam suppositionẽ. quòd secundum dici non possit, probo sic: quia licet bene reperiam, quòd iudici, de quo certum est, quòd iudex est, & alias iurisdictionẽ habet, sed dubitatur de sua iurisdictione, an uidelicet ad casum, de quo agitur se extendat, lex dat iurisdictionẽ, per quam possit ratione huius dubii cognoscere, an in tali casu sua iurisdictio uendicet sibi locum, &

dicitur quædam prorogatio legis. & quòd dicatur talis prorogatio not. gloss. ff. si quis in ius uoca. l. secunda. & hoc multũ facit pro me. quia prorogatio requirit præexistentiã iurisdictionis prorogandæ. ut ff. de iudi. l. prima. & ita procedunt l. secunda. ff. si quis in ius uoc. nõ ierit. & l. si quis aliena. ff. de iudi. & l. ij. §. sed si dubitetur. eo. tit. & ff. ad municip. l. de iure. j. responso. tamẽ non reperio, & priuatæ personæ omni iurisdictione careant: tamẽ propter falsas, & minus rationabiles allegatiões dubitatur, an iurisdictionẽ habeat, uel non, & propter istud dubiũ lex det talem iurisdictionẽ. Nec ob. c. super literis. in fi. de rescri. si duobus. de appella. quia utrobique iudex iurisdictionem habet: licet posset exceptoriè elidi, ut patet per utrobiq; not. nec quod Inn. not. in c. super. de eo, cui cõmittitur causa appellationis. & tamen appellatio fuit nulla: quia pronuntiat appellatum, & iudicem esse: quia ex tali com b missione papali datur iurisdictio, licet posit per exceptionẽ surreptionis elidi. & ideo non obst. no. Innoc. in c. super literis. c. si duobus alleg. à cõtrario per prædicta. Non obst. no. Inno. in c. super literis. & ca. Romana. §. contrahentes. de foro compe. & c. præterea. de dila. de ordi. qui iurisd. habet in subdi. & super nõ subdi. pronuntiat ratione contractus, uel delicti se iudicẽ esse, quod potest, &c. quia illud confirmat primum membrum dictę distinctionis. Secũdũ uero membrum eiusdẽ distinctionis probatur per not. Inn. in c. super literis. de eo delegato, cuius literæ dicuntur nullæ ipso iure. ut, quia falsæ, uel surreptitiæ, quia tũc quicquid fit, nullum est ipso iure, sicut in proposito. ergo, &c. alleg. do. Ioan. no. de priuil. lib. vj. cũ personæ. ubi tenetur comparere priuilegiatus, & tamen sententia ordinarii nõ teneret, fa. not. Host. in simili. de rescrip. c. cum ordinem. Nec tertiũ principale potest dici: uidelicet, & pronuntiatio ipsa de per se hoc faciat, quia usus iurisdictionis in delegato non probat iurisdictionem, nec eam causat. no. Innoc. de rescri. cum dilecta. & d. c. super literis. Ratio per l. ij. §. quædã. ff. de interdi. & l. j. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æsti. & l. habemus. ff. de decurioni. Nec mirum, quia ab effectu b nõ debet causa suam originem trahere, sed econtra. Nec quartum principale potest dici, uidelicet, quòd cõsensus partium hoc casu det iurisdictionẽ: quia aut hoc fieret per modum propriæ concessionis, & hoc nõ. ut l. priuatorum cõsensus. C. de iurisdi. omn. iud. aut per modum tacitæ prorogationis, & hoc non: tum

quia

quia prorogatio requirit præexistentiam iurisdictionis, quæ proroganda est. ut ff. de iudi. l. j. tum quia procurator nō prorogat sine speciali mandato. ut ff. de offic. delega. cum olim. in fi. tum, quia hæc prorogatio nouā induceret deuolutionem, & ad illam non est procurator constitutus; sed hoc tāgit sequēs membrū, ideo uenio ad illud. Secundo uero principaliter ex ordine ostendo, quòd ex defectu potestatis dicti procuratoris limitati totum ruit. de hoc tangit Barto. ff. quod fal. tuto. l. j. §. idē Pomp. l. illa. §. uideatur. tangit Spec. de rescrip. prin. §. j. uer. ulti. de sen. §. j. per Cy. C. de procurat. licet. per Inn. de elect. nihil. qui uidetur ibi contra. facit C. de eo, qui pro tuto. neg. gess. ubi dicit tex. cum glo. etiam ibi per doct. per Compost. & Ioan. And. de rescr. c. super literis, & ibi in nouel. super fi. ulti. glo. Et probo hoc dupliciter. Primo sic, quia sententia lata cum non iusto contradictore, uim, & nomē rei iudicatæ non habet: nec illis potest præiudicare, quos principaliter nō tangit. ut l. cum non iusto. ff. de collu. detegen. sed talis procurator, ut procurator, non est legitimus contradictor, ergo domino nō præiudicat. probo minorē, quia sub mandato ad causas deuolutas limitatio non cadit exceptio non deuolutionis; quia positio unius contrariorū, est reuocatio alterius. l. ubi repugnantia. ff. de regulis iuris. modo deuolutiò, & non deuolutio contrariātur. Nec obst. quòd deuolutionē prosequi posset: quia sicut ex parte actoris ius actionis metimur. l. prima. in princip. ff. si pars hæred. pet. ita ex parte rei metimur ius conditionis, & defensionis. ut ff. de probatio. l. secunda. & ff. de exceptio. l. j. & ij. modo ita est, quòd pars rea in cōtradictione, super qua fuit interlocutū, non prosequebatur, nisi non deuolutionem. Secundo hoc probo sic, quia quādo procurator gerit actum, quem nō potest gerere ut procurator, uel si potest, & non gerit ut talis, domino non præiudicat. ff. de condict. indeb. l. si procurator. ff. quæ in fraud. cred. l. si pater. ff. iudic. sol. l. sed quòd de tutore. uer. sed & si tutor. modo talis procurator hoc casu gessit actum nō ut procurator, nec gerere potuit ut procurator, probat ratio præcedens: sed & aliter, probo, quia quando quis in officio constitutus id facit, quod suo officio non cōtrariatur, non potest id faciendo facere, ut in tali officio constitutus. ut. ff. de offic. procura. Cæsa. l. prima. §. primo. ff. pro empt. l. qui fundum. §. si tutor. & ff. de fur. l. interdū. §. qui tutelam. modo prosequi, quòd pronūtietur

causam nõ esse deuolutam, aduersatur suo officio, quod requirit deuolutionẽ. ergo, &c. Præterea secũdo, quia allegans contraria in iudicio non est audiendus. ut de app. c. solicitudinem. & C. de furt. l. j. modo in eo, q̃ interueniret, ut procurator diceret, causam esse deuolutam: quia in non deuoluta nullã potestatẽ habet, & tamen excipiendo de non deuolutione diceret contrarium. totum ergo debemus præsumere, quòd interue-
c nit, ut priuatus: c quia non uult grauari, ut procurator, cum non sit procurator: quia uidetur elegisse uiam sibi possibilem. ut ff. de testa. mil. l. si miles. & per no. Innoc. de præscrip. cum ex officii. Confirmatur tertio, quia cui terminus denegatur, uia etiam ad terminũ ueniendi deneganda est. ut ff. de spon. l. oratio. modo isti non erat concessa causa, quæ deuoluta nõ erat. ergo nec ista uia ad terminum ueniendi. Confirmatur quarto, quia sicut procurator agit, & defendit nomine domini, ita beneficiatus agit, & defendit nomine beneficii; & tamen cum de hoc agitur, an talis habeat ius in tali beneficio, causa tunc non agitur nomine ecclesiæ, sed potius nomine personæ. not. Innocen. de restitu. spo. in literis. Nec obstat, quòd concesso uno omnia uidentur concessa, sine quibus, &c. quia illud uerum, ubi quod conceditur, ad hoc tenderet, & ubi principalis concessio esset certa. sic procedũt l. ad rem. & l. ad legatarium. l. secunda. de iurisd. om. iud. l. iij. §. qui iter. ff. de seru. præ. cap. j. c. præterea. c. pastoralis. de offic. deleg. sed hic procurator ad hoc non tendebat, &c. nec erat certum, quòd caderet sub mandato. ergo. Tertio principaliter hoc probatur sic, quia non plus potest operari tacitum, quàm expressum. ut l. qui ad certũ. ff. loca. nec refert quid de æquipollẽtibus fiat, ut l. cum quid. ff. si certum petatur. & modo ita est, quòd expresse pronũtiando causam esse deuolutam, pronuntiatur tacite procuratorium esse bonum, & tamen, si super hoc pronũtiaretur, expresse domino non obesset. not. Cyn. post Iacob. de Are. & alios moderniores. C. de procura. l. licet. & Compost. & Ioan. And. in d. c. super literis. tamen ista æquipollent, quia etiam pronuntiando procuratorium hoc casu esse ualidum pronuntiatur causam deuolutam esse, quia qui unum dicit, &c. ff. de procu. l. Pompeius. §. sed & si. facit: destructo consequenti, necessario destruitur antecedens.

¶ Solus princeps. *Nota quòd princeps hic uocatur papa, qui quandiu uiuit, dicitur dominus, & potest aquare quadrata rotũdis, salua uiolatione*

latione fidei. Not. Host. in c. cum uenissent. de iudi. Et quando uoluntas principis sit pro ratione, uide Feli. in cap. si quando. de rescrip.

b ¶ Ab effectu. *Nota, q. effectus alias quando ponitur pro causa, ut manumissio pro causa manumissionis. ff. de manumiss. testa. l. qui potuere. Sed hic effectus est, quod ex re sequitur. ff. ex quibus cau. ma. l. iij.*

c ¶ Vt priuatus. *Nota, quòd priuatus homo dicitur non illustris. C. de app. l. præcipimus. §. fi. uel qui non est ex aliqua dignitate. C. loca. ne cui. in fi.*

¶ De pactis. De locato. Rub.

Conclusio DCCXLVIII.

SVPPOSITO, quòd do. Guido Portueñ. episcopus Cardinalis Hannibaldo ciui Romano de anno lxx. præfato Hannibaldo cõcessit in locationem ad xv. annos unum castrum cum aliquibus possessionibus ecclesiæ Portueñ. cum potestate percipiendi, & exigendi omnes fructus ad pensionem annuam ducentarum librarum, seu florenorum absque superioris authoritate, uel absque euidenti ecclesiæ Portueñ. utilitate: locatio fuit personalis, & tenuit respectu psonæ dicti domini Guidonis ad uitam eius. per c. ueniẽs. c. decẽtero. & c. cõtingit. de transact. & c. nisi essent. de præb. Sed respectu ecclesiæ ipso iure non tenuit, nec ecclesiã potuit obligare, nec ad successorem transire, seu successorem obligare ipso iure. Ratio est, tum propter defectum solennitatis, tum propter defectum utilitatis. Ratio primi, quia locatio ad non modicum tempus a constituit ius in re. ut l. j. §. quod autẽ ait. ff. de superfi. & l. h. ff. si ager uecti. ergo sub uer. alienationis, cõtinetur. ut l. alienationis. ff. de uer. sig. C. de re. eccl. nõ alie. Et dicitur nõ modicũ tempus secũdũ unã opinionem cõmuniorẽ ad decẽ an. arg. C. de præscri. lon. temp. j. respõso, in rubro, & nigro. no. gl. in l. fi. si ager uecti. alleg. ff. & ff. locati. l. quæro. §. interlocutorẽ. uel secundũ aliam opinionẽ ad arbitriũ iudi. no. gl. in d. §. quod autem ait. & c. j. de re. eccle. non alie. in fi. in cle. arbitrari autem debet iudex secundum iura. arg. ff. de legi. non possunt ergo ad annos xv. per prędicta. maxime, quia consuetudo, in qua se fundat glosst. cle. j. hic non apparet. Ratio secundi est, quia ecclesia non potest obligari per prælatum nisi ex utilitate euidenti. C. de sacrosan. ecc. auth. hoc ius. & l. fi. ff. de exercitoria. cuius probatio incũbit alleganti. ut in iuribus alleg. no. Inno. ne prælati ui. fu. c. querelam. probat c. ij. de preca. de successore non est dubiũ: quia cum non contraxit, nec quasi: nec deliquerit, nec quasi: nec potest per medium ecclesiæ obligari. plus dixerunt domini, quòd si successor permiserit co-

lonum ſtare per aliquot annos in locatione, ſibi non præiudicat, etiam penſionem recipiendo, niſi ſciret locationem, nec tunc, niſi ſciret eam non tenere, & quemadmodũ facta fuit. per no. Innocen. de materia prorogationis. in cap. prudentiam. de offi. deleg. nec tunc, niſi pro tẽpore illo. ut l. item quæritur. §. qui impleto. & l. qui ad certum. ff. locati. no. Barto. in dicto §. qui impleto. plus dicũt quidam domini, quòd nec tunc, niſi uterq; in reconductione alias tacite uel expreſſe cõſenſiſſet, pro eo, quia alias noua obligatio non cõtrahitur. ut ff. de pact. l. prima. nec poſt ualidabiliſeſt reſpectu perſonæ, quæ in ea non fuit initiata, nec reſpectu eccleſiæ: tum, quia in ea nunquam ualuit ipſo iure. extra, de ele. auditis. & per not. Innocen. in dicto c. prudentiam. de offic. deleg. & Io. Andr. in regula. rati. & regu. ratum. in mercuria. in cõcluſionibus: tum, quia cauſa confirmans, uidelicet utilitas, & ſolennitas non ſu peruenerunt, iuxta no. Dy. in regula. non firmatur. Nec obſt. §. qui impleto. quia ibi interuenerunt tria, uidelicet, quòd obligatio ſemel fuit intimata inter eas, & inter perſonas utriuſque, cuius obligationis reliquiæ operantur. ut ff. re. amo. l. ij. & tertia. de quæſtio. l. unius. §. ſi ſeruus. de decurio. l. ſi. & ff. de lega. ij. l. cum filius. §. hæres meus. & ſcientia certa, ac permiſsio, &c. ſed primum non eſt hic, ut eſt dedu ctum ſupra proxime. Nec ſecundum: quia per id, quod dictũ eſt ſupra, quia potuit ignorare uitiũ, & defectum locationis: tum, quia potuit differre litẽ ex multis cauſis. ſimile no. Inn. de priuilegio. accidẽtibus. ad §. locationis. in auth. de alie. & empt. col. ix. ubi uidetur dici, huiuſmodi locationes fieri poſſe ad uolun tatẽ contrahentiũ, & quantuncunq; tẽpus, dummodo nõ ultra xxx. annos, ſoluitur, quòd illud auth. non obtinet de iure canonico: quia non reperitur appro batum. iuxta no. Inno. c. dudum. de re. eccleſ. non alie. lib. vj. uel ꝙ ibi loquitur de eccleſiis Con ſtantinopolitanæ ciuitatis, uel ꝙ loquitur de obligatione perſonali, quæ ualet, ut prædixi, qđ ſonat uerbum contrahentibus, ibi poſitum. & tunc ibi expone ab ipſis uenerabilibus domibus, id eſt, à prælatis ipſarum: uel illud intellige per modum reiterationis: uel ibi expone: quantuncunque, ſcilicet infra uitam prælati: ſed iſta ſolutio eadem eſt cum tertia. alias enim aſcendens ad xxx. annos eſſet perpetua. ut inſtitut. de perpe. & tempo. actio. in principio. uncta l. ſicut. & l. omnes. C. de præſcri. xxx. anno. quod non procedit, ſecundum omnes.

¶ Ad

a ¶ Ad non modicū tempus. *Locatio ad non modicum tempus inducit alienationem. ff. ubi hic allegatur. Nota ad hoc de loco publico fruendo. l. j. §. ad hæc. extra. de loca. c. uestra. extra. de re. eccle. non alie. §. ult. lib. vj.* Adde, q *licet locatio dicatur trāſlatio, nō tamē dicitur alienatio.*

¶ De reſcriptis. De præb. Vt lite penden. Rub.

Concluſio D C C X L I X.

LICET per appellationem in cauſa beneficiali interpoſitam, & legitime intimatam, ac deuoluentem inducatur litis a pendentia [a] ſimilis illi, de quo loquitur cle. ij. ut lite pendente. etiā quo ad impediēdam impetrationem iuris noui, prout no. in dicta clemen. c. primo. & in c. fi. in addi. ut lite penden. tamen impetratio beneficii reſeruati, de quo contra ordinarium interpoſita extitit appellatio talis facta ſine expreſsione talis appellationis, uel cuiuſcunq; alterius pendentiæ litis, non propter hoc eſt ſurreptitia. pro quo ſciendum, quòd nos habemus vj. edicta. Primū eſt, ne appellatione pendente aliquid innouetur. de quo habetur, nil innouari appellatiōe interpoſita, in rubro, & in nigro. Secundum edictum eſt, ne lite pendē. aliquid innouetur. ut in decre. lib. vj. & in cle. ut lite pendē. nil innoua. Tertium edictū eſt, ne lite pen. impetrentur à principe, uel eius referēdariis iuſsiones, per quas iudex à iuris cōmunis tramite recedere habeat, & ſecundū eas iudicare, uel procedere in cauſa, de quo in auth. ut in medio litis iuſsiones non fiant. §. j. & §. ſi uero & per totū in rubro, & in nigro. Quartum eſt, ne lex, uel cōſtitutio principis nouiter edicta ad cauſam pendentē, uel ad cauſam appellationis ſit trahenda, de qua in auth. ut cum de appella. cogno. in prin. & §. j. & ij. col. viij. Quintum edictū eſt, ne lite, uel appel. pendente liceat principi ſupplicare, de quo C. ne lite pendē. uel poſt prouoca. aut diffini. ſen. uul. impe. ſuppli. in rubro, & nigro per totū. Sextum edictū eſt, ne lite, uel appel. pen. liceat nouum ius impetrare, ut extra. ne lit. pend. c. j. & fi. & de teſt. c. cauſam quæ. ij. His ſup poſitis pro concluſionis dilucidatiōe quæro de uno, uidelicet, an ultimum edictū cadat ſub ſecundo. uidetur quòd ſic. per c. j. & fi. extra. ut lite pen. quia aliter inepte ſituarētur in tit. illo. Item hoc not. Inn. in duobus. c. ſituatis. & Io. And. eo. titu. in cle. ij. In contrarium uidetur, quia licet alienatio rei litigioſæ ſit prohibita. ff. & C. de litig. per totū tit. tamen acquiſitio ipſius rei litigioſæ in perſonam alterius litigantium ipſorum non eſt prohibita, ut no. Inn. in c. fi. ut lit. pen.

in addi.& probatur,de rei uendi.l.finautē. §.j.l.si post acceptū. eo.titul.& probatur extra.de re iudic. c.abbate. Breuiter distinguo, quia quæritur de impetratione,quæ non fit à cōmuni domino, & tunc non sit prohibita, nec cadit sub aliquo vj. edictorum prohibitoriorum per proxime dicta.Aut quæris de impetratione à cōmuni domino:puta, à principe, & tunc bene est prohibita, secundū Inn. nisi fiat mentio de lite, ut ipse no.in additione prædicta.& probant iura pro prima parte alle. Ratio diuersitatis secūdum eum, quia licet uerisimile non est de principe,q̄ uelit liti præiudicare:sed non est uerisimile de priuato,q̄ propter litem uelit à sui iuris cō cessione abstinere. Sed per hoc non est quæstio nostra dissoluta. Et ideo, ut dissolutio uideatur, secundum membrū distinctionis prædictæ subdistinguo. b Quia aut impetratio talis tollit ius partis alterius, uel illud attenuat, siue lædit:uel aut non attenuat,uel lædit,nec tollit ius alterius litigantis.primo casu dico, quod cadit sub prohibitione secundi edicti.Ratio, quia tūc innouatur contra alterum litigantium super re, de qua litigatur, in eo,quod ius alterius litigantis tollitur, uel in aliquo absorbetur, & interimitur.c.j.& fin.ut lit.pend.quæ loquuntur de tollenti.& c.causam,quę.ij.de testi. quod loquitur etiam de impetratione etiam in aliquo absorbente.Aut loquimur in secundo casu,& in isto casu dicerē uidetur Inno.q̄ adhuc impetratio facta in principe communi domino, quæ de lite mentionem non facit, sit surreptitia, in additione prædicta dicti.c.fi. sed in cōtrarium facit,quod ipse no.in c.j.& in c. significante. de app. uidelicet, quod tunc innouatio prohibetur, cum per innouationē alteri præiudicatur. hoc idē no. glo. Ber.in c. causam quæ.ij. de testi. alle.in gl.ij. cum glo.concor.ibi Tan.& Go.& Io.And.re citatiue. Quod dicendum dubito, sed sub correctione dico, q̄ hic, aut ultimo casu præiudicatur quo ad possessionem: utputa, quia actori non habenti ius in beneficio, de quo litigat contra possessorem impetret de nouo ius, b per quam impetrationem adiudicandum sibi foret beneficiū, & possessori possessio auferenda, & non facit mentionem de lite, & hoc casu est prohibita impetratio, & cadit sub edicto secundo.Ratio, quia nondum dicitur innouari, cum ius illius,contra quem litigatur innouatur. Et ita loquitur, imo etiam,cum super eius possessione innouatur.c.j.& ij.ut lit.pendente. Aut non præiudicatur alteri parti, etiam quo ad possessionem,

fionem, & tunc secus. Circa primum exemplum clarū est istud, si possessor impetrat ius nouū, quia neuter ius aliquod habebat, tunc non præiudicat actori in iure suo, quia tunc supponitur, quòd ius non habet, nec in possessione, quia possessione caret. Exemplum secundum magis dubium, ut si ego expectatiuus litigo contra ordinariū detentorem de beneficio sedi apostolicæ reseruato, & ita in eo neuter ius habet, nec in re, nec ad rem, nec possessionem, quia ob decretum inficitur etiā possessio. argu. decret. ut nostrum. de appel. & ut eccle. bene. ut nostrum. Et in primo casu huius subd. cadit dictum Innocen. positum in additione prædicta. In secundo uero casu cadit dictum Innocen. positum in c. j. & c. significante. alleg. Ratio huius secundi dicti est, quia omnia talia edicta prohibitiua iudicialia intelliguntur, si partis interfit. ff. si quis in ius uoca. non ier. l. secunda. §. primo. & ff. quod quisque iu. l. prima. §. primo. cum simil. Item, quòd nihil innouatur, cū nec ius, nec possessio aduersarii in aliquo immutatur, & hoc casu nō cadit sub edicto secundo. Item nec cadit sub edicto primo ex indentitate rationis. Item nec cadit sub edicto tertio, quia loquitur de iure disponente, non de disposito, de quo loquimur nunc. Nec quartum locum habet per eandē uiam. Nec quintum, quia loquitur de supplicatione habente uim appellationis, & per quam partis iustitia læderetur. Nec est aliqua specialis constitutio contraria, cum loquimur in uera taciturnitate, nec apparet, quòd expressio omnino mouisset ad denegandum. Ex his determinatur conclusio nostra: quia reus possessor impetrauit, dum actor omni iure in petitorio, & possessorio omnino carebat. & iste casus est clarus. Confirmatur, quia totum interesse, quod potest prætendi, esset de futuro casu, uidelicet, si ad actorem beneficium sine uitio deueniret, quia non cogeretur restituere, nisi reus doceret de iure suo, uel de impetratiōe futura, cui uia propter istam, si ualet, præclusa foret, quia dico, quòd talia futura, quę se habent ad esse, & ad non esse mere contingentia nō sunt ponderanda, quia non habent spem de præsenti in aliquo iure bono fundatam. ut ff. qui satisdare cogantur. l. sciendum. §. penul. ff. de in litem iurando. l. prima. ff. qui, & ex quibus causis. leg. Iulianus. ergo, &c. Confirmatio, quia aut impetratio uitiatur ratione innouationis, aut ratione surreptionis. Non primo, quia faciliter diceretur talis acquisitio iuris noui, si per alte-

rum de litigantibus fieret cum tertio. iuxta not. Innoc. in c. cum M. de constit. & per Ioan. Andr. de appella. non solum. lib. vj. super uerbo, reducendum: & hoc, quod ibi loquitur de attentatione, cum parte per tertium. facit, quia princeps proprie non attentat, cum sit supra ius. ut c. proposuit. de concess. præben. & tamen si pars à tertio requireret, non foret attentatum, quia innouatio dicitur respectu iuris, uel possessionis partis, contra quam, non respectu iuris partis impetrantis, probatur in d. c. abbate. ubi est casus. & no. Inno. in c. fi. ut lite penden. in additione. nec secundū dici potest: primo, quia esset contra opinionem gloss. Tan. & Ioan. And. in dicto cap. causam, quæ. ij. de testi. alleg. & Innocen. in c. j. ut lite penden. & c. significante. de appel. pro eo, quod non interest actoris. Secūdo quia esset hoc casu sine l. loqui in materia odiosa, & restringibili, imo & contra rationem. per prædicta. Tertio, quia non est uerisimile papam posse moueri ad denegandum ex tali lite sine aliqua causa rationabili mota, & cuius effectus non impeditur respectu alicuius partis per istam impetrationem: nec etiam ex non iure, seu ex non interesse alterius.

a ¶ Litis pendentia. *Quando dicatur lis pendere, uide in cle. ut lite pendente, cū ibi no. Adde, quòd lite pendente res litigiosa in nullam partem transferri debet ante causæ cognitionem. xj. quæst. prima. cap. ultimo. xcij. distin. si quis ordinatus. & cap. sequen.*

b ¶ Impetret de nouo ius. *Nota, quòd impetrans ius iniquum, licet non utatur, tenetur. quòd quisque iuris. l. iij. ff.*

¶ De testamentis. Rub.

Conclusio DCCL.

SI PATER plures filios in sua potestate habens singulos instituit [a] in certis rebus, & eos illis singulariter iusit esse contentos, multa postea legata relinquens, censetur decessisse testatus. uidetur primo, quòd cōclusio non procedit: quia licet pluribus in certis rebus institutis cēseantur uniuersaliter instituti, hoc uerum, si testator hoc expresse non prohibuerit. ut l. prima. §. fi. ex fundo. ff. de hære. instit. secus, si hoc expresse prohibuisset. ut l. quoties. §. fi duo. eodem titulo. facit, quia testator inter hæredes potest prohibere ius accrescendi. ut ff. de iniusto, rup. testam. l. penultima. ergo & prohibere hæredem institutum in certa re, ne ultra illam capiat: quia illud aliud non uidetur, nisi prohibere ius huiusmodi accrescendi. facit optime not. Bartol. in l. penul. §. fi ex fundo. & §. fi duo. allegatis. in quibus not. hoc ius accresc-

a

accrescendi per testatorē posse tolli, facit glo. l. dominus fruc. §. j. ff. de usufruc. facit, quia uoluntas testatoris repugnantiā in se habēs uidetur uitiari. ut ff. de cō di. instit. l. si Titius. facit, quia tales uidentur habēdi loco legatorū. l. quoties. de hære. insti. facit, quia uoluntas testatoris debet in omnibus obtinere primum locū. ut in l. in cōditionibus. ff. de cōdi. & demon. Cōclusionem tamē probo, qa ubi cōstat testatorē uoluisse relinquere uniuersalē hæredē, & per cō sequēs decedere testatum, quæcunq; adiectio per eū facta, huiusmodi uniuersalitati, & testatoriæ dispositioni repugnās, uitiatur, & non uitiat, & trahit ad se testamētaria, causa tamē intestati. Sed sic est in proposito. ergo, &c. Maior probatur, qa si testator Titiū uniuersalem hæredem instituit, & adiiciat institutioni cōditionē impossibilem, uel exceptionē rei hæreditariæ, habetur pro non adiecta. ff. de condi. insti. l. j. & ff. de hęre. insti. l. si ita quis hæres institutus fuerit. excepto fundo. facit quia causa testamenti debet prævalere. ut l. quandiu. ff. de acquir. hære. facit, quia omnia iura conantur sustinere testamenta. ff. de hære. instit. l. ex facto. §. j. & l. alterius. eo. titu. cum simil. facit, quia in hoc plus fauetur uoluntati testatoris, quia ex l. dispositione ueniunt hære. ab intestato, non ex dispositione testatoris. facit, qa aut adeunt in fauorem alicuius, & tunc est locus fideicommissariæ substitutioni testamento in suo uigore manente. ut ff. de lega. ij. l. peto. in princi. §. j. Si uero prohibitio non fit in fauorē alicuius, fit sine causa, & irrationabiliter, & ita non ualet. ut l. filiusfa. §. diui. ff. de lega. j. Hinc est, quòd no. glo. ff. de acqui. hæred. l. si seruus communis ab extraneo. in fi. quia ius accrescēdi cohæredi uniuersali per testatoris dispositionem auferri nō potest. Ratio, quia testator nō potest facere, quòd ll. locū non habent in suo testamento. ff. de lega. j. l. nemo modo. l. ult. quia nō patitur, quòd quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. ut in regula, ius nostrum non patitur. Simile, quia nec l. hoc patitur in hærede, uel legatario. ut ff. de acqui. hęre. l. j. & secunda, cū glos. ergo. Nec mirū, si trahit eā causa testamēti, quia fauorabilior est, quàm causa intestati. ut l. antequàm. C. communia de leg. & patet bene per lecta, & no. in l. ij. ff. de acqui. hære. alleg. facit optime in arg. ff. si usufruc. peta. l. j. §. j. Hāc partem dicunt quidā Dy. & Cy. formasse in additio. super l. si ita quis hæredes. ff. de hære. insti. dicentes, quòd si testator instituit quē ex dimidia, & cauet, quòd uenientes

nientes ab inteſtato habeãt alias partes, quòd nihilominus totũ habebit inſtitutus. Minorem ar. probo, quia ſpeciale eſt in filiofa. in poteſtate patris conſtituto inſtituto in certa re, quòd pro hærede uniuerſali habetur. ut C. de hæred. inſti. l. quoties. no. Cy. & probatur ut cũm de appellat. cogno. §. cæterum. col. viij. quia ibi dicit, quòd ſibi debet relinqui iure inſtitutionis, quòd ſi minus relinquit pater iubens illũ eſſe cõtentũ, nihilominus l. ſuplet uſq; ad legitimam, [a] etiã ſine onere. ut l. omnino. & l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſta. & eſt caſus de hoc in §. certum. alle. modo l. diſpoſitio non debet carere effectu, nec uerbis imponi. C. communia de lega. l. ij. in fin. ergo ius, & beneficium uniuerſaliter habebit, quod ius in iure accreſcendi cõſiſtit. ergo nõ obſtat, quòd ſine onere habet. ergo non habet hæres, quia hæreditas ſecũ onera habet, qa dicitur, ꝙ hoc per modũ fallentiæ l. induxit in filio, eius fauore. & ideo non debet in eius leſionem retorqueri. ut l. nulla. ff. de legi. C. eo. l. quod fauore. & ſi ultra legitimã iuriſdictionis capiunt, tenentur bene oneribus, ſed ab intra: ſecus ex priuilegio l. Secundo principaliter hoc deduci poteſt, quia uidetur diſpoſitio facta per modum diuiſionis inter liberos. ut l. quoties. C. faherci. quæ ualet iure teſtamenti etiam ſine ſolẽnitate. ut in authen. hoc inter liberos. C. de teſta. Tertio pro hoc facit, quia uidetur adiectio de non plus accipiendo adiecta fauore legatariorum, ut uidelicet liberi occaſione Falcidiæ, uel aliàs nil detrahant de leg. quia nõ appareat alia cauſa, & iſta ſit probabilis, & recipienda eſt: & tamẽ tũc teſtamenti uigor ſtat, &c. Ad §. ſi duo. reſpondetur, ꝙ ibi nõ loquitur in hæredibus uniuerſaliter inſtitutis. Sciendũ eſt, ꝙ cũ hæreditas [b] ſit quoddam uniuerſum ius, ut ff. de uer. ſigni. l. hæreditas. non poteſt quis hæres eſſe de per ſe in re ſingulari. Verũ ſi teſtator inſtituit unum ſolum, & in fundo, quia prima facie præſumitur uoluiſſe decedere teſtatus, fit interpretatio ex eius mẽte, licet uerba ſonẽt aliter: quòd ſit ille hæres fundi mẽtione detracta. ut §. ſi ex fundo. & ut potius ualeat cauſa teſtamẽti, quàm quòd trahatur ad inteſtatũ. Sed ſi ultra progreditur prohibendo, ne ultra capiat, apparet tũc, quòd nec ex uerbis, nec ex mente poteſt procedere uniuerſalis inſtitutio. Ideo totũ nihil ualet, & idem eadẽ ratione in pluribus incertis rebus cũ huiuſmodi expreſsione inſtitutis. & ita procedit §. ſi duo. alle. & quòd quo ad hoc no. Bar. ibi. & in §. ſi ex fundo. & l. pe. alle. licet domi

a plet

b

nus

nus Argeñ.cõtra,ut uidetur dicere do.F.cũ eo ſtãs,quibus nõ aſſentio per prędicta.ſed ſecus, ubi mens teſtatoris,& uerba clare ſapiunt primo uniuerſalẽ inſtitutionẽ,licet adiiciant ad hoc adiect.contrariã.quia tũc,ut dixi,illa uitiatur,& non uitiat.ut l. ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit excepto fundo.alleg.facit,qa adiectio contraria actui uitiatur.ff.de preca.l.cum precario. in princi.extra de cõdi.appoſi. c.fi. Ad l.pe.ff.de iniuſto teſta.reſpondet Argẽtinus,qꝫ ibi nõ eſt ratio,quare uidetur teſtator tollere ius accreſcendi dãdo ſubſtitutum,quia ſi ſubſtitutus moreretur, & cohæres renuntiaret, alteri accreſceret.not.Bart.ipſe ff.de leg.iij.l.cõiunctim.aliàs eſt ff.de uerb.ſigni.l.triplici,ſed eſt ibi ratio fauor poſthumi. Sed certe ſalua pace domini Argen. hoc uerum eſt,quia dando ſubſtitutum uia ex cõſequẽtia præcluditur iuri accreſcendi,quia ſi habet ſubſtitutus, qui ſuo caſu ſine dubio cohæredi præferendus eſt.C.de cadu.tollẽ.l.una. §. in primo.& §.pro ſecundo.cum ſi.cohæredi non accreſcit,ut de ſe patet,uerum quia ſubſtitutus pendet ex euentu cõditionis,qa omnis ſubſtitutio eſt conditionalis inſtitutio. ut l.j. & ij.ff.de uulg.& pup.ſubſti,ideo præcluſo iure accreſcendi pendet ex eadem cõditione.Ideo illa deficiente locus eſt neceſſario iuri accreſcendi.ar.l.ſi quis ita hæreditatem.ff.de cõdi.& inſti.Ideo male reprehendit Bar. Argẽ.Dico tamen,quòd do.Bart.ex alio capite male ſe fundat per l.illã, qa fateor,quòd teſtator ex cauſa poteſt tollere ius accreſcendi, dummodo ſic tollat,quòd remaneat cauſa teſtati in ſuo robore, ut ſi dat ſubſtitutum,quia ſubſtitutus habet cauſam uidelicet fauorem ſubſtituti,& nõ immutat cauſam teſtamenti:& ita loquitur l.pe.alle.uel ſi facit aliorum fauore,quia tũc operatur fideicommiſſum.ut l.peto.alle.quod autem in pe.l.ceſſante ſubſtituto non habeat locũ ius accreſcẽdi,facit fauor poſthumi,qui rũpit ſolum in ſui fauorem,nõ in fauorem hæredis.ut l.nã & ſi. §. rũpẽdo.ff.de iniuſto teſta.Et eſt ibi caſus,in quo cauſa inteſtati trahitur ad cauſam teſtati fauore poſthu.Ad gl.l.dominus fructus.§.j.reſpondeo,quia §.ibi loquitur in fideicommiſsis particularibus,in quibus,ſicut in legatis,& aliis fideicommiſsis quibuſlibet,prohibitio iuris accreſcendi locum habet.ut l.Titius. §.qui habebit.ff.ad Trebel.non obſtat l.ſi Titius. quia ibi ſunt duæ inſtitutiones conditionales repugnantes æque potẽtes,quæ concurſu ſe impediant: hic uero cauſa teſtati eſt potẽtior,ut prędixi ad l.quoties.C.de hære.inſtit.

ſtit. Nec ob. quòd uoluntas teſtatoris eſt ſeruãda, quia uerũ eſt: talis, quæ nõ eſt irrationabilis, ſibiipſi repugnans, & infecta à iure, ut in propoſito, teneatur ergo opinio Bar. quo ad caſum §. ſi ex fundo. & §. ſi duo. alleg. Aegidius.

a ¶Inſtituit. *Nota quòd inſtitutio hæredis initium eſt teſtamẽti, & dicitur inſtitutus non ſolùm ſcriptus, ſed etiam nuncupatus. ff. de hæredi. inſtitu. l. j.*

b ¶Vſq; ad legitimam. *Legitima an ſit quota hæreditatis, uide Bart. in l. ex facto l. j. ff. de hæred. inſti. & in l. quoties. C. eo. tit.*

c ¶Hæreditas. *Quid ſit hæreditas, uide ff. de leg. 2. pra. l. nihil aliud. & de regu. iur. l. hæreditas. Quæ autem contineãtur appellatione hæreditatis, dic ut ff. ad. Trebellia. l. poſtulante.*

¶De iure patro. De regularibus. Rubri.

Concluſio DCCLI.

PATRONVS infra tempus iuris ad parochialẽ eccleſiam præſentans religioſum regularem iuri nõ ſatisfacit, nec excuſatur per hoc ex negligẽtia, nec per hoc lapſus temporis, ſeu deuolutio impeditur. Ad materiam huius cõcluſionis omnino præmitto ea, quæ ſuprà ſcripſi circa unam concluſionem, & quæ leguntur, & no. in remiſſionibus ibi not. & præſertim per Ioan. Andr. poſt Hoſtien. & per Ioan. Cal. in diſtinctione de ſta. regula. quòd dei. ſuper gl. utrũ. Circa hoc ultra præmiſſa ponũt quidam in primis cõcluſiones, quæ ſequuntur. Prima concluſio eſt, quòd regularem aſcendere ad regimẽ parochialis eccleſiæ ſecularis repugnat regulæ monachali, & naturæ profeſsionis obuiare cẽſetur. Ratio huius eſt, quia monachus factus rector eccleſiæ parochialis ſecularis, ſolutus eſt ab obedientia ſui abbatis. notat Ioan. Andr. ibi poſt Hoſtien. in d. cap. quòd dei timorem. ſuper gloſ. utrum. & tamen obedientia huiuſmodi eſt unũ de tribus uotis ſolennibus, circa quæ diſpoſitio eſt difficilis. ut c. cum ad monaſterium. in fi. de ſtatu regula. & ibi monachi. Itẽ natura regulæ monachalis eſt ſi a lentiũ, [a] cõtemplatio, quies, ſeu clauſtrale otium, & abdicatio propriæ uoluntatis. ut c. licet. de regulari. imò generaliter, quòd mortuus cenſetur uitã regularem profeſſus, quo ad omnia ſecularia, & mundana. ut C. de epiſco. & cle. l. deo nobis. & tamen promotus ad rectoriam ſecularem, quo ad omnia dicta proxime, mutat ſtatum. ergo, &c. Secundo probatur, quia permiſſio ſpecialis mutat aliàs regulã in contrariũ. ut l. j. in fi. ff. ad municipa. & l. una. C. de theſauris. lib. x. modo ſpecialiter permittitur

titur ex causa de ecclesia parochiali secularí.ut c.quod dei timorem.alleg.cũ iuribus omnibus facien.pro hac parte, ergo regula erit in contrariũ ratione repugnantiæ antedictæ.facit tertio,quia antiqua iura seculares administrationes ecclesiasticas monachos generaliter prohibebant.xvj.q.j.si cupis.& c.iuxta.& c.adiicimus.cum duobus ca.sequentibus.& episcopi cũ cõsensu abbatis dispensatiue de parochialibus ecclesiis id permittebant.ut eo.titu.& quæst.c.cũ pro utilitate.& lv.distin.c.priscis.ergo oportet,quòd generalis prohibitio propter dictam repugnãtiam procedat.Secunda cõclusio,quòd hodie episcopis,& nõ inferioribus ab eis est permissum,regulares ad seculares ecclesias parochiales promouere. Prima pars conclusionis probatur xvj.q.j.c.doctos.& cum multis sequentibus.& c.moderamine.& ca.in parochia.cum multis aliis c.eo.titu.& quæst.& c.quòd dei timore.alleg.Secunda pars conclusionis probatur, quia de his,quę generaliter omnibus reperiuntur esse prohibita,ut in conclusione proxime præcedẽti, & aliquibus specialiter permissa in prima parte huius conclusionis, dicẽdũ est,quòd aliis, quibus nõ permittuntur,specialiter denegata cẽsentur.ut c.quã quam.de elect.in vj.iunctis not. per Innocen.de concessio.præben.quia diuersitatem in materia in capi.quanquàm.facit ff.de iudi.cum prætor.Et quia standũ est regulæ,nisi quantum reperitur exceptum,ut probãt iura cõmunia.modo.nõ reperitur aliis concessum, quàm episcopo.ergo,&c. Tertia cõclusio est,quòd episcopo soli libere nõ est permissum hoc, sed ut possit hoc, requiritur de necessitate,quòd consentiat abbas,seu alius superior regularum ipsius regularis, &c.ut lviij.distin.c.j.& ij.xvj.q.j. si quis monachus.& ca.cum pro utilitate.& c.si religiosus.de elect.lib.vj.Nec mirum, quia per talem promotum aufertur obedientia abbati debita,& tollitur ius monasterii,& abbatis. Ideo abbas consentire recusans,etiã ex causa sufficiẽti,ab alio,quàm à papa non compellitur ad conficiendum.Nõ ob.de renuntia. admonet.& Hostien.de iure patro.c.nullus.& Archid.de elect. quàm sit.lib.vj.& Ioan.mo.& Io. Andr.in dicto capi.si religiosus. Ex his concludunt dictam præsentationem non ualere:primo, quia facta absq; abbatis licentia iuxta conclusionem tertiam.Secundo,quia facta absq; dispensatione episcopi, seu ab alio, quàm ab episcopo,iuxta duas cõclusiones primas.sed in ueritate ego ualde dubius sum. Primo quidem sum dubius de prima

ma ratione, quia regularis ita modicum habet uolatum libere ab episcopatum, sicut ad parochialem ecclesiam sine licentia superioris: & tamen nō propter hoc est postulandus, sed potius eligendus. ut de elect. quàm sit. in fi. & capi. quorundam. & c. si religiosus. & cap. nullus. & ibi not. libr. vj. & not. Ioan. Andr. de postu. prælat. c. fi. licet Innocē. ibi contra. Item, quia post electionem factam de religioso datur tempus arbitrarium ad petendū istam licentiā à superiore. ut dicto capi. quàm sit. in fi. Item post illud tempus arbitrariū lapsum licentia non obtenta datur iterum integrum tempus iuris ad eligendum. ut c. si electo. de electio. lib. vj. & no. Archidia. in dicto capi. quàm sit. Circa secundā rationem, seu defectum secundum etiam dubito, quia quasi omnes docto. & glos. saluo solo Ioan. de Lignano, uidētur dicere, maxime in canonico regulari, quòd dispensatio hominis non requiritur, sed quòd est dispensatio iuris communis. simile fa. de æta. & qualita. c. præterea. ut fuit dictum in una cōclusione suprà alleg. Præterea c. antiqua nedum se referūt ad episcopi prouisionē, sed etiam se referunt ad electionem plebis. xvj. q. j. sic uive. Item, quia monachus est ille, in quē cadere potest ius prælaturæ, [b] saltem abbate consentiente, & episcopo ordināte per prædicta. Igitur si patronus cum episcopo ordinauerit, nō potest dici negligens, per no. Innocē. de concess. præben. cum nostris. Sed reuerēdissimus pater do. P. Cardinalis sancti Eustachii stans cum conclusione respondet, dicens, quòd licet episcopus dispensatiue posset præsentatum admittere, uidelicet aliis secularibus deficiētibus, & casū, quo talis esset, de quo ratione prædicationis esset utilis ecclesiæ talis prouisio. ut ca. priscis. & c. pro utilitate. & aliis c. alle. ac admittendo præcedente causæ cognitione, aut rei notorietate, uideretur eo ipso dispensasse. iuxta no. Inno. de fi. presby. ueniens. & ibi per alios etiam no. tum, quia episcopus, non tamē nisi uelit, maxime nisi de prædica. appareret, non uidetur idoneus simpliciter præsentatus, pro quo inducebat. c. cum de beneficio. de præbend. libr. vj. & ideo non uidetur iuri sufficienter satisfactum. argu. de offi. ord. c. cum uos. cum ibi not. ad glos. Innocen. in ca. cum nostris. dicitur, quòd loquitur de eo, in quo cadit ius prælaturæ ipso iure sine dispensatione, ut est homicida excommunicatus, & irregularis. alleg. c. postulasti. de cleri. excommu. mi. de æta. & quali. bone. de excess. prælat. inter dilectos. de accus. accedens. no.

Comp.

Compost. de elec. quòd sicut. & Inno. de conces. præben. propo suit sed hic locus dixit.

a ¶ Silentium. *Adde quòd silentium indiscretum eos, qui erudiri poterãt, in errore relinquit. xliij. distin. sit rector. Et simplex conuersatio absque sermone exemplo prodest tantum, silentio nocet. xliij. dist. §. j.*

b ¶ Ius prælaturæ. *An autem monachus præfectus iuri prælaturæ, uel ecclesiæ seculari teneatur ad statuta sui ordinis, uide Host. in sum. de stamona. & Innoc. quorum unus dicit, quòd sic: & alius, quòd non: uterque tamen habet bonum motiuum. extra, de sta. mona c. quòd Dei timore. Vide illos, & concorda, si potes.*

¶ De iure patronatus. Rub.

Conclusio DCCLII.

SVPPOSITO in facto, & a do. fe. re. Greg. papa xj. domi. Martinum priorẽ cuiusdã prioratus, quæ est dignitas curata in collegiata principalis, spectans tamẽ ad præsentationem laici, promouit ad ecclesiam Silueñ. tunc uacañ. & cum eo tempore huiusmodi promotionis, uel cito post eum, & ante uacationem dicti prioratus motu suo proprio dispensauit, & dicta promotione non obstante, dictum prioratũ una cum dicta ecclesia Silueñ. retinere posset usque ad beneplacitum apostolicæ sedis, non facta tamen mẽtione, & dictus prioratus spectaret ad præsentationẽ patroni laici, ut præfertur. dixerunt domini in reite ratis cõsiliis duarũ instãtiarum, dictam dispensationẽ, licet motu proprio factam, surreptitiam esse, & non ualere. Pro ista parte fuerunt latæ duæ sententiæ, & nunc pendet tertia instantia, & terminus ad audiendum sententiã in eadem. & in primis, & collatio nõ procedat, deducitur sic: quia tunc in gratia principis esset ponderandũ præiudiciũ spei futuri iuris, cum spes illa est radicata in aliquo iure de præsenti cõpetenti, & aliter non. modo talis nõ est spes iuris præsentandi ante uacationẽ patrono competens, ergo minor propositio uidetur clara: quia ius præsentandi, eligẽdi, uel cõferẽdi ante uacationem a in nullo competit. ut in c. j. & ij. de conces. præb. Maior uero propositio probatur per gl. in l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. de lib. & posthu. cuius gl. inductionẽ, & uerificationem uide supra in quadã cõclusione, in secũda illatione secundæ partis illius cõclusionis, pro qua gl. facit l. fi. C. de sent. pas. Caue tamen quia alio modo dicta glo. inducitur, uidelicet in ea parte, in qua uidetur dicere, & restitutio à principe concessa filio deportato, nepoti ex eo, cui ratione deportationis hæreditas ex aui dispositione, si nõ foret restitutus filius, deferri debebat, ex substitutione auitina, uidelicet

ipſi filio, quo ad huiuſmodi auitinã hæreditatẽ habendã, ſi tempore reſtitutionis hæreditas nõ erit nepoti delata, ſeu queſita. & facit d.l.fi. & c.quamuis.de reſcr. lib.vj. & l.ij. & quod ibi no.ff.de decurio. Itẽ probatur dicta propoſitio maior per aliud exẽplũ. Nam licet beneficiũ legitimationis à principe cõceſſum filio ſpurio non aufert hæreditatem iam quæſitã agnatis, de eis mentione nõ facta, ſecus tamẽ de hæreditate tempore legitimitatis nondũ delata. prout ponit Iaco. de Are. in l.pe. ff. de na. reſtit. & domi. Bar. in d. §. ſed quid ſi tantum. de quo plene per Io. An. in regula. ſine culpa. li.vj. in ij.q. in mercurialibus per eum ibi formata. Et ꝙ talis ſpes attendi nõ debeat, alle. l.poſt. §. illud quæri. ff. de libe. leg. Tertio hoc idẽ uidetur probari per aliud exemplũ. nam ſi libertus per principẽ reſtitutus ſit natalibus, antequã ſua hæreditas ſit delata patrono aufertur eis futurũ ius ſuccedendi. ut l. etiam. §. j. ff. de bonis libe. Quarto pro hoc inducitur, ꝙ ſi militi, qui propter delictũ, & per ſententiã ius teſtãdi amiſit, conceditur ex priuilegio ius teſtandi, intelligitur conceſſum iure militari etiam in iniuriam filiorũ, & ſi de ipſis mentione non facta. ut ff. de iniuſto, rup. teſta. l. ſi quis filio exhæredato. §. irritũ. & ibi per Bar. & melius facit eadem l. ſecũdum planiorem intellectũ: quia uidetur loqui de præſeruatione iuris teſtandi, ſicut de præſeruatione tituli non uacandi. Secũdo principaliter hoc deducitur, quia ſi hic notari deberet præiudiciũ patroni, aut notaretur quo ad ꝓprietatem iuris patronatus, aut quo ad poſſeſsionẽ: non poteſt dici primum, quia eam non perdit, nec ſibi negatur. Nec ſecundum, quia poſſeſsio hoc caſu nõ interpellatur, cum eius uſus nõ poſsit haberi, niſi in actu uacationis. ergo, &c. ar. ff. de iniuſto, rup. teſta. l. nam & ſi. §. poſt defectum. Cõfirmatur, quia omnia iura, quæ dicũt principis beneficium cum alterius præiudicio tacito non ualere, loquuntur de præiudicio, quod imminet de præſenti, cum alias damnum uel præiudiciũ nõ dicatur proprie, niſi præſens. & ideo l. ſeu priuilegiũ debet intelligi de præſenti. ar. ff. de hæred. inſti. l. ex facto. Tertio principaliter hoc probatur, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. ff. de iure pat. l. adigere, §. quãuis. modo uacatio eſt cauſa fiendæ præſentationis per patronum, quia alio tempore locũ habere non poteſt, ut ſupponitur. Quarto, quia iura ſpecialia, & exorbitãtia adeo ſunt reſtringẽda, & tenẽda in terminis ſuis, ꝙ non detrahantur de caſu in caſum. ut c. non ſolum. & c. conſtitut

ſtitutionē.de regu.lib.vj.regula. quæ à iure cōmuni. eodē lib. & l.cōſtitutionibus.ff.ad municip.

b Modo,ꝙ laicus[b] habeat ius præſentandi,& patronus eſt ſpecialiter,& exorbitans, & de gratia indultū laico.ut xvj.q.iij. ca.ij.& ibi no.per Archi.& colligitur in c.iij.de iure pa.cum ibi no.quia ius ſpirituale nō cadit in eo. de iudi.decernimus. c.Maſſana. & c.ſacroſancta.de elec.iūcto cap. quāto.de iu.& nō reperitur conceſſum ius præſentādi,niſi tempore præſentationis.& ita intelligitur de offic.delega.dilectus. de iure patro.cum dilectus.cum ibi no.& no.c.ij. de præb.lib.vj. per Io.mo.Arch.& nouellatorē, & lecta & not.in cle.per literas. de præbē. Quinto principaliter hoc probatur,quia qui in re ſua iure ſuo utitur nō animo nocendi alteri,licet nihilominus ex cō ſequētia alteri noceatur,nō poteſt improbari, quod facit.ut.ff. de dam.infec.l.fluminū.§.fi.cum l.ſequē. ff. de aqua plu.ar.§.deniq;. Modo papa hic ſuper beneficio iure ſuo uſus fuit diſpenſando,& uacationis impedimētum tollendo,nō autē diſpoſuit ſuper iure præſentandi patroni, quia nondū erat eius locus, nec illud agebat animo illi iuri nocēdi.ergo uoluit,quod fecit.per prædicta iura. Sexto principaliter hoc probatur,quia patronus in iſtum ſemel conſenſit,& eius perſonā approbauit,igitur amplius reſilire non poteſt, nec in ſequēti diſpenſatione hmōi eſt eius cōſenſus neceſſario requirendus.facit in ſimili, quia ſi criminoſus fuit electus,& cōfirmatus, tacito crimine & irregularitate ipſius prælatus, ad quem etiā ius eligēdi, uel cōfirmandi non pertinet,poteſt diſpenſare, & ualet diſpenſatio,etiam facta electoribus, & confirmatoribus non uocatis, pro eo, ꝙ ſemel in eum conſenſerūt.ut patet de renun.c.niſi.§.perſonæ.& ibi not. per Inno.in fi.c.Idem not.Inno. de elect.c.innotuit.in ij.glo.Idē not.Inno.de fi.presby.c.ueniēs. circa mediū primæ gl. Septimo principaliter hoc probatur,ſi rector parochialis eccleſiæ eſt adeo in fi.anni,ꝙ promoueri non poteſt, nondū uacat eccleſia. ut l.inſulā.ff.de uerb.obl.& c.commiſſa.de elect. lib.vj. poterit ne epiſcopus per ſui diſpenſationē nō uocato patrono impedire uacationē ratiōe ſtudii, & ſic præiudicare patrono, ſi præiudiciū dici debeat certe ſic.ut de elec. cap.cum ex eo. lib.vj.uel pone, poſtquam iudex præfixit terminum peremptorium ad agendum,uel proponendū,aut probandū.ut l.ſi ea.C.qui accuſa.nō poſ.& c.paſtoralis.de except.eſt ita prope finem termini tāliſ,ꝙ id non poteſt perficere infra terminū, nunquid poteſt ſibi iudex

terminum prorogare, etiã aduersatio nõ consentiente, sic ꝙ pœna nõ currat? certe sic: & idẽ
c in pœna conuentionali.[c] Et ita notat Bart. in l. cũ ita stipulatus. ff. de uerb. obl. & probatur eod. tit. l. qui Romæ. §. Callimachus, in fin. §. Sed caue, quia loquitur in arbitrio, & pœna incurrenda propter cõtemptũ ipsius. Octauo principaliter hoc probatur per not. gl. Ioan. And. positæ in c. quamuis. de rescrip. lib. vj. quæ glo. habet, ꝙ depositum beneficio per sententiam, à qua appellat, appellatione pendente potest episcopus ad huiusmodi beneficiũ restituere inuito patrono. ergo fortius potest papa id, de quo quæritur. ut uidetur alle. id quidem nõ est sic ponderandum, quod facto principis contingit. per l. inde Neratius. §. idẽ Iulianus. ff. ad l. Aquil. licet hoc non probant rationes sequẽtes fundãtes partem istã, & sequen. per scriben. Nono principaliter hoc probatur, quia papa posset in totum tollere cõstitutionem suam positiuam, per quam inducitur hæc uacatio, nec oporteret tunc uocari patronum, aut eius cõsensum haberi, seu de eo fieri mentionẽ. ergo & per modum dispensationis in parte, patet consequentia per l. quæ de tota. ff. de rei uend. & ff. de usu, l. qui scit. Casus probari uidẽtur, quia libera uidetur potestas quo ad hoc in principe residere. ut C. de pœn. l. fi. ff. de constit. princ. l. j. §. j. ar. extra. de reg. iur. c. omnes res. facit not. Innoc. de constit. quæ in ecclesia. & c. quia plerique. de immu. eccle. Decimo hoc probatur, quia si diceretur dictam gratiã non ualere, aut hoc esset ex defectu potestatis, aut propter fraudem, uel culpam impetrãtis, aut propter cõtrariam dispositionem alicuius iuris positiui super hoc contrarium statuentis, aut propter surreptionem rei ipsa insurgentẽ, & ex uerisimilitudine mẽtis ipsius concedentis. Primum dici non posset, per ea, quæ dicta sunt in ratione proxime præcedenti. Secundum etiã dici non potest, primo, quia in gratia facta motu proprio hoc nõ cadit. ut not. Nouellator in c. si motu. de preben. Secundo, quia idem, si non esset facta motu proprio. Nam qui pœnam, & damnũ excludit, non uidetur fraudem committere. ut ff. de leg. ij. l. cum pater. §. Titio. & ff. si quis ali. test. prohib. l. fi. Nec tertium dici potest, quia iste casus non uidetur iure cautus. Nec obst. c. cum dilectus. de iure patro. c. dilectus. de offi. lega. quia loquuntur in beneficio laici patronatus iam uacandi, in quo casu est longa differentia ad istam causam, quia ibi patrono iam ius quæsitum est, quod sine causa auferri nõ debet,

bet.ut c.ab eo.de elect.libro vj. Hic uero secus. facit pro his alle. supra in ratione prima unius partis. Nec quartũ posse dici uidetur, quia nõ omnia tacita reddunt gratiã surreptitiã, sed illa solum, quæ uel sunt expressa in iure. ut c.si motu.c.cum in illis.& c.si dignitatem.de præbẽ.uel in non expressis loquendo illa, de quibus est uerisimile de iure, q̃ si papa illa sciuisset, nunquã illã gratiam concessisset. ut de elec. c.dudum.ij.ad fi.& de præbẽ.dudum.lib.vj.§.nos igitur.uer.considerantes.ut no.Imo.de cõcess. præben.cum nostris.modo non est de iure cautum, nec omnino uerisimile, quòd papa si hoc sciuisset, propter hoc gratiam dedisset, imò magis totum contrarium est uerum, & certum, quia de iure præsentandi laici papæ fuit dictum, ut ponitur in facto. Et ibi idem, si non esset dictum in facto. Ratio est. Nam quod dicunt docto.in c.ij.de præben. lib.vj.& c.cum dilectus.4.lle.gratiam factã de tali beneficio laici patronatus, de huiusmodi iure mentione nõ facta, non est scriptum in iure: sed illud ex ratione sumit.cap.cum dilectus. & c. decernimus.xvj.quæst.ultima.in d quibus habetur, quòd legatus, & ordinarius non possunt impedire, & per consequens est uerisimile, quòd nec hoc uelit papa, nisi de hoc sciat, sed illa iura loquuntur, & dicti docto.in beneficio iam uacanti, & in casu, in quo patrono iam ius quæsitum est, inter quem casum, & casum, in quo sumus, est maxima differentia rationis.& ecce in simili: restitutio dãnati facta per principem etiam quo ad bona operatur præiudicium illis, quibus bona deferri haberent, si fiant rebus stantibus in eodem statu. ut ff. de iure pat.l.siue libertus. & ff. ad Tertullianũ.l.prima. §. si filius, qui.& ff.de contra tabu. l.prima. §.si secus.tamen, si res non sit in eodem statu.ut C. de sent.pas.l.fin.& hanc distinctionem posuit Iac.de Bel. in c.domino guerrã.ti.hic fi. lex.x. col. & late scrip. supra in una cõclusione. Modo ante uacationem res est adhuc in eodẽ statu, sed post secus, quia tũc patrono ius quæsitum est, ergo ex identitate rationis hoc dici non potest, nec ex identitate terminorũ, ut de se patet, igitur ad idem inducitur. quia opi. Barto. Brixien q. dominicali.not.per gl.in c.quãuis.de rescript. lib.vj. approbatã per omnes, ut dixit Io.An. in nó uella, quæ habet, q̃ eps inuito patrono potest restituere depositũ [d] per eũ pẽdẽte appellatione depositi, uidelicet remanẽte adhuc in eodẽ statu: ideò, antequam depositio transeat in rem iudicatã, & loquitur de depositione uera, & iusta, quia alias re

ſtitutione opus non eſt: ut l. v. §. j. ff. de iniuſto, rupto, irri. teſta. licet ſecus ſtatu mutato. puta, ſi appellatum non foret, ergo apparet, q̃ ſit magna diuerſitatis ratio inter iſta. Tertiũ exemplum eſt, quia cũ rector parochialis ecclesiæ facto ſubdiacono prope finẽ anni, dum nõ poteſt ad ſacerdotiũ promoueri, poteſt epiſcopus, iuxta c. cũ ex eo. de elec. lib. vj. cauſa ſtudiorum diſpenſare, dummodo non fiat in frau dẽ: licet poſtea hoc non poſſet, quia primo caſu res eſt integra: ſecundo caſu nõ. ita tenet Arch. in c. cũ ex eo. & ibi eius opinio per Io. An. in nouella. & per dominũ Pariſienſem clarius probatur. Quartũ exemplum eſt de not. Inn. in c. ueniens. & c. niſi cũ pridẽ. alle. cum intellectu, quem ponit Paulus in c. poſtulaſti. de cle. excõ. min. & dominus meus Pap. epiſcopus poſt pa. urdelicet q̃ diſpenſare poſſet cũ alias habente ius ipſo iure, licet dimitte re teneretur: alias nõ, quia requireretur noua collatio. Quintum exemplũ ſume de xiij. ratiõe infra ſeq. & bene faciunt iſta exẽpla ad propoſitũ. & primo primũ, quia ſicut papa nõ præſumitur uelle præiudicare patrono, ita non præſumitur impetrator uelle tollere ius alterius. ff. de nata. reſt. l. j. & l. peñ. & ſi. & l. nec auus. C. de emã. libe. itẽ ſecundũ, & tertiũ, & quartũ exẽpla bene faciũt, quia ſi fieret patrono præiudiciũ, q̃ ponderari deberet, illud præiudiciũ nõ poſſet auferri per epiſcopũ, quia ſolius principis eſt poſſe tollere ius alterius, ſeu ei derogare. ut no. gl. in c. religioſus. de elect. lib. vj. facit regula, indultum. cum cõcor. Ex præmiſſis colligitur xj. ratio. qa ſi, &c. aut hoc proueniret ex uerbis, ſeu propriis terminis iuris, uel gl. aut ex identitate rationis. ſed nec ſic, nec ſicut ſupra, ergo fortifica, quia etiã in exorbitãte materia nõ arguitur ex identitate rationis. ut de reg. iu. nõ ſolũ. &c. cõſtitutionẽ. maxime, ubi nõ eſt idẽtitas omnino rationis, ut bene colligitur, & not. in c. j. de tẽpo. or. lib. vj. in gl. quid ecõuerſo. & hoc dico, quia ſi eſſet omnino eadem ratio, diceret aliqui eandem mẽtem eſſe. per c. ſi poſtquam. de elect. eo. lib. & no. glo. quid econuerſo. de tempo. or. in vj. & per not. Accur. ff. de reg. iur. l. ea, quæ. & C. de ſacroſan. eccl. l. illud. & ibi per Cy. & Dy. de reg. iur. c. j. in ar. lib. vj. Itẽ ex premiſſis colligitur xij. ratio ad idẽ, quia epiſcopus ſimile præiudiciũ ſuo caſu poteſt auferre patrono. ergo & papa, etiã de eo nõ faciendo mentionẽ, & omnia probãtur, ut ſ. & egregie facit, quia ſuper iure ſuo diſponit, licet alteri noceat: non dico directe ſed indirecte, ut alle. fuit ſuprà. & ultra facit l. quemadmodum.

dum. §.j.ff.ad le.Aquil.modo di rectū prætudiciū attenditur, & nō indirectum. ut ff.de authorita. tuto.l.j.in prin.cū concor.Itē egregie facit quartū exemplum quartæ rationis in fi.positū. Ter tiodecimo hoc idem probatur, quia res prorogata,nō censetur
e innouata per prorogationem, e sed potius eadē reputatur, sicut ante. ut l. sed si monente. ff. de preca.& pro hoc etiā ff.de iud.l. ij. §.& iudex. & ff.de arbi. l. Labeo.§.pe.& l. si cū dies.§.pe.modo hic papa fecit quandā tituli prorogationē.nā ante finem tēporis ultra tēpus titulū extēdit, non autē in tempus nouū titulū dedit: ut ff.de suspec. tuto.l.iij. §. quæri.ergo idem erit, ut per hoc tollatur id, qđ do.Bart. no. de dam.inf.l.iiij.circa prin.Nec mirum, quia multa fieri possunt per prorogationē, quæ nō possunt fieri per innouationē, sicut patet de iurisdictione delegata ad tēpus, quæ ante finē tēporis de consensu partium prorogatur.ut d.§.sed & iudex.& post tēpus per partē non innouatur. ut l.priuatorū.C.de iurisdict.om.iudi.& pro hoc optime facit ff.de peculio. l.peculium. §. si ære. & quod no.j.quæst.j.ordinationes. in fi.& de renuntia.post translationem.super uerb.nequeat.uel etiam si dicatur habere quasi ex noua causa, tamen non uidetur necessaria noua concessio.arg. dicti. §.si ære.In oppositū tamē, & pro conclusione nostra arguitur,& primo sic,quia nedum affertur alicui graue præiudiciū, cum tollitur sibi ius,quod habet in præsenti,imo etiam, cū tollitur sibi spes firma, & propinqua habendi illud ius, & pro hoc facit tex.pone:seruus meus hæres institutus uiuo testatore occidi tur,habeo actionē l. Aquil. pro dāno mihi dato contra occisorē,nunquid in æstimatione damni uenit hæreditas? certe non, quia spes nec est firma, nec propinqua.sed pone,q erat institutus sub conditione cuius implementū à potestate mea dependebat,& quod fuit post mortem testatoris pendeñ. idem occisus, nunquid hoc casu uenit hæreditas in damni æstimatione?certē text.q sic. Et est ratio, quia hoc casu spes fuit firma, & propinqua.iste est casus ff. ad l.Aquil.l. inde Neratius.§.idem Iulianus. Et ideo alibi dicit text. quod si publicentur bona heredis damnati restituere hæreditatem alteri post mortem suam, scilicet, quia sic firma est spes fideicommissarii,quod ei auferri nō potest hæreditas per publicationem ei nō aufertur saltem post mortem:ut ff.de iur.fis.l.Statius. §.Cornelio.in fin.per eandē uiā facit.C.communia de lega.l.fin. §.nemo.& §.sinautē sub conditione.& authē. res, quæ ibi sita:

quæ iura uidentur, & aduenien te tempore, uel casu, quo patronus præsentare deberet, si ista gratia non fuisset facta, gratia tunc debet effectu carere, & ius patrono aperiri. Secundo probo hoc sic, quia sicut ille, in cuius grauamen, uel præiudicium mihi competit ius sub conditione, non posset illud ius mihi auferre, si iam per conditionis purificationem foret mihi apertum: ita nõ potest ipse impedire conditionis euentũ. hinc est, & si hæreditas legatarii, uel libertas relinquitur sub conditione: si decem dentur hæredi. non potest hæres conditionẽ impedien do impedire relictum. iura pro hoc allegantur, in regula, cũ nõ stat. lib. vj. ut patet ff. de cõdi. insti. l. iij. de condi. & demonstra. l. pupillus. & l. iuris ciuilis. C. de condi. insti. l. ult. cum sim. modo ius competens patrono præsentandi est ad grauamen, & præiudicium ordinariorum collatorum, nec illud possunt sibi auferre. ut c. decernimus. alleg. & dependet illud ius à cõditione uacationis: ut c. fi. de concess. præb. ergo illius cõditionis euentum uacationum impedire non possunt. ergo nec præsumitur de papa, quòd hoc uelit, nisi hoc dicat, quod si nõ faceret, esset contra iura, & uteretur plenitudine
f potestatis, [f] quod in dubio non præsumitur, ut not. Inn. de elect. c. innotuit. in fi. facit, quia non debet esse in potestate grauati à se excutere onus. ut ff. de eo, quod cer. lo. da. opor. l. j. & l. nõ uterque. §. j. Tertio idem probo sic, ubi sunt duo impedimenta, uno sublato aliud non uidetur esse sublatũ. ut ff. de seruitu. urba. prædio. l. si domus. de fi. presby. c. ij. de auth. & usu pallii. extuarum. de priuileg. c. pastoralis. modo hic uidentur duo impedimenta. unum de constitutione c. cũ in cũctis. circa principium. aliud de iure patroni. ergo primo sublato, secundum non uidetur sublatum: maxime, quia utrũque esse uidetur supra ius, & non posse fieri, nisi ex plenitudine potestatis. modo licet papa utitur plenitudine in uno articulo, non sequitur, quòd uelit in alio, quia talia tãquam odiosa sunt restringenda, ut regula, quæ à iure. non autẽ trahẽda de casu ad casum. ff. de libe. & posthu. cũ quidem. de rescr. c. fusceptum. lib. vj. maxime in excogitato, ut c. j. de cõst. lib. vj. Quarto idem probo, quia expediendo actum permutationis episcopus utitur beneficio iuris à l. specialiter sibi non concesso. ut c. quæsitum. de re. permu. & cõtra concilium Turonen. de quo in c. maioribus. de præb. & quia ibi potest interesse patroni, ipsum uocare tenetur. ut not. Innoc. de renun. quod in dubiis. & Ioan.

And.

And.in c. uno. de re.permu.lib. vj.Et nec mirum, quòd ista est regula, quòd ubicunque gerẽdus est actus, qui aliis potest præiudicare, uocandi sunt: ut authen. quod omnes.ut minor ab hære. se abst.& ff.de mino.l.in causę. §.causa cognita, &c.etiã si princeps hoc faciat. ut ff. de adop.l. nam ut ait.& ff. de nata.restitu. l.pe.& fi.modo in casu isto potuit interesse patroni, ut haberet priorem residentem,& eum in propria persona honorantẽ. quia melius seruitur ecclesię per proprium prælatum, quàm per uicarium. Ideo iura in prælato requirunt residẽtiam personalẽ.c.licet canon.de elect. lib.vj. Ammodo propter maiorem dignitatem episcopalem in prioratu non tenebitur personaliter residere,& ita apparet de notabili interesse patroni. Quinto argui potest ab idẽtitate rationis,quòd etiam potest fieri in arbitrantibus.ut not.glo.ff.de regu.iur.l.ea,quę propter.& C.de sacrosanc.eccle.l.illud.& Dy.in reg.in argumen.de regu.iur.lib. vj.licet glo.uideatur notare contrarium in l.ij.C.de patri.qui fil. distraxe.sed soluitur ad illã glo. & ad l.illam ij.per Dyn.in dicta regula.in argumen. & ibi uide. & idem not.Cy.quod Dy.in dicta l.illud. Modo ratio,propter quam introductum est,ꝙ beneficia laicorum ad eorũ præsentationẽ pertinẽtia eis spretis nõ cõferantur,est,ne turbati ex hoc ab ecclesiarũ fundationibus retrahantur: sed eadẽ uidetur turbatio, cum certũ habeãt talia uacatura,nec de modica temporis dilatione curare habeant. ut l.si debitori.ff.de iudi.& l.quod dicimus.ff.de sol.Sexto,quia quãdo ex aliqua causa præcedente oritur spes firmaꝫ de certo effectu trahente cõsequentiã necessariã ad causam ipsam de proximo producendo,habetur perinde effectu secuto, ac si tempore causæ fuisset iam productus. ut ff.ad l.Aquil.l. huic scripturæ.§. j.& l. ait. & l. ita uulneratus. in princ.eodẽ tit.clarus tex.l.damni. §.Sabini.ff.de dam.infect. facit ff. de uerb.obli.l.hoc iure.& l.cum stipulatus mihi, & Proculo.eod.tit. perinde enim est uel iam de præsenti esse, uel de ꝓpinquo futurũ fore,ut probatur per ea,quæ legũtur & not.ff.de minori.l.iij. §.j. Modo si iam uacaret,apparet de graui præiudicio ipsius patroni, & non ualeret,secundũ omnes.ergo,&c. ut sic ratione causæ præcedẽtis beneficium iam patrono cẽseatur affectum, sicut solet dici de beneficio pro certa persona in euẽtum certæ uacationis per papã, uel eius executores specialiter reseruato. Septimo,quia ista est regula, quòd nõ est uerisimile, quòd princeps uelit præiudica-

re iuri tertii præsenti, uel futuro per priuilegii concessionē, quā fecit, quia non est uerisimile, q̄ hoc facere uelit in iniuriam tertii. ut C. de sta. & imagi. l. fi. & de emancipa. libe. nec auus. & ff. ne quid in loco publ. l. ij. §. merito. & §. si quis à principe. & extra. de priuile. dudum. & de consue. cum dilectus. etiam per modum dispēsationis, seu restitutionis. ut ff. de na. resti. l. j. & pe. & fi. & l. nam, ut ait, & l. qui liberatur. & l. adoptio. ff. de adopt. imō nec hoc forte posset sine causa. per not. Inn. in c. quæ in ecclesiarū. & c. quia plerique. alleg. & C. si contra ius. l. præscriptione. Fallit in restitutione aduersus pœnam ratione delicti inflictam: quia princeps ex priuilegio sibi concesso à iure restituit sibi dānatum, etiā ad bona delata, & etiā quandoque alteri quæsita. iuxta ea, quæ plene scripsi supra in quadam cōclu. ergo. In contrarium est hoc casu ius cōmune, & habeo propositū. & facit optime, quod tenet do. Parisiensis in c. quamuis. de rescrip. alleg. restitutionem concessam à principe per modum gratiæ ad beneficiū patroni præuenti, uel non præuenti, ante uacationem, uel post, non ualere non facta mētione de patrono laico. Ad primā rationē alterius partis soluitur dupliciter. Primo per interēptionē minoris propositionis: quia reuera hic suberat causa præsens, unde trahebat originē prima spes, de qua oritur sexta ratio huius partis: uidelicet electio ad ecclesiā Siluen. & consensus electi, & cōstitutio positiua c. cū in cunctis. decernens uacationē prioratus infra saltē ad tres mēses ad longius una cum iure patronatus quodāmodo affinitate, ut prædixi in dicta ratione vj. Secūdo soluitur aliter per propositionis maioris declarationem, & modificationē, quia intelligitur isto modo: uidelicet, nisi spes huiusmodi sit certa, & firma, ac de propinquo: seu nisi effectus separatus habeat necessariā cōsequentiā ad ipsam causam, sicut hic dixi in vj. ratione prædicta. Non ob. primū exemplū dictæ rationis primæ de restitutione: quia esto, q̄ princeps in restituendo in totum habeat generalem intentionē præiudicandi omnibus collatoribus, & aliis, quibus nondum quæsitum est ius in re: tamen ab ista generalitate excipitur speciale præiudiciū patroni laici. patet, quia si papa collationes beneficiorū certorum in genere, uel in specie alicui conferat, uel sibi etiā suo proprio motu reseruet, etiā omnibus collatoribus, & præsentantibus inhibendo specialiter, & cū appositione decreti, ut nō conferāt, uel præsentent, excipitur patronus laicus, nisi de

de eo caueatur expresse. ut tenet oēs per lecta, & no. de offic. leg. dilectus. de iure patro. cum dilectus. de præbē. c. ij. lib. vj. uel aliter dic, quòd id, quod dicitur principem per modum restitutionis in integrū præiudicare, etiam quo ad bona deuoluta, nondum tamen per agnitionē, immissionē, uel acceptationem uere quæsita, habet locum in restitutione, quæ fit aduersus pœnam, quæ infligebatur ex delicto. & est in pœnarum odium, & fauorem reipublicæ, & principis hoc casu specialiter introductum, ut deduxi supra in quadā conclu. sæpius alleg. & ita secus in aliis. & dixi in vj. ratione huius partis. & facit c. quamuis. de rescrip. lib. vj. Et not. Io. And. in nouella ca. si tibi absenti. lib. vj. Ad secundū exemplū de legitimatione his modis responderi potest, sicut ad exemplum restitutionis est responsum, uel negari potest forsan opinio Iaco. de Are. uel potest responderi, ꝙ spes, quæ est antequam hæreditas sit delata, non est propinqua, & certa, siue firma: quia multa possunt accidere, ne capiatur. ut insti. de re. di. §. interdum. uel quòd non ita cito capiatur, nec mors hominis est speranda. C. de pact. l. fi. ff. de uerb. oblig. l. inter stipulātem. §. sacrā. Et hoc ultimo modo respōdetur ad tertium exemplum de resti. liberti.

Ad quartum exemplum de restitutione priuilegii testandi eisdem modis respōdetur, quibus fuit responsum ad primū exemplum: uel aliter dicendum. quòd illud præiudicium filiorum nimis est indirectum, & obliquū, & remotum, dubiumq;, & incertum. Et ideo non est idem, sicut in casu nostro, in quo totū contrarium reperitur. Ad tertiā rationem dico, quòd uacatio non est causa iuris præsentandi, & si causa fore fingitur in esse de præsenti, pro eo, quòd finis habet necessariam consequētiam ad principium, ut dixi in vj. ratione. Ad secundam dico, quòd hic non no. præiudicium patroni, quo ad eius proprietatē, uel possessionem in se: sed potius, quo ad fructum ipsius iuris, qui fructꝰ patrono auferretur, quod non debet fieri. ut l. solū. §. meū. ff. de rei uendic. & l. bonæ fidei. ff. de acqui. rer. do. Ad quartam rationē dico, ꝙ licet ius exorbitans uideri esse queat, ꝙ in patrono cadat hoc ius præsentādi, quia de gratia est, ut ibi dicitur: tamē postquā illud ius cōcessum est, nō est exorbitās, ꝙ nō auferatur: quia de iure communi est, ꝙ priuilegia nō auferātur, sed sunt mansura, & perpetua. ut regula. decet. & regula. indultū. lib. vj. & iij. dist. priuil. Nec est hoc priuilegium odiosum, imò fauorabile: quia in fauorē ecclesiarum,

&

i & motu proprio i principis in corpore iuris clausum ideo nõ restringendũ,sed potius extendendum.ut ff.de consti.princi.l. beneficium.& regula.odia.li.vj. Præterea,quòd exorbitãs nõ est hoc,quòd papa nõ concurrat cũ patrono in iure præsentandi,qa imò concurrit:sed quòd nõ uelit iuri præiudicari,in dubio est speciale:sed non est magis speciale hoc casu, quàm illo,imò hæc specialitas non est scripta, sed descendit à ratione scripta generali,& uniformi ad casum istum,& ad illum.ergo,&c. Ad quintã rationẽ respõdeo,quòd illa ratio tangit posse,& cõclusio tangit nolle,ergo non percutit ad cõclusionem.uel aliter soluitur,quòd tunc licet in suo facere,quod alteri noceat,cum animo sibi proficiendi illud facit,& cũ sic faciendo directo in alieno nõ immittit.Primũ probatur per l.j.§.deniq;.ff.de aqua plu.arcẽ.Secundũ probatur per l.sicuti.§.Aristo.& l.si quando.§. fi.ff.si serui.uẽdi.sed hic utrunq; deficit,quia non animo sibi,sed alteri prouidendi fiebat. Item, quia per hoc in alieno immittitur in hoc,quòd tollitur spes uacationis directæ, ut dixi. Ad sextam rationẽ dico,q̃ dicta gl. Inno.& Hosti.posita in c.innotuit.de elect.& c.nisi cũ pridẽ.§. personæ.de renun.& c.ueniens. de si.pref by.habet duplicẽ modificationem.Prima modificatio est,si talis macula, quæ per dispensationem tollebatur, nõ impediebat,seu tollebat,uel infectum reddebat titulũ ipso iure.Nam alias sola dispensatio titulum nõ daret.ut c.non potest. de præben.lib.vj.nisi dispẽsans haberet posse ius dandi in titulo,cuius contrariũ supponit Innocen.& de hoc expresse faceret mentionem supplẽdo defectum,uel titulũ dando.& ita expresse modificauit Ioã.Andr.de elec.dudum illo.super glo.talis electio.Secũda modificatio est, uidelicet,si defectus inerat tempore institutionis.Nã si post superueniisset,nihil foret imputãdum eligẽtibus præsentati, uel confirmati,qui bonũ ab initio elegisset, si postea factus esset nullus:nec idem cẽsetur, quod primo,quia aliàs censeretur res bona aliena deteriorata.ut ff. commo.l.iij.§.si reditus.& hæc simplex,& aliud hoc ut tale no. glo.post Ioã.mo.in cle.dudum. de sepul.in fi.Præterea,quia quę de nouo emergunt,nouo indigent auxilio.ut ff.de inter.acti. l.de ætate.cum simil.Et colligitur hæc secunda modificatio ex dictis Innocẽ.qui solũ fundat se in hoc:quia in eo semel cõsenserunt,non possunt resilire.ut c. inter canonicos,in fine.hic autem superuenit ex postfacto causa nouæ uacationis reducentis

tota

totalem titulum ad nō cauſam, &c. Ad ſeptimam rationē faciliter reſpondetur negādo fundamentum, quia nec Archiepiſcopus expreſſe hoc dicit, niſi ex dicto ſuo arguendo à cōtrario ſenſu. Item ſupponēdo fundamentum eſſe uerū, taliter dico, uidelicet, quōd ibi loquitur diſpenſatiue, quod innititur iuſtitiæ: nos autē loquimur de diſpenſatione, quæ innititur meræ gratiæ. Modo ius patroni quod eſt de gratia, nō impedit ita faciliter iuſtitiam, ſicut gratiam, quia iuſtitia innititur uinculo fortiori, & quōd prima ſit de iuſtitia pātet ex no. in d.c. cū ex eo. quōd uero iſta ſit de mera gratia, non dubitatur. Prēterea, quia ſit in fauorem eccleſiæ, iſta ſit in fauorem perſonæ. argu. c. fi. de reſcri. lib. vj. prædictam autē differentiam de gratia, & iuſtitia ponit ualde notabiliter dominus Cardina. Pariſienſis in d.c. quamuis. Non obſtat aliud exemplum in dicta ratione poſitū, quia loqui[k] tur de pœna cōtemptus[k] mādati ipſius arbitri, quæ ſublato mādato per arbitrum ex quadā cōſequentia neceſſaria cēſetur eſſe ſublata, hic non ita. Ad octauam rationē dico, quōd illud dictum intelligitur, cū epiſcopus ex cauſa reſtitueret: ſecus uero ſi fieret per modum gratiæ meræ, ut ibi pulchre not. do. Pariſienſis, ut §. tetigi. Prēterea in hoc ſunt opiniones. Et ſi dicere tur fore utroq; caſu, uocandum forte non eſſe hæreticum in iure. Ad nonā rationem, quia papa ſcit ius tale laicis competere in aliquibus eccleſiis, cum hæc ſint iura expreſſa, ideo nimirū faciendo generalem cōſtitutionem, & nihil excipiendo, iſta cō prehenderet. ut de cōſtit. c. j. lib. vj. cum ibi not. in glo. magna. & per Inno. & Hoſti. de reſcrip. c. j. ſed hic ſecus. Prēterea, quia nō reuocaret ex toto, niſi propter euidentem utilitatē rempublicā concernētem. ut ff. de cōſti. prin. l. ij. & ita ex cauſa, & in modum iuſtitiæ: hic uero de gratia mera. ut §. proxime. Ad decimā rationem dico, quōd ratio redditur ſurreptitia re ipſa propter inueriſimilitudinem mentis, ex hoc recollecta, quæ colliguntur in iure. Nec ob. quōd nō omnia tacita, &c. quia fateor: ſed dico, quōd hoc ſaltem in ratione ſatis eſt expreſſum in iure per rationes huius partis. Nec obſt. ꝙ iura loquuntur in caſu, quo beneficium iam uacat, quia dico, quōd idē iudicium eſt, cū ſubeſt cauſa certa de præſenti proximæ uacationis de propinquo ꝓpter rationes antedictas. Nec obſtat, quōd ſit ratio diuerſitatis inter præſens pendēs, ſeu futurum, quia dico, ꝙ hæc nō hoc caſu, quo ad id, de quo arguitur. per prædicta. Et ad omnia exem

exempla huius rationis respon-
sum est. Ex premissis ad xj. & xij.
rationes est respõsum. Ad xiiij.
& ultimam rationẽ respõdetur, e
quòd uerũ est, quia per eã tollit-
tur spes firma proximæ uacatio
nis in præiudicium laici præsen
tantis, ut dixi. Nam ut pluries di
xi, idem iuris est esse, uel de pro
ximo futurũ fore. ut ff. de in in-
teg. rest. l. nemo uidetur. & quod
metus cau. l. sed & partus. in fi. cũ
no. per Bar. ibi. & in l. existat. ibi f
proxime seq. & ff. de excu. tuto.
l. non tantũ. in princ. ff. de acqui.
pos. l. non uidetur. cum infinitis
concordantiis.

a ¶ Ante uacationem. *Not. quòd ua
care nunquàm dicuntur bona benefi
ciorum, cũ Christus dicatur esse do-* g
*minus: dominus quidem nomine, sed
non re, quia quod nõ capit Christus,
capit fiscus.*

b ¶ Laicus. *No. quòd laicus est secula
ris, & de populo, & qui non habet
sacros ordines. xij. q. ij. c. duo sunt. Ad
de quòd laicus de rebus ecclesiæ non
debet se intromittere, nec ei sunt cõ-
mittendæ. lxxxix. dist. iudicatum. &
an ex priuilegio papæ possit conce-* h
*di laico capacitas in spiritualibus, ui
de Feli. in c. causam. de præscrip.*

c ¶ Pœna cõuentionali. *Not. quòd
pœna dicitur cõuentionalis, cũ pacta* i
*non seruãtur. Adde quòd pœnæ con-
uentionales exiguntur, quæ certo mo
deramine sunt statutæ.*

d ¶ Restituere depositum. *Quomo
do & quãdo reddi, seu restitui debet* k
*depositum, uide extra. de deposito. &
per Azo. & Goffred. & Hostien. in
sum. eo. tit. & in Spec.*

¶ Per prorogationẽ. *Prorogatio,
& reuocatio an idẽ sint, uide Bar. in
l. in rebus. §. j. ff. de præcario. Et de
significatione huius dictionis prorо-
gare, uide extra. de foro compe. c. Ro
mana. lib. vj. prorogare enim aliquã
do idem est, quod extendere: aliquan
do promittere, aliquando appropria
re: aliquando soluere, & c.*

¶ Plenitudine potestatis. *Not. ta-
men, quòd papa non debet sine cau-
sa uti plenitudine potestatis. nã cum
iura sint fundata super ratione. pri-
ma dist. in. consuetudo. papa non de-
bet recedere à iure ordinario sine
causa.*

¶ Spes firma. *Spes, seu fiducia ad di
gnitatem obtinendã an sit licita, ui-
de Panor. in c. uenerabilem. & in c.
ad nostram. de elec. Quæ est spes, &
quomodo attenditur, Bart. in l. j. §.
deportati. ff. de cõtra ta. Adde, quòd
spes est cupidorum. Nemo enim spe-
rat, quod non cupit. de elect. c. j. li. vj.
per Archid. circa finem. super uerbo.
spem.*

¶ Cum appositione decreti. *No.
quòd decretum papæ ligat etiã igno
rantes. extra. de conces. præben. c. j. §.
ex pericu. lib. vj.*

¶ Motu proprio. *Not. quòd priui
legium insertum in iure, præsumitur
datum motu proprio. uide aliquid
per Fel. in c. sanctorũ. circa medium.
de præscrip.*

¶ Pœna contẽptus. *No. quòd con-
temp*

temptus uitiũ demonſtrat xl. diſt ſi quis autẽ. Et de contẽnentibus præcepta ſedis apoſtolicæ habes xix. diſ. in c. nulli fas. ubi glo.

¶ De iure patronatus. Rub.

Concluſio DCCLIII.

SVPPOSITIS cõcluſionibus ꝛ. præcedentibus, & ſuppoſito, ꝙ poſtquàm do. Grego. Martinum priorẽ cuiuſdã prioratus ſecularis, ſpectañ. ad præſentationem patroni laici, promouit ad eccleſiã Siluen. itẽ ꝙ d. G. motu ſuo proprio fecit gratiam eidẽ M. talẽ uidelicet, ꝙ dictum prioratũ cum dicta Siluen. eccleſia retinere poſſet uſq; ad beneplacitum ſedis apoſtolicæ. item ſuppoſito, ꝙ literæ dictæ gratiæ de dicto iure præſentãdi ad patronũ pertinẽte laicũ, mẽtionem nõ faciant, ſed cũ dictus do. G. per duos dominos Cardinales feciſſet dici eidẽ M. dictã gratiã, quam facere ei uolebat, idẽ M. uenit ad dictũ Gre. & ſibi ſupplicauit, ꝙ cũ dictus prioratus ſpectaret ad præſentationẽ laici patroni, uidelicet Portugaliæ regis, & ipſe M. eſſet nũtius, & ambaſiator ipſius Portugaliæ regis, timeretq; eiuſdẽ regis indignationem incurrere, ſi crederet, ꝙ tale beneficium ad eius præſentationẽ pertinens impetraſſet, dignaretur idem G. dictã gratiam motu proprio facere, a quod idẽ do. G. cõceſſit, ex præmiſſa dicti M. aſſertione, & ſupplicatione, non uidetur do. G. adeo fuiſſe de dicto iure præſentandi dicti patroni laici ſufficienter certificatus, & informatus, ꝙ uoluerit tacite præiudicare illius iuri, & impedimẽtũ tollere, quod obſtare poterat M. ex illo iure gratiæ antedictæ, poſtquàm de illo iure in literis dictæ gratiæ mẽtio nõ eſt facta. Pro iſta cõcluſione faciunt primo oẽs rationes, quæ addũctæ fuerunt ſupra in una cõcluſione ad probãdũ, ꝙ dicta ſciẽtia huius iuris non poſsit probari, niſi per literas. Secũdo probatur cõcluſio, qa uerba nõ operãtur effectũ, niſi ſecundũ finẽ, ad quem tendũt, nec ultra intẽtionẽ agentis. ut ff. ſi cer. pe. l. non omnis. & extra. de ordi. cog. c. cũ dilectus. Modo narratio dicti M. facta d. G. non tẽdebat ad hoc, ut fieret gratia de ſublatione impedimẽti dicti iuris: ſed ad hoc ſolum, ut fieret gratia motu proprio: nec aliud papa tũc facere intendebat. Motus autẽ proprius de natura ſua nõ tollit præiudicium tertii, prout colligitur ex no. Io. And. de prębẽ. c. ii motu. & patet in propria materia, quia reſeruatio c. ij. de prębẽ. li. vi. fuit facta motu proprio, & tamẽ nõ tollit iſtud ius. ut ibi no. Io. An. in nouel. igitur, &c. Tertio ad idẽ, qa error iuris non excuſet[a] potiſsime uoleñ. acquirere, nec eis ꝓficit. ut ff. de iuris, & facti igno. l.

iuris

iuris ignorãtia nõ prodeſt.cũ ſi. b Modo iſte M. errauit in iure. Quarto, quia nõ ſufficit papam qualitercunq; certificari, niſi certificetur eo modo, quo certificari debet. ut ff. ad l. Iul. de adul. de nuntiaſſe, &c. circa prin. Quinto, quia aſſertio fidem nõ faciẽs certificationem non inducit: ſed iſta fuit talis. ergo &c. patet propoſitio maior, quia nõ omni ſpiritui eſt credẽdũ, & qa ſi fidẽ nõ facit, res dubia remanet, nec rẽ certã reddere eſt aliud, quàm facere, ut de ſe patet. Minor propoſitio patet, qa uox unius, uox nullius. ut l. iuriſdictio. C. de teſt. & extra. eodẽ. c. in omni. & c. cũ à nobis. & potiſſime parti impetranti nõ creditur in his, quæ dicit pro gratia à principe obtinẽda. ut patet de probat. c. j. in cle. & per Io. An. de lit. cõteſt. in nouel. c. ij. fecit autẽ pars talẽ aſſertionem, ut motũ propriũ obtineret. ergo, & facit, quia ſi uoluiſſet ſtare aſſertioni ſuæ, illã feciſſet inſtrui in literis ſuis. & ſi papa eis ſtare uoluiſſet. id fieri mandaſſet, ut uidetur. Iſta fuerunt motiua dominorũ iudicio meo. In oppoſitũ tamen uidetur poſſe argui, quia in his, in quibus ſola ſcientia, ſeu certificatio eſt neceſſaria, ſufficiat qualitercunq; ad notitiã deueniat. ut ff. de peti. hære. l. itẽ ueniunt. §. petitam. & de act. emp. l. j. in fi. & de ædil. edi. l. j. §. intelligatur. licet, ubi denuntiatio b eſt de ſubſtantia, ſecus. ut d. l. denuntiaſſe. in prin. & ita not. Dy. in regula. eũ, qui certus eſt. libr. vj. & Cy. C. de euic. l. emptor. modo ſola ſcientia, ſeu certificatio principi, hoc caſu uidelicet, ad effectũ tollendi impedimentũ ſufficiens eſt, ut fuit plene deductũ ſupra in una cõcluſione, nec eſt hic neceſſaria denuntiatio, quia hoc nullo iure cauetur. ergo &c. Præterea, & ſi opus eſt denuntiatione pro eo, q̃ requiritur ſcientia, ut aliquid de futuro fiat. iuxta no. Bar. to. in d. l. denuntiaſſe. in principio. tamẽ facta fuit, ut præſupponitur, nec nocet, q̃ ad aliũ finẽ, ut ſtatim dicetur. Secundo hoc idẽ probatur. Nã q̃ dicitur, uerba ad unũ effectũ oppoſita, non operari effectũ alium, intelligitur, quando effectus principaliter intentus ualere poteſt abſq; hoc, quòd ualeat alter effectus principaliter nõ intentus. & ita loquitur l. cũ tale. §. ſi. de condi. & demõ. & ita no. Bar. ſecus uero, ſi unus ſine alio ualere non poſſet. exemplũ de primo: lego Meuio ſic: quicunq; futurus eſt mihi hæres, dato Meuio l. ex cẽtum, quę Titio legaui, ualere poteſt legatum Meuii, licet Titio nihil legauerim: qa teſtator gratiat hæredem proprium, ſicut ſibi placet. & ita loquitur l. cum tale. §. fin. Sed ſi dico: lego Meuio decẽ præſentãda ſibi per Titiũ

de

de centum, quæ sibi legaui, eo ipso uideor Titio legasse, quia aliter nō potuissem eū onerasse. & ita loquitur l. denique. §. interdum. ff. de pecu. lega. & l. Procul. ff. de usufr. & ista posuit Bar. in d. §. interdū. & in d. l. cum tale. in fin. & faciunt omnia iura dicentia, ꝙ uolens d. principaliter, & directe unū disponere, uult etiā ex consequēti, licet indirecte, oēs effectus sibi possibiles, & sibi notos, sine quibus fieri nō posset illud, ad qđ principaliter intendit producere. ff. de acq. hær. l. illud. de seruit. urb. prædio. l. iij. §. qui habet. de iurisd. om. iud. l. j. §. de necess. ser. hære. instit. l. pe. inst. quib. ex cau. man. nō licet. in prin. & qui da. tu. pos. in prin. & de excu. tut. Idē Vlpianus in fi. & de re iud. ꝙ cō sulebāt. & extra. de cōsti. principum. c. j. cū ibi not. in gl. magna. lib. vj. & no. Inn. de rescrip. c. j. & Cy. C. si cōtra ius, uel utilita. publi. l. fi. modo ita est ꝙ proposito, ꝙ certioratus fuit papa, ut gratiā faceret motu proprio, & eam fecit animo, & intētione, ꝙ ualeret, ut in regula. decet. lib. vj. & de dona. c. per tuas. & tamen ualere non poterat, nisi tolleretur impedimētum præsentationis patroni laici, ambobus, uidelicet papæ, & Martino notū, c ergo ad hunc effectum possunt uerba aperte referri, quod erat probandum, quod autē papa scierit, & fuerit certificatus per assertionem dicti M. ut tollatur v. ratio partis alterius, ostenditur, quia tunc reuera dicitur aliquis certificatus de eo, qđ sibi asseritur, cū id, quod sibi asseritur uerum est, & ipse fidē adhibet tali assertioni. ut d. §. petitā. uersi. d quo. l. Item ueniunt. ff. de pe. hære. Modo utrunque in proposito fuit. nam uera fuit assertio, ut partes concordant. Itē papa assertiōi credidit, quod patet, quia eam secutus gratiam motu proprio concessit, prout pētebatur. Sed dicis, quod non apparet, ꝙ fuit assertionem secutus, quo ad alium effectū, uidelicet præiudicandi iuri præsentandi patroni laici. dico, ꝙ imō cōsecutiuē per rationē proxime præcedētem. Item dico, ꝙ quo ad aliū effectum papa debuit assertioni credere. ratio, quia in his, in quibus non tractatur, nisi de præiudicio asserentis, credendū est assertioni, prout legitur, & not. de homi. significasti. Modo hēc assertio faciebat cōtra asserētē & pro patrono, ut crederetur difficilior papa ad cōcedendū, ne patrono præiudiciū afferretur: uel aliter. & melius dico, ꝙ licet de narratis huiusmodi papę per partis impetrantis assertionem non fiat plena fides, c ut probat dicta ratio v. tamen papa talia narrata supponit nihilominus esse uera, absque tamen præiu-

dicio ueritatis. Et his ſuppoſitis, ut præfertur, ſuper his fundãdo ſuam intentionem concedit talem gratiam, ſicut ſibi placet. Et hinc eſt, quòd conceſsio gratiæ dependet à ueritate præſuppoſita narratorũ, & intelligitur facta ſub conditione: ſi uera ſint, prout narrata fuerant eſſe uera. ut extra. de reſcrip. c. ij. cum con cor. Et hinc eſt, quòd poſtmodũ de ueritate inquiritur, & ſuper ea à narrante probationes exiguntur, prout deducit dicta ratio v. Ex quo ſequitur, quòd cũ narratum fuit ius patronatus, tenendũ eſt, quòd papa illud ſuppoſuit eſſe tale, & ſub tacita cõditione: ſi tale foret, uidetur ad gratiam illi iuri præiudicãtem, & illius iuris impedimentũ aſſe rentem proceſsiſſe. Nec ob. iij. ratio partis alterius de iure erroris faciens mentionẽ: quia hic non agitur de actu, qui procedit effectiue à narrante, uel ab ipſius narrantis uoluntate. Ideo narrans in narrando contra ſuã intentionẽ in iure errauerit, uel non errauerit, non curamus: ſed a agitur hic de actu præcedente, licet non directe, & expreſſe, tacite tamen, & indirecte à mente præſumpta Romani pontificis gratiam cõcedentis, de quo non eſt ueriſimile, quòd erret à b iure. ut l. omnium. de teſta. & c. j. de conſti. lib. vj. alle. Et uere pars iſta eſt multum probabilis, & in ea conſentiebat do. Greg. papa xj. nomine Ioan. Rogerii antea Cardinalis Bellifortis, & nepos ex fratre d. Cle. papæ vj. lucerna iuris ciuilis, uir utique ſubtilis ingenii, optimi iudicii, & intellectus ualde clari, & ita nobis au ditoribus mandauerat Cancellariam regẽs, quondam Archiepiſcopus Bareñ. & nunc in papatu intruſus per literas ſuas pa tentes ex parte eiuſdem domini Clementis, non ut papæ, ſed ut doctoris. Idem tenent, ut intelle xi, do. Mediolanẽſ. Sancti Euſta chii, & ſancti Angeli Cardinales. & do. meus de Salua epiſcopus Papiſienſ. Et dicũt aliqui de domino Viuarien. qui ſunt oẽs maximi prælati literati docto. decret. omnes. idem in conſiliis Rotæ tenuimus. dom. Epiſcopus Limocenſ. Robertus, Galhardus, & ego, licet alii cõtra maiorem partẽ facien. Ideo expediuiſſet d. M. q causa ſaltẽ in tertia inſtantia cõmiſſa fuiſſet extra rotam, elicitur ex deciſione cõcluſionis ſequentis. ergo &c.

¶ Error iuris non excuſet. *Nota, quòd error iuris excuſat quem à dolo. gloſs. eſt ſingu. ff. de abigeu. in fin. An autem, & quomodo error iuris noceat, uel poſsit reuocari, uide per Dy. in regula ignorantia. de reg iur.*

¶ Denuntiatio. *Denũtiare qualiter quis intelligatur, uide ff. de adul. l. denuntiaſſe. Adde, quòd denuntiatio perſonalis non requiritur, ubi præceſs*

præcesſit publica notificatio. text. eſt ſingu ſecundum Bald. ff. de decre. ab ord. fa. l prima.

c ¶Plena fides. *Nota. quòd plena fides bona fides præſumitur, ut plene per Hoſti extra de præſcript. c ſi diligenti & habetur hæc dictio bona fides. ff. depoſiti l bona fides.*

¶De conceſſ. præben. Rub.

Concluſio DCCLIIII.

SVPPOSITA concluſione edita per domi. Grægor. papam xj, quæ habet q; in præbendis eccleſiarum cathedraliũ obtinendis requiritur ætas xiiij.
a annorum, a & quòd idem domi. Greg. in eadem cõſtitutione declarauit, ſe etiã tẽpore ſuæ promotionis ad papatum fuiſſe intentionis, prædictã ordinationẽ deberę ſeruari. item ſuppoſito in facto, quòd clericus adhuc agens. xij. tantum ætatis ſuæ annum ab eodem do. Grego. obtinuit gratiam de canonicatu ſub expectatione præbendæ cuiuſdã eccleſiæ cathedralis, & poſtea, dummodo Grego. ageret in humanis, ipſe P. iam habẽs xiiij. annos præbendam tunc uacantẽ, & ſub data gratia ſua cadentem, acceptauit, & de ea ſibi fecit prouideri, utrũ ualuerit ipſo iure acceptatio, & prouiſio? Antedicti domini Guil. Nicolaus, Galhar. & Fornandus, quòd ſic; ſed domini Corſien. archiepiſcopus Camerinus epiſcopus, ſeu electus. R. P. & Aegid. contra, & Ebrandus dubius. pro prima parte facit ca. ei, cui. de præben. pro ſecunda parte facit ca. ſi eo tempore. de reſcri. eodem libro. Item pro prima parte, & ultima diſſolutio dictorũ duorum capitulorum poſita in glo. Ioan. Andr. ſuper cap. ei, cui. & ſol. Ioan. Andr. poſita in glo. Io. And. ſuper cap. ei, cui. de regul. iuris. lib. vj. & ſo. domini M. de Salua per me addita in dicto c. ei, cui. ſuper dicta gl. Ioan. And. uidelicet, quòd aliud in qualitate de iure communi inhærente, aliud in qualitate de iure ſpeciali inhærente. ſed pro ſecunda parte facit ſecunda ſolutio poſita in dicta gl. Ioan. And. pro qua optime facit text. ff. de ſolu. l. qui x. §. Stichum. j. & ij. ff. de uerborum obligationibus. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. uer. uni, &c. & extra. de re iudi. cap. abbatem. uer. præfatus. Item pro prima parte facit, quia non loquitur conſtitutio de canonicatu, & tamen nouella etiam correctiua eſt ſecundum quoſdam. ergo non intelligitur de canonicatu, & ita ualet gratia in canonicatu, qui afficit. ut cap. ſi clericus. de præben. libro ſexto. Sed pro ſecunda parte facit, quia canonicatus datur propter præbẽdam. Ideo non habet canonicus talis ante præbendam adoptionem iura canonicalia, puta


image
not
available

eccl'v. in iiij. nolumi.

b ¶ Impuberem. *Nota quòd impubes dicitur esse minor xiiij. annis. Instit. qui. mod. tu. fi. in princi. quandoque tamen improprie dicitur, qui adultus est. ff. de excus. tuto. l. sed & milites. Quandoque etiam impubes est minor annis xxv. ff. de excus. tuto. l. non solum. §. si libertus.*

¶ De præbendis. Rub.

Conclusio DCCLV.

SI RECTOR parochialis ecclesiæ impetrat à papa archidiaconatumdignitatem, & curam habentem, certo modo uacantem, offerens expresse se dimittere ecclesiam per assecutionem pacificam archidiaconatus, & papa conferat ecclesiam alteri, dum uacauerit per assecutionem iam dictam, dictúsq; rector post hoc possessionem pacificã archidiaconatus assequatur, dimittátq; statim, & infra mensem à tempore huiusmodi assecutionis computãdum, realiter, & cum effectu, & sine fraude dictam ecclesiã, & eius possessionem, nec sine noua collatione redeat ad eam, licet infra dictum mensem coram ordinario sub publico testimonio eandem ecclesiã uerbotenus nõ dimittat, pœnas cõstitutiõis extrauagãtis Io. xxij. quæ incipit. execrabilis. §. qui uero. nõ incurrit. Cõtra cõclusionẽ nõ uidetur arguere, quia uidetur textus rotũdus in cõtrarium, in §. qui uero. alleg. exponẽdo ibi uerbũ. pari modo. secundũ lesse, & Guil. id est, sub publico testimonio uer baliter corã ordinario, &c. Sed probatur cõclusio. primo enim supponimus, ꝙ sine fraude, & realiter, & cũ effectu dimiserit infra tẽpus, nec redierit postea ad eandẽ, nec restat, nisi ostẽdere, ꝙ corã ordinario uerbo expresso, & sub publico testimonio dimiserit. Pro quo sciendũ, ꝙ papa totius mũdi, & omnium ecclesiarum est ordinarius eps, etiã immediatus, & nõ casualis, sicut archieps. ut ix. q. iij. cuncta per mũdũ. & c. seq. & c. per principalẽ. j. de concess. præb. proposuit. & de præb. c. ij. lib. vj. Secũdo sciendũ est, ꝙ cũ uerba proferũtur, nõ ut pro tẽpore prolatiõis operẽtur effectum, sed potius in aliud tẽpus futurũ, nõ recipiuntur pro tẽpore, in quo proferuntur, sed pro tẽpore, in quo effectũ suũ protẽdere dignoscũtur. ut ff. de dona. inter uir. & uxo. l. cum hic status. §. si sponsus. & C. de dona. ante nup. l. quod sponsæ. & ꝙ illud, quod fit ante tempus, habetur perinde, ac si fieret post tẽpus, ac sic tẽpus est gratia facientis. ut ff. de annu. leg. l. cũ, qui rogatus est. cum omnibus concor. ibidem alleg. uel etiam si alterius gratia, dũmodo ipsius in nullo interfit. ut l. qui Romæ. in prin. cum ibi no. per Bar. ff. de uerb. oblig. & faciunt no. Bar. &

gl. in l. eũ, qui rogatus. imo & l. ipſa à contrario probat, & per hoc tolluntur no. Cy. in l. ij. in fi. C. de iure enphy. & eiuſdẽ in l. ſi cert. annis. C. de pac. & præſertim, quãdo dilatio temporis eſt modica & ſpes propinqua, & fit ma. per l. alle. ſupra. in quadã cõcluſione ad fin. & facit optime, quia limitatio temporis reſpicit ultimũ extremũ, & nõ primum, q̃ ãdo etiã ante illud fieri poſſet, ſicut dicimus in menſe, qui datur impetranti ad acceptandum, & eurtit à repore notæ uacationis in eccleſia, & ante poteſt acceptari, & ante ligat decretũ ſecundũ oẽs. Tertio dico, q̃ illud, qđ fit in præſentia alicuius principis, ceſſetur publice fieri, & cum omni ſolẽnitate: qa eius præſentia ſupplet oẽm ſolẽnitatẽ iut C. de teſta. l. omniũ. Ex premiſſis apparet, q̃ etiã coram ordinario: quia corã papa per primũ ſuppoſitum etiã uerbaliter in ſupplicatione, quã porrexit per ſecundũ ſuppoſitũ, & ſub ſufficiẽti teſtimonio, quia ſub teſtimonio principis per tertium ſuppoſitũ, beneficiũ primum dicitur dimiſiſſe, & maxime uidetur bene teſtimoniũ publicum, ſi ſuper ſupplicatione, ex eius ſignatione facit confici literas, & ipſis publice utitur recipiendo poſſeſſionẽ ſecũdi authoritate literarũ earundẽ, qa nõ põt dici teſtimoniũ magis publicũ, quam teſtimoniũ literarũ, cõtra quas probatio nõ admittatur, niſi ſup crimine falſitatis. Et hęc dico ſuper hæc, quæ papa aſſerit in ſua præſentia eſſe facta, ut cle. j. de prob. cũ ibi not. & c. ſi motu. de præb. li. vj. cũ ibi not. & maxime, ſi hoc liceret, alias nõ poſtquã literis utitur, tanquam bonis. ut c. per tuas. de proba. cum ſimi. Secundo eadẽ concluſio probatur per rationem magis clarã. Nam certũ eſt, q̃ iura pœnalia ſunt odioſa, & tanquam reſtringenda. ut l. ſi præſes. & l. ſi de interpretatione. ff. de pœnis. & maxime illa, quæ pœnas ipſo iure imponunt, puta priuationis. ut de elec. c. licet canon. & c. ſtatutũ. li. vj. ſimul iunctis. facit de pœniten. diſtin. j. pœnæ. & facit egregie not. & alleg. Io. And. in regula. in pœnis. & regula, odia. li. vj. in quæſtionibus mercurialibus, ibi per eũ diſputatis in nouella. Et quanto pœna eſt grauior, & culpa minor, tanto debet reſtrictio eſſe maior, ut auth. multo magis cum ſi. maxime, quia debet eſſe adæquatio inter culpã, & pœnã. ut l. ſancimus. C. de pœnis. Modo hic eſt pœna maxima, quia nedum eſt priuatio habiti, & ambiti, ſed etiam eſt pœna inhabilitationis, ad quodlibet aliud decætero obtinendũ. Ex quibus concludo, q̃ in aliis materiis non pœnalibus, nec odioſis, ſed potius fauorabilibus

bus arguitur ex causæ, seu ipsius rationis cassatione, ad l. seu eius constitutionem, & eius effectus cassantes. ut C. de epis. & cle. generaliter. & ibi per Cy. & de in integ. rest. mi. l. fi. & ff. de iure pa tro. l. adigere. §. quamuis. ut not. per Dy. in regula. priuilegiū. de reg. iur. lib. vj. & per Io. And. de renuntia. post translationem. in nouella. & egregie facit. quod not. Bar. in d. §. quamuis. dicens, quòd quãdo quis puniretur cõtra mentem l. nisi per rationem uerba l. restringerentur, restrin guntur. & iste est casus dicti §. quamuis. & l. j. C. de noxa. licet secus, si lucrum admitteret, ubi l. restrictionem nõ notaret. ut l. prospexit. ff. qui, & à qui. manu. non fi. & idem uidetur notasse Cyn. C. quæ sit lon. consue. Modo pro eo uideamus, quę potuit esse ratio, quare ultra uerã, realem, & actualem, effectualẽ resti tutionem curatur de uerbali. Nã cum uerba mentì seruiant, habi to effectu secundum mentẽ, de uerbis non uideretur prima facie esse curandum. ff. de suppel. lega. l. Labeo. de rebus dub. l. in ambiguo. C. de libe. prẽteri. l. iij. & extrà. de uerb. sign. c. præterea. & c. in his. & ff. de lega. l. scire l. & breuiter, nescio imaginari aliam rationem, nisi unam, quæ ponitur pro parte in textu, & pro parte debet subaudiri, utpu ta, ut uidelicet ordinarius citius scien. dimissionem, citius de reseruatis domino papę referat, ut ipse citius conferat, ut diutinis uacationibus succurratur, & ut materię fraudum nõ sit locus. fa cit pro cuitatione longæ uacationis, de electio. ne pro defectu. cum simil. Modo uideamus, si dicta ratio hoc casu cessat in totũ, certe ita. Nam primo cessat fraus in totum, ut supponitur. Item cessat prima pars ratio nis, quia iam papa certioratus est, ideo non fuit plus certiorari opus. ut l. j. in fi. ff. de act. emp. l. j. §. si intelligãtur. ff. de ædilitio edicto. Itẽ, quia iam satisfactũ est ratioui. quia iam papa prouidit ut supponitur. Item cessat secun da pars dictæ rationis: quia beneficium non spectat ad collationem ordinarii, cum sit reseruatum. Sed dices: saltem spectat ad eius dispositionem, de qua in c. cum uos. de offic. ordina. Sed nõ obstat. quod c. cum uos. non loquitur, nisi cum est periculum de longa uacatione, ut ibi not. quod hic cessat. Item non obstat, quia alius ordinarius omni ordinario maior, uidelicet papa, prouidit hic de alio administratore, qui cito post assecut. fe cit sibi prouideri, & fuit possessionẽ ecclesiæ assecutus. ut supponitur. igitur. Item, quia ueritas est, quod hodie reuera cessat c. cũ uos. in beneficiis reseruatis. quia collatores camerę apostolicæ

b licæ loco œconomi [b] succedunt hodie in beneficiis reseruatis, & fructus recipiunt, & conseruãt ad utilitatem cameræ apostolicæ. Pro prædicta uero ratione, quæ habet uerba dictę extrauagantis restringi ex mente, faciũt no. Iesse in dicta extraua. execrabilis. §. statuimus. super uer. uerbaliter. uersi. quid autem de illo qui loqui potest. ubi dicit Iesse, quòd etiã in ualente loqui sufficit, si qualitercunque corã ordinario, etiam sine uerbis: puta, nutu, signo, aut alias suam uoluntatem ecclesiam dimittendi ostendat. argu. not. per Hostien. extra. de spon. c. tuæ. & in summa. de sponsal. in rubricella. de matrimonio. §. qualiter cõtrahi tur. ubi dicit, quòd matrimoniũ per nõ ualentes loqui, nutu, uel signo contrahi potest, quia hoc, quòd non potest loqui, non debet sibi esse ad prejudicium. argu. ff. de condi. & demonst. l. falsa. C. de adoptioni. l. per optionem. & de dignita. l. maior. & de agen. in rebus. l. saluberrimam. lib. xij. maxime, quia uerba ad aliud inducta nõ sunt, nisi ad designandũ consensum. xxij. q. ij. is autem. argu. ff. de lega. iij. §. iij. l. Pamphilum. §. propositum. & quod no. C. de testamen. l. iubemus. §. ultim. Ad §. statuimus. respondet, cum dicit: uerbo, subaudi, uel alio modo æqui pollenti, puta signo, nutu, uel literis, ut ius seruetur, & uerbis præferatur, ut d. l. iij. C. de libe. præteri. legis enim uerba ciuiliter intelligenda. ff. de seruitu. l. si cui. nec ius calumniari, nec eius uerba captari, sed qua mente dicantur cõuenit animaduerti: ut ff. de exhiben. l. ad exhibendum. licet fateatur tutius fore, si cortici literæ seruiatur, quod & fateor. argum. ff. de uerb. in possessio. mitten. l. sed si incertum. extra. de spon. inuenis. de cleri. excommuni. minist. illud. de pœniten. disti. vij. c. ij. cum simi. Item, quòd recedendum sit à uerbis illius extrauagan. propter mentem, & rationem, colligitur ex uno dicto Iesse posito in di. §. statuimus. super uerbo. testimonio publico. ubi dicit mentem literæ, seu literam ex mente referendam, nedum ad testimonium instrumenti publici, uel literæ, uel sigillo authenticæ sigillatæ. de elect. ut circa. lib. vj. de offi. ordi. si canonici. eo. lib. ij. q. j. legum. C. de epis. & cle. l. si qua per calumniam. sed etiam per testimonium personarum authenticarum, seu notabilium. arg. ff. de testamen. l. heredes palam. de ritu nup. l. palam. in princ. & §. quæ in adulterio. attenta mẽte. argu. ff. de excusa. tuto. l. scire. §. aliud. de electio. c. si postquam. lib. vj. §. j. ar. C. de fide instru. l. in exercendis. de pac. l. pactum. maxime, quia pœnalis. arg. re. odia. ar.

ar.de prœben. si beneficia.lib.vj. licet tutius fateatur, quòd fiat sub
c publico instrumẽto, c ut satisfiat cortici literæ, & opinioni: & quia promptior fides est instrumenti.argu.ff.de pigno. l.communiter.de Carbo.edicto. l. iij. §. duæ causæ. de acquir.possess. l. peregre. §. j. prædicta autem multa coadiuuãr, quia licet patres nostri dictam interpretationem, quam conclusio ponit, in scriptis non redegerint, saltẽ quod ego uiderim: tamen de fa a cto eam fecit cõsuetudo longa. facit, quia nullus in casu isto cõ sueuit ad aliam uerbalẽ dimissionem recurrere, ergo seruanda est. argu.ff.de legi.l.minime, & l.si de interpretatione.eo.ti.& alias periculosissimus laqueus mitteretur animabus, contra ca. de uiduis. nec possum credere, b papam uoluisse tam magnã pœnã debere incurrere ex ita modica culpa. quia commensuratio esset ualde inæqualis, & excessiua, quod esse non debet: ut dicit L.fancimus. Saluetur ergo cõstitutio casu, quo papa cõtulisset archidiaconatum de parochia mentione non facta: uel si ordinarius habẽti in aliena diœc cesi parochialem ecclesiam, in sua curatum beneficium contulisset, sed quid si papa motu suo proprio cõtulisset, de parochia tamẽ mentione facta, eam mandãdo dimitti? uel quid si dedisset expectatiuam ad uacaturam dignitatẽ ecclesiam ad oblationem impetrantis, uel sine oblatione, motu proprio: uel ad aliã petitionem dimitti parochiam mandaret: uel quid si ordinarius habenti in sua diœcesi parochiam aliam conferat, de prima facta, uel non facta mentione, mandando dimitti, uel non mandando ad oblationem, uel sine oblatione? omnia ista sunt adhuc dubia aliqualiter.

¶ Cuncta per mundũ. *Adde quòd est summus inter omnes, & habet omnem plenitudinem potestatis, & alij in parte solicitudinis sunt uocati.ij.q.vij.decreti. & c.qui se scit.unde, cum dominus apostolis dixit, ut laxarẽt retia, soli Petro dixit: duc in altum. & ei soli dixit, ut piscaretur hamo, quæ duo utinam faceret.*

b ¶ Loco œconomi. *Œconomus est, cui res ecclesiastica gubernãda mandatur. C.de sacrosanct.ecc.iubemus. Et nota, quòd œconomus & præpositus sunt diuersa nomina, tamen idẽ significant, sicut primas, & patriarcha. Adde quòd œconomũ debet habere qualibet ecclesia cathedralis, qui cum arbitrio episcopi res ecclesiæ gubernare debet.*

c ¶ Sub publico instrumento. *Instrumenta quæ dicantur publica, uel priuata: & quibus instrumentis creditur: & an exemplariæ scripturæ sit standũ, uide diffusè, & plene per Innoc. Hostien. & Io. And. & alios in c.j.de fide instru.*

¶ De filiis presbyterorū. De rerum permutatione. Rubri.

Conclusio DCCLVI.

SI illegitimus dispensatus ad curatum beneficium[a] obtinēdum, obtento curato beneficio in uim dispensationis eiusdem, illud permutet ad aliud curatū cum legitimo effectu dictæ illegitimitatis ignorante, credēs sibi id ex prædicta dispensatione licere, nō ualet collatio secundi curati ex causa dictæ permutationis facta: sed datur utrique: uidelicet legitimo ratione probabilis ignorantiæ facti, & illegitimo ratione erroris iuris probabilis recursus ad beneficia renuntiata ex causa permutationis antedictæ. Ratio primæ partis: quia opinio Archid. posita in ca. j. de fi. presby. lib. vj. qui habet, huiusmodi dispensationem non posse extendi, nisi ad unicum, & nisi ad primum in curia Romana, & palatio apostolico, semper extitit obseruata, & prohibitus aliud recipere, non potest etiam ex causa permutationis illud recipere. ut no. glo. & Pau. in prin. in clemē. de pœnis. super uerbo. obtinenda, quia in permutatione interuenit uera hincinde renuntiatio, & sequitur uera hincinde collatio, ut nota. in c. uno. de rerum permutatio. quicquid ibi Ioā. mo. in contrarium notet: licet opinio Ioan. mo. posita in d. cap. j. de fi. presby. lib. vj. & Ioan. And. posita in c. non potest. de præbē. lib. vj. in nouella, ubi plenissime de iure uideretur pluribus dominis probabilior: & fateor rectè, quòd benignior est. Sed puto, quòd alia de iuris rigore sit uerior, quia talis dispensatio non se extendit, nisi ad unicum. ut in c. unico. de fi. presby. alle. & ad primum. ut in capi. nō potest. de præben. alle. cum ibi not. & alle. etiam iura, & hoc in simili. in c. quamuis. eo. tit. & lib. in nouella. ergo cōsumitur in illo argumen. no. Ioan. post Hostiē. in simili. de rescrip. in c. cum in multis. super glo. fi. lib. vj. si consumitur, postea nō reuiuiscit. ut ff. de uerbo. obliga. l. inter stipulantē. §. sacram. & de solu. l. qui res. §. aream. quia semper remanet illegitimitas, cum per talē dispensationem non tollatur, ut not. in d. capi. j. de filiis presby. dicebat do. F. quòd maius odium est in dispensatione, de qua in ca. non potest. quàm hic, quia prima respicit cumulationē beneficiorū iuribus munitam. de cle. non residen. quia nonnulli. & de præben. c. quia intantum. cum simil. hoc uero habilitatione personæ, qui morbo alieno laborat. Sed certe dico, quòd per ista est magis odiosa, qa magis iuri antiquo repugnat, & magis honorari

ri ecclesiarum dicitur obuiare. Et secundū ueritatem in maiori, uel minori odio nō fundantur iura prædicta. Secunda pars cō clusionis quo ad legitimum est b claratquo ad legitimum uero in hoc fundatur, quia error in iure probabilis bene excusat à dolo. ff. ad Silleia. l. si quis in graui. §. si quis ignorās. & etiam à culpa, quia culpa ex iuris ignorantia imperito imputatur, quia cōsulere potuerit peritiores, & probatur ff. quis ord. in bo. possessio. serue. l. ij. §. fin. & ff. de iuris, & facti ignoran. l. regula. §. sed iuris ignorantiam. modo si periti sint adeo contrarii, quòd nescit, quorum debet opinionē sequi, patet, quòd nō potest cer titudinaliter consulere peritiorem, quia nescit, quis peritior sit in hac parte. & quòd talis error hoc casu sit probabilis, & excusset, uidetur tex. ff. de peti. hære. l. illud. in fin. primi respōsi. & ff. de leg. ij. & l. qui solidum. §. etiā. & C. de condi. indebi. l. fi. & probatur in simili, quia talis error excusat à sumptibus litis, ut not. Specu. ad plenum in Spec. tit. de expensis. §. nunc uidendū. & Pe. de Samp. 5. de appella. ut debitus. & ibi no. Ioan. And. super gl. pen. & tamen error improbabilis non excusaret. ut ff. de iudi. l. eū, quē temere. postquàm enim a maiores literati, in facultate peritii, doctores, & authoritate polentes, & numero plures in hac materia errarunt, & errant, non improbabiliter errat circa hoc peritus. b & maxime, qa hic non agitur de coadiuuando errantem in lucro captando, sed potius in damno uitando. ergo ei uidetur esse succurrendum, si ex iuris ignorantia errauit. ut ff. de iuris, & facti igno. l. regula. & l. iuris ignorantia. cum similib. fa. quia ob eam causam, quòd error iuris probabilis. dicit Ioan. mo. in regula. ignorantia. lib. vj. in fin. quòd error iuris inusitati bene excusat, quia inusitatio bene reddit ignorantiam probabilem. ltē eadem ratione dicitur mulierem, rusticum, & militem probabiliter iuris peritiā ignorare, & per hoc excusari. C. de iure deliber. l. sancimus. & C. de iuris, & facti ignoran. l. cōstitutiones. & ff. de probat. l. cum de indebito. §. finautē. & ff. de edē. l. j. §. fin. de iurisdict. om. iudi. l. si quis id, quod. §. doli. de testamē. l. fin. & not. j. q. iij. notandum. C. de iuris, & facti ignoran. l. j. ij. & ulti. & per Ioā. mo. in regu. ignorantia. alle. licet sit magna differentia in aliquibus inter personas antedictas, quam differentiam scripsi in regula. ignorantia. alleg..

¶ Dispensatus ad curatum beneficium. *An solus papa dispenset cum*

cum illegitimis in beneficijs, quæ sunt cum cura. uide. lxj. dist. Cenomanen.

b ¶ Peritus. *Quis dicatur peritus, & in quo differat à prudente, uide per Archi. extra. de hære. c. ut commissi. libr. vj. super uerbo. peritos. Adde, quòd si periti discordant ab imperitis, peritioribus magis credendum est propter perspicatiorem scientiam, ut dicit Bal. in prou. ff.*

FINIS DECISIONVM
AEGIDII BELLE-
MERAE.

1015589